5. Quinto fallit, quando actio penalis descendit ex con-  
tractu, & commissum est delictum extra contractum: vt in  
l. si. ff. de nau. sceno. vbi hæres debitoris pœnæ ob traiesti-  
tiam tenetur: aliud est si delictum circa cōtractum fieret,  
vt in l. ex contractibus, ff. de actio. & obliga.

6. Sexto fallit, quando cūq; res esset consumpta per hæ-  
redem. vt in d. l. si ipsa, ff. quod met. cau.

7. Septimo fallit, etiam lite non cōtestata, sed vbi proces-  
sum est contra contumacem ex primo decreto quod habet  
vim litis contestationis, vt faciat actionem transitoriam:  
argu. tex. in l. vi perfectius, C. de anna. excep. & in l. si eum,  
in §. qui iniuriarū, ff. si quis cau. & in l. i. ff. ex quib. cau. ma-  
io. glo. sing. in §. pœnales. Insti. de perpe. & temp. actio. vbi  
dicit solam libelli obligationem absq; litis contestatione fa-  
cere transmissionem actionis pœnalit. nec obſt. tex. in l. i.  
ff. de requi. reis. quia ibi loquitur in delictis publicis.

Fallit

8. Fallit, in prælato, cuius prædecessor deliquerit, non suo nomine priuato, sed Prælati vel dignitatis: vt in c. cum delictis. & ibi Inno. de ordi. cognit. & in c. i. & ibi Docto. de solut. Bald. in d.l. i. C. ne ex delict. defunct. Anto. de Butr. in c. i. §. quibus: de priuile. Ioan. Andr. in c. i. vt lite non contesta. cum simil.
9. Nono fallit in condicione furtiva, quæ ex varijs figuris causatum oritur: nam datur in id quod non peruenit, l. si pro fure, ff. de condic. furt. & ibi glo, quæ reprobantur per Bar. in d.l. i. ff. de priuat. delic. nu. 2. dicentem illic esse speciale propter frequentiam delicti. sicut in simili dicitur in adulterio, vt in l. transigere, C. de de transact.
10. Decimo fallit, in casu l. Caius, ff. ad Sylla. vbi secundum Bart. in d.l. i. ff. de priuat. delic. fuit ibi inflicta pena ipso iure, ob non vindicatam mortem defuncti: quod apparet, quia possessor illic conuenitur petitione hæreditatis à successo: vt in l. i. C. de his quib: vt indig. & in l. in cognitione, ff. ad Syll: & sic agitur illic non ad penam imponendam, sed ad impositam ipso iure exigendam: vt in l. commissa, ff. de publi. & vectig. & in d. §. quod autem.
11. Undecimo fallit, in hæredibus usurarij, qui non solum de iure canonico, vt in c. tua nos. & in c. Michael de usur. verum etiam de iure ciuili; ex communi omnium sententia, tenentur restituere insolidum: quia de iure ciuili non repetuntur per actionem ex delicto, sed per cōdictio- nē indebiti, vel sine causa: Ita tenet Inno. in d.c. Michael. Ioan. And. in addi. ad Spec. in titu. de confess. §. postremo. ver: sed. nunquid confessus. Feder. de Senis in cōsi. i i. Bald. in d.l. i. C. ne ex delict. defun. & ibi Sali. nu. 8. idem in Au- then. ad hæc C. de usur. Bar. in d.l. i. nu. 8. ff. de priua. delic. Anan. in c. tua nos, de usur.
12. Duodecimo fallit, de iure canonico, vt in c. parrochia- no: de sepult. & in c. i. in h. ibi, omnia plenè emēdēt rectores. & in c. in literis, dd raptorib. & in c. episcop. 6. q. 6. Qd tamen est verum si lis fuerit contestata cum defuncto, vel quatenus ab hæredes peruenit. ex quo Abb. in d.c. parro- chiano. de sepul. temuit, quod vbi testator decessit sine con- fessione, hæredes eius non tenentur nisi prout de iure ciuili

li statutum est, allegat pro sua opinione glo. in c. à nobis  
 el ij. in fin. verbis, in versic. hæredes quoque de senten. ex-  
 comim. hoc etiam voluit Inno. in d.c. parrochiano. Sed in-  
 hoc contra Abba. est communis opinio Canonistarum, &  
 Legistarum, imo quodd indistincte de iure Canonico hære-  
 des teneantur ad satisfaciendum pro delicto defuncti, da-  
 to quod lis cum eo non fuerit contestata, nec aliquid ad  
 hæredes peruenisset. & hanc opinionem tenet Bart. Inter  
 Legistas, in l.r. ff. de priuatione delict. hanc conclusionem  
 indistincte tenet glo. fin. in c. fin. de sepul. & in c. in literis.  
 de raptor. in gl. hæredes. & gl. intrepide hoc affirmat in c.  
 episcopus. qui filios, in gl. hæredes in f. 2. q. 2. & est casus  
 additetur in d.c. si episcopū. ibi ab hærede eius que iniuste  
 ab illo ablata sunt, sine excusatione reddantur. & ibi gl. f.  
 affirmat dictam opinionem. idem tenet glo. in summa 24.  
 quæ st. 2. & in c. ecclæsia. §. item peccato, in glo. conquista.  
 1. quæst. 4. & ibi Arch. hoc tenet, dicens omnes doctores  
 suos hoc tenuisse. hoc etiam tenet Fede. de Sen. in consi.  
 21. Anton. de But. in c. quod clericis. de foro compē. hanc  
 opinionem sequitur. Ias. in l. si eum. in §. qui iniuriarum  
 nū. §. ff. si quis caution. Rodericus Xuarez in allega. 26 ih  
 2. dubio. Pro qua opinione facit tex. in d. §. item peccato  
 el ij. 1. q. 4. vbi dicit tex. quod neminem excusat ignorātiā  
 criminis, maxime quando ex eo vtilitas defertur ignorātiā  
 ti, veluti si quispiam de latrociniō & rapina filio suo igno-  
 ranti diuitias congreget, non excusat eum ignorātiā, quin  
 post mortem patris teneatur restituere male acquisitā: &  
 cum hæc opinio sit in fauorem animi & conscientie, abs-  
 que dubio tenenda est, vt in l. sunt personæ. ff. do felig. &  
 sumpt. funer. notant Doct. in c. in nostra. de testi. & in c. fi.  
 de re iud. tex. & ibi Doct. in c. fin. de præsi. Manet igitur ve-  
 ra conclusio, quod de iure Canonico hæredes tenentur ex  
 delicto defuncti, dato quod lis non esset cōtestata cum de-  
 functo, nec aliquid ad eos peruenisset, non seruata distinc-  
 tione Abb. Et ratio huīs limitationis est, vt anima defun-  
 ti à peccato valeat liberari; vt dicit text. in d.c. in literis  
 in fin. ibi, condigne satisfaciant, vt sic à peccato valeat li-  
 berari, & sic solum in hoc attendit ut anima defuncti à  
 peccato

peccato liberetur, secundum Ancha. in consi. 42. incipien.  
 & prima facie, quam limitationem intelligo veram quo ad  
 interesse, damnum passo, non quo ad poenam: ita tenet Flo-  
 in L. inde Neratius, ff. ad legem Aquil. & sic usque ad vires  
 hereditarias, & non ultra, secundum Barto. in L. furt. C. de  
 furt. facto inuentario, vel non facto, per text. in c. quanquā  
 de usq. l. i. 6. quia omnia bona defuncti sunt obligata pro-  
 satisfactione, d. c. parrochiano, cuin alijs, hanc opinionem  
 sequitur Bertach. in tracta. de Gabel. in 4. parte prin. nu.  
 31. Philip. Probus in addit. ad Ioan. Mona. in d. c. quanquā  
 nu. 15. Ex qua limitatione notabiliter infertur vnum satis-  
 quotidianum, quod si pater qui ex usuraria prauitate mul-  
 ta acquisiuit, assignauit dotem filiis suis de bonis suis, cum  
 bona ista traueseant cum onere suo, ut in cap. pastoralis, de  
 deci. quod legitur & notatur in l. si tamen, & in l. si me &  
 Titium, ff. si cert. peta: poterunt h̄i à quibus fuerunt extor-  
 ta, a filia per hypothecariam auocare, secundum Bald. in  
 l. penul. C. de ser. pign. dato, manu. quam opinionem tenet  
 notab. Pala. Ruui. in repet. rubr. de dona. §. 65. nu. 23.

## Regula

A C T I O N E S. contraria, quæ electione tolluntur, nec in  
 eodem, nec in diuersis libellis admittuntur. Probatur h̄c  
 regula in l. i. & ibi glo. C. de fur. & in l. quod in heredem.  
 §. eligere. ff. de tributa. in l. cum filiis. §. varijs. ff. de leg. 2. &  
 in c. sollicitudinem. el. j. de appell. & in c. i. de postula. pre-  
 lato. lib. 6. & in c. gesta. 74. distinc. & in c. quemadmodum  
 23. q. 7. cum alijs simi, adductis per glo. in d. l. i.

Limita hanc regulam undecim modis, vt per Marian.  
 Soci. in c. dilecti. nu. 35. usque ad nu. 45. de libel. oblat.

## Regule

A C T I O personalis ex testamento, regulariter compe-  
 tit pro legatis, etiam de iure digestorum. Hanc regulam  
 probat text. in l. si res. ff. de lega. 3. & in l. si tibi homo. in  
 priu. ff. de leg. i. cum alijs. Quæ actio personalis causatur  
 ab additione hereditatis, per quam quasi contrahitur cum  
 legatariis & creditoribus, l. apud Julianum, §. fin. ff. ex qui-  
 bus cau. in possessio. eatur. & §. heres, institutio. de obliga-  
 tio. quæ ex quasi contract. gl. in l. vna in §. cum igitur,

C. de

## C.de cadu.toll.in verbo cedere.

- 1 Amplia primo, vt procedat etiam pro legatis relictis codicillis: nam si sunt codicilli conditio testamento, competit actio ex testamento directa: Ita tenet Sal. in l. 2. in fi, post glo.ibi.C.commu.delega.Ias.in l. fi.col.fi. C. de codi, pro quo videtur text. in l. libertates directæ. ff. de manumis.testamen.ubi libertas directa dari non potest in codicillis testamento confirmatis, licet secus ab intestato: quod est verum, licet aliter teneat Niger in l. 1. si autem codicilli sunt sine testamento, pro legatis relictis in eis competit actio utilis ex testamento, non directa glo. fina. & ibi Bartol.in l. 1. ff. de testa. & in l. 2. in verbo, personalis.C.com.de lega.
- 2 Secundo amplia, vt procedat in legatis quæ conservantur per tex. in Auth.ex causa,C.de libe.præt. Ita tenet Ias. in l. 1.nu. 101.& ibi Fran.de Rip.nu. 41. ff. de leg. 1. per tex. in l. 1. ff. de hær. insti. Nec ad hoc obstat fundamētum Ioannis Ignei relatum per Nigrum in d. l. 1. post nu. 50. quod tunc debeat competere conditio ex lege, non actio ex testamento irritato: quia respondeo quod respectu legatorum non censetur irritatum, imo respectu legatorum perinde est ac si hæres legitimus scriptus esset in testamento, vt in d.l.fin.in fi. ff. de hæred. instit.
- 3 Tertio ampliatur, vt procedat etiam in legatis quæ conservantur de iure speciali coniunctis personis, iuxta titus Iam. ff. de legat.præst. Ita tenent Bal.& Ang. in l. 1. in fi. C. de bon.poss.contra tab.Ias. in d.l. 1.nu. 5. C. eom. de lega. Et licet contrarium teneat idem Ias. in l. 1. nume. 102, ff. de lega. 1. quem sequitur ibi Nig. in nume. 52. colum. 29. versi. 3. procedit, & in col. 32. in fin. per dictum Bart. in l. in testamen. in vlt. q. ff. de condit.& demon. vbi quando conditio habetur pro impleta de iure speciali fauore libertatis, iuxta text. in l. fi peculium. §. is cui seruus. ff. de statu libe, non competit actio ex testamento, sed actio in factū, vel officium iudicis: tamen argumentum Ias. contra Bald. & Angel. non ob. quia arguit ex diuersis habentibus rationem diuersam & separatam: nam quando conditio habetur pro impleta de iure speciali quod tunc legatus cōserue

tur, illud est contra verba & mentem testatoris, nimisrum si non competit actio ex testamento: secus in legatis quæ conservantur per titulum de legatis præstandis, & sic illa conservatio sit secundum voluntatem ipsius testatoris, qui voluit legata præstare: hinc videmus quod ubi habetur conditio pro impleta de iure communi, quia stat per hæredem quo minus impleatur, tunc actio competit ex testamento: quia habetur pro impleta, secundum voluntatem testatoris: ita tenet Bart. in l. in testamento, in vlt. q. quem sequitur Ias. in d.l. i. hu. 107. ff. de leg. 1.

1. Limita primo, ut non procedat quando conservantur legata per titulum, si quis omissa causa testamenti, & hærede repudiante ex testamento in fraudem legatariorum, & adeunte ab intestato: nam cessat actio ex testamento, & competit actio in factum præatoria: Ita Bart. in l. si pecuniam. ff. si quis omis. cau. testa. per illum text. quem sequitur Ias. in d.l. i. nume. 108. & in l. si hæredis seruus. in 2. notab. ff. de legat. 1:

2. Secundo limita, & intellige hanc Regulam hodie competit, via executiua pro legato relicto in testamento: Ista est gloss. notab. quam ibi sequitur Ange. nu. 57 in Authen. de hære. & falci. in §. illud. in verbo decreto. colla. 1. quam opin. sequitur Ale. in l. fi. nu. 3. & ibi. Ias. nu. 6. C. de edit. diui Adria. tollen. idem Iason in l. pactum inter hæredem. nu. 7. ff. de pact. Segura in l. si ex legati cau. nume. 66. ff. de verb. oblig. & hanc opinionem tenet etiam Rodericus Zuaruz. in l. post rem iudicatam. fol. 123. col. 2. in fi. vers. 6. caus. nu. 1. cum seq. ff. de re iud. licet Alex. sibimet contrarius teneat contrariam opinionem in l. si cum dotem. in §. eo autem tempore. nu. 6. ff. sol. niat. & in l. ait prætor. in §. 1. nu. 5. ff. de re iudic. quem sequitur Phi. Dec. in d.l. fi. nu. 16. C. de edit. diui Adria. tollen.

Alias limitationes ad hanc Regulam ponit Ias. in d.l. i. nu. 4. C. communia. de lega. & in d.l. i. nu. 110. ff. de lega. 1. & ibi Franci. de Rip. nu. 47. cum seq. Niger nu. 47. quas referre non laboro cum facile inueniri possint. Effectus autem vtrum actio competit ex testamento vel in factum, ponit Ias. in locis supra allegatis.

## Regula xvi.

**A C T I O** ex pacto nudo in ligis, & treugis bene oritur : & ideo omnis poena in tali pacto apposita est efficax ad agendum. cum sit inducta ad non delinquendum, vt in l. non impossibile. ff. de pact. & quia pacta publica non eget fomento verborum , vt in l. conuentionum. ff. de pact. Ita tenet Bal. in c. 1. nu. 11. de pact. quem sequitur Ias. in l. iuris gentium. in §. sed cum nulla. nu. 23. ff. de pact. & in l. lecta. nu. 12. ff. si cert. peta. facit tex. in c. noli existimare 23. q. 2. & in l. fidem rumpens. C. de infam.

- 1 Amplia primo, vt etiam talia pacta per successorem revocari non possint: Ita tenet Alber. in l. conuentionum. ff. de pact. & in l. digna vox. C. de legib.
- 2 Amplia secundo, vt etiam Papa possit compellere principes ad seruandam pacem inter eos cōtractam , vt in cap. nouit de iudi. Ita concludit Marti. Laud. in tract. de confederatione princ. notab. 29. incipien. Papa potest.
- 3 Tertio amplia , vt non solum procedat in pactis pacis, sed etiā in pactis treugæ: Ita notabiliter tenet Corne. post alios doc. per eis alleg. in 1. parte consi. 175. incip. præsens consultatio. Dec. in consi. 531. inci. accurate diligenter.
- 4 Quarto amplia, si durante tempore treugæ aduersarius frangeret mihi fidem : quia tibi propter hoc non debeo frangere. Ita tenet Anto. de But. in c. peruenit. el ij. de iureiu. nu. 4. Mart. Lauden. in tract. de confed. princ. notab. 16. incip. in treugis.
- 5 Limita primi, vt non procedat quando alter ex contrahentibus efficeretur bannitus, quia tunc non esset sibi seruanda fides: Ita tenet Paris de Puteo in trac. de re mili. li. 9. c. 19. & hoc intelligo quando efficeretur bānitus post datum fidem: secus si tempore pacti erat iā bānitus: Ita tenet Albe. in d.l. conuentionum. ff. de pactis. vbi se remittit ad ea quæ dixit in l. presenti. C. de his qui ad ecclesi. confug.
- 6 Secundo limita, vt non procedat quando fides rumpetur ex noua causa. Ita tenent Bart. & Angel. per tex. ibi in l. aut facta. in §. causas. ff. de pœn. cum simil. quos sequitur Cor. in 1. volu. consi. 151. & 4. volu. consi. 248.
- 7 Tertio limita, vt non procedat quando pactum esset re

D. Petri Duen.

Solutiuum pacis vel treueg: & ideo vt si in contractu pacis apponatur pactum, quod liceat alteri foedera pacis rumpere, tale pactum non valet: Ita tenet Bald. in Aut. sacramenta puberum. nūme: 2. C. si aduer. vend. quem sequitur Cor. set. in d. tract. de priui. pacis, priuile. 97.

- 4 Quarto limita, vt nō procedat in fide data hosti per priuatū, quia illa nō est seruāda: securis in fide data per Capitaneos & Duces belli: Ita tenet Cor. in d. cōs. 175 pro quo facit id qđ tenet Mart. Laud. in trac. de confēde. prin. notab. 49. vbi dicit, q̄ hosti publica fides seruanda est, licet priuata fides seruata non sit. allegat Bald. in l. pacisci. ff. de paſt.

Regula xvi. i.

A c t i o pœnalis sublata durat hypothecaria. Hanc regulam ponit text. in l. intelligere. C. de luitio. pigno.

- 1 Ampliatur primo, vt etiam procedat in præscriptione; quia sublata personali per præscriptionem triginta annorum iuxta l. sicut C. de præscrip. 30. vel 40. anno. hypothecaria quæ aliquando durat lōgori tempore, durabit adhuc donec durat eius vita: iste est text. & ibi glo. in. 3. exemplo, quam ibi sequuntur Bald. & Salic. in d. l. intelligere. Pau. de Ca. in l. eos qui. nu. 2. C. de usur.

- 2 Secundo amplia, vt procedat si personalis esset sublata confusionē. s. si creditor successisset debitori, & esset grauitas per fideicommissum dē restituenda hæreditate alteri; in quo casu actio personalis esset confusa per additionem, vt in l. debitori. C. de paſt. tamen tunc hypothecaria remanet, vt in l. debitor. ff. ad Trebellia. & notat Ale. in d. l. debitori, & est tex. & ibi glo. in l. ex sextante. §. latinus, ff. dē excep. rei iudi. gl. & Bal. & Sali. in d. l. intelligere.

- 3 Tertio amplia, vt procedat etiam sublata oblatione fideiussoria: quia durat etiā hypothecaria, vt fideiussor qui pro me intercessit, & dedit etiam pignora meo creditorī, instituit me hæredem: nam dum ego succedo meo fideiussori, extinguitur dicta obligatio fideiussoria, ita quod creditor meus non poterit me hæredem fideiussoris mei conuenire obligatione fideiussoria, cum illa nō sublata per confusionem, sed obligatio hypothecaria qua res data est pignoti a meo fideiussore adhuc durat, & creditor poterit agere

gere contra me hypothecaria ad dictam rem, ut est text. in 1. cum quis. §. fin. & ibi hoc declarat Bart. ff. de solut. Ratio est, quia obligatio fideiussoria, nec à principio, nec ex post facto state non potest sine principali, ita notatur in 1. si heres pecuniā. ff. ad Treb. sed hypothecaria pōt stare sine principali ex post facto, licet a principio, ut in d.l. nō intellige re. C. de luitio. pig. & ita tenet Pau. de Ca. i 1. fi. C. de fi. istr.

- 2 Fallit primo, quando sententia absolvitoria lata est in fauorem debitoris contra creditorem, quia per eam tollitur obligatio principalis & hypothecaria, ut in 1. deferente. 2. responso. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solui.
- 3 Secundo fallit, si creditor deferat iuramentum, & debitor iurat se non esse debitorem: quia tunc non solum non tollitur obligatio principalis, sed etiā hypothecaria: ut in d.l. deferēte, & in 1. soluitur. §. fi. quib. mo. pig. vel hyp. sol.
- 3 Tertio fallit, quando principalis actio, seu obligatio tollitur per pactū conuentionem, quia tunc intelligitur etiā sublata hypothecaria una cū ea. l. solui. in prin. & §. 1. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. & 1. cum soluendz. ff. de distr. pig.
- 4 Quarto fallit si debitum solutū fuit creditori, vel etiā creditori creditoris, vel alio modo satisfactū de voluntate creditoris, vel si ad tempus fuit obligatiū certum pignus, vel sub aliqua cōditione que postea nō fuit verificata, nec evenit: istis .n. casibus sicut tollitur obligatio principalis, ita hypothecaria. Ut est tex. iusta gl. in 1. itē liberatur, in prin. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. h̄f p gl. & Sali. i d.l. intelligere.

## Regula XVIII.

A C T I O extinguitur si creditor succedat debitori. Ita probat tex. in 1. debitori, & ibi glo. allegat concordantes. C. de pact. & in 1. Mutianz, in fi. ff. de condit. & demonstr. Ratio huius regulæ secundum Bart. in d.l. debitori, in 2. op. pos. sumitur à contrarietate: quia in eadem persona actua, & passiva, obligatio esse non potest: quod clarius explicat in 1. si vxor. C. de bo. autho. iudi. possid.

- 2 Amplia primo non solum habere etiam in herede, rerum etiam in fideicommissario universalis: Ita Bal. in d.l. debitori. nu. 4. Et facit nā fideicommissarius talis ad actiones passivas tenet, l. 1. in prin. ff. ad treb. ergo in eo militat, o



- supradicta, & sic idem ius, c. translato, de constit.
- 2 Secundo amplia in Fisco herede, l. Vranius, ff. de fidei*in*ss.
  - 3 Tertio amplia, ut nedum actio, sed & obligatio, no*n* tan-tum ciuilis, sed & naturalis extinguitur aditione hereditatis: Ita concludunt Doct. in d.l. debitori, & probatur in l. debitor, ff. ad Trebellia. quia cum ibi sit speciale, ergo in contrarium est ius commune, l. ius singulare, ff. de legib.
  - 4 Quarto ampliatur, ut ne dum ope exceptionis, sed eti*a* ipso iure sit actio extincta: Ita Bar. in d.l. debitori, ver. ad primum, quod est propter ea quae habentur in l. cum qui ita, in s. qui ita, ff. de ver. oblig.
  - 5 Quinto ampliatur, ut econtra procedat, si debitor suc-cedit creditori: Ita tenet gl. in d.l. debitori, probatur eti*a* in l. Stichum, §. aditio, ff. de solutio, facit, quia creditor & debitor sunt correlati*us*: ergo dispositum in uno, in alio di-spositum videtur, ut in l. si. de acceptila. & ita tenet Bal. in Rub. C. de reb. credi.
  - 1 Limita primo, no*n* procedere q*u*o*n* creditor fuit ha*r*es pro parte: quia tunc pro ea parte tant*u* confunditur actio, ut in l. licet, C. ad l. fal. & in l. si ab eo, C. de nego. gest. facit, quia ha*r*es non tenetur seruare fact*u* defuncti, nisi pro ea parte pro qua est ha*r*es, l. cu*m* a matre, C. de rei vend. Ratio horum est, quia licet ha*r*es & defunctus dic*u*tur una & ea-dem persona, ut in Auth. de iure iur*an*. a morien. pr*æ*st. §. l. col. 5. istud est ver*u* pro ea parte pro qua est ha*r*es, & non ultra: ut est gl. si. in l. z. C. de heredi. actio.
  - 2 Secundo fallit quando ha*r*es fecisset inuentarium, glo-  
. in d.l. debitori, quam Bal. ibi sequitur, nu. 2. & in alijs lo-cis adductis per Alex. ibi, col. 3. vult enim gl. illa, quod fa-cto inuentario per creditorem, ha*r*ed*e* debitoris effect*u*, durat actio, & non confunditur: & illa gl. sequitur Pau. de Castr. ibi, col. 1. mou*c* gloss. per tex. in l. fin. §. & ipse, C. de iure deli. & ita gl. intelligit, ibi Bar. quauis*c* ea no*n* teneat
  - 3 Tertio fallit, quando essemus in actione reali, quae non confunditur: Ita Bald. ubi adducit rationem. pr*æ*dict*æ* li-mitationis, in d.l. si vxor, quem sequuntur Alex. & Soc. in d.l. debitori. nu. 3.
  - 4 Quarto pr*æ*dicta Regula habet locum in creditore suc-  
ce-



cedente effectualiter, qui addit: Ita probat tex. cū cōcord. in d.l. debitori, quæ additionem considerant, & actiones tunc competentes extinguntur: sc̄us in eis quæ postea sa sc̄itur, & si ex causa hæreditaria, quia qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi. l. in delictis, §. cx traneus, ff. de noxal. & ita declarat Aret. in confi. 148.

## Regula xix.

- A C T I O** oris ex pacto nudo donationis, l. si quis argen-  
tū, §. fin. at, C. de dona. Fortu. Garzia latissime i. l. legitimū  
nu. 6. ff. de pact. Soc. in col. 53. vol. 4. col. 3. incip. viso instit. p.  
**1.** Amplia primo, vt procedat in donatione remunerato-  
ria: Ita Ioan. de Imo. & Rom. in l. in hædibus, §. 1. ff. de don.  
& in l. iuris gentium §. quinimo nu. 19. ff. de pact. vbi post  
alios per eum allegatos tenet contrarium, mouetur, quia  
tex. in d.l. si quis argentum, est correctorius, & ideo stricte  
interpretandus. Sed opin. Imo. & Rom. videtur mihi ve-  
rior: nam ille qui habet rem ex donatione propter bene-  
merita, non dicitur illam habere ex titulo lucrativo, sed  
potius ex oneroso, l. sed si l. §. consuluit, ff. de pet. hæf. Ita  
tenet Panor. in cap. cum ecclesia, nu. 4. de Simo. sed absur-  
dum est melioris conditionis esse illum, qui habet rem ex  
titulo lucrativo, quam qui habet titulum onerosum: iuxta  
gl. in §. item si quis, in verbo, in fraudem. Instit. de actio. co-  
gita tamen circa hoc: sed verior & tutior uidetur mihi op-  
nio Imo. & Rom. quam ante eos tenuit Abb. in l. ambitio-  
sa, in prin. ff. de decre. ab ord. faciend.  
**2.** Secundo amplia, vt procedat in donatione causa mor-  
tis, secundum glo. in l. cum pater, in §. Mævio, in verbo. do-  
nabat, ff. de lega. 2. quæ ab omnibus approbatur, secundum  
Corni. in confi. 237. 1. colum. verfi. dobatio causa mortis, vo-  
lu. 4. Roma. in sing. 522. Tiraquel. in legibus connubial. in  
gl. 3. nu. 75. Iaso. in §. in personam, nu. 71. instit. de actio.  
**3.** Amplia tertio, in pacto nudo donationis ob causam: Ita  
Ioan. Faber in §. aliae Instit. de actio.  
**4.** Amplia quarto, quod non solum procedat in fauorem  
donatarij, sed etiam in fauorem donatoris: Ita concludit  
Rip. in l. fi. q. 30. C. de reuocand. dona.  
**5.** Amplia quinto, vt procedat in pacto nudo donationis

propter nuptias. Ita Cyn. & Bal. in Auth. eo. decursum, C.  
et de donat. ante nup. quos sequitur Ioā. Bapti. Caccialupus  
in tract. de pac. sq. 13.

6 Amplia sexto, q. in tantum procedat, quod etiam dona-  
tiō hodie est cōtractus nominatus, s̄m gl. in l. in ædibus, in  
§. è febus, ff. de dona. Ita concludit Rip. in d.l. f.i. q. 35.

7 Septimo amplia, ut nō solū procedat, quando datio vel  
traditio interueniet in pacto, sed etiā si in illo pacto nu-  
do donationis factum promittatur. Ita tenet Ale. in l. iuris  
gentiū, §. sed cū nulla. ff. de pactis reprobata opinione Bar.  
qui cōtrarium tenet in l. si vñus, in §. pactus ne peteret, nu-  
lla. ff. de pac. de quo vide Fortu. Garziā i c. i. nu. 38. de pac.

8 Octavo amplia, etiam si donatio sit mixta cum constitu-  
to: exemplum potest ponī, quando debens centum scienter  
constitueret ducenta: nā respectu centum prius debitorum  
erit constitutum, & respectu aliorum centum erit donatio;  
quæ etiam nudo pacto producit actionem; glos. & Bar. in l.  
hactenus, §. si quis centum, ff. de const. pecu.

9 Limica primo, vt non procedat in pacto de donando,  
quia tale pactum non produceret actionem, cum aliud sit  
donatio, aliud pactum de donando: Ita tenet Sali. in l. 2. ff.  
de condic. ob cau. Imo. in l. in hædibus, in §. 1. col. 1. ff. de do-  
na. Alex. in l. iuris gentiū, col. pe. ff. de pac. Galiaula in Ru-  
br. ff. de verb. obl. in 4. q. Arct. in cons. 28. Mathes. in notab.  
c. 46. Purpura. in l. 1. nu. 65. ff. de iurisid. omni. iud. quæ limita-  
tio est tenēda, quāuis Fortu. Garcia in l. legitima. in 2. col.  
& in l. iuris gentium, nu. 2. 1. ff. de pac. tenuerit contrarium.

Secundo limita, vt nō procedat in pacto nudo donatio-  
nis præsumptæ. Ita tenet Bart. in l. iuris gentium, in §. qui-  
nimo, ff. de pact. Alex. in l. si aliquam rē, vbi Clau. de Sey-  
sello. nu. 5. dicit istā esse communem opin. ff. de acquiren.  
poss. Soc. in cons. 44. circa fi. vol. 4. Iacob. de Nigris videtur  
etiam tenere hanc opin. in l. 1. in 3. fundamento 4. limita-  
tionis ad Regulam, quod dominium rei legatæ transit re-  
cta via in legatarium; ff. de leg. 1. Pau. de monte Pico in  
Rep. l. in quartā, col. 31. ff. ad l. Falci. Quam limitationem  
declara vt procedat de iure ciuili. nō āt de iure canonico.  
Ita idē Galiaula, licet sub dubio firmat in d. R. ff. de verb.  
obl.

obl.qd audacius ante eū tenuit Cor. i bōl. 228. vol. 3. nu. 15  
 3 Tertio limita, vt non protegat in casu posito à Matth.  
 in sing. 27. incip. nota quod si promitto:

## Regula xx.

A c t o r tenerur addere reo instrumenta ad exceptionem fundandam. Hac Regulā ponit Bar. in l. & quia diu. nū. 1. in 1. lect. C. de adē: per tex. in l. nō est nouū, & in l. iustū eb. titu. quē sequitur Alex: ibi. Hac regulā dicit esse cōmūnem, & latissime eam examinat Frahe. Purpur. in d. l. & quia diu. vbi eam quadrupliciter limitat à nu. 8. vsque ad nu. 16.

## Regula xxii.

A c t o r tenetur sequi forum rei: Ita probat text. in l. iuris ordinē, C. de iuris. om. iud. i l. in criminali, eo. tit. in l. fi. vbi in re actio. de iure Cano. tex. in c. cū sit generale, de foro comp. & in c. si clericus laicū, eo. ti. facit etiā text. in l. 3. in prin. ff. de alie. iud. mut. eau. facti. ibi; quia si cū eo qui alterius pūicia est experiat, in illius pūicia experiri debeo.

Hanc regulam limitat octo modis Barth. Soc. in reg. 10. Undecim modis limitat Maria. Soc. in d. c. cum sit generale, à nu. 8. vsque ad nu. 18. de iure nostro Regio limitatus hęc reg. 14. modis, vt in l. 32. tit. 2. par. 3. & in l. 4. tit. 3. ca. par. & in fi. Bartho. Soc. ponit mirabilem cautelam per quam fere nunquam actor sequeretur forum rei.

Amplia hanc reg. vltra eos duobus modis, vt per Alex: Loseum in d. l. iuris ordinē, in nu. 8. vbi etiam ponit alias tres limitationes:

Limita etiā quinquaginta & duobus modis, vt per Spec. cu. in tit. de cōpe. iudi. adit. in §. generaliter, nu. 1. cum seq.

## Regula xxiiii.

A c t o r non probatē reus debet abolui: Ita probat tex. in l. quād accusare, C. de eden. De iure Regio. tex. in l. 309. tit. 2. par. 3. & in l. 1. tit. 6. l. 2: fori: etiam si reus nihil præstet probationis vel defensionis.

Hanc reg. ampliat duobus modis, & limitat 15. modis Hyppol. de Marsil. in l. de minore, in §. tormenta. ff. de quę sīo. vltra quas limitationes, vide alias per Fran. Purpur. in d. l. qui accusare, à nu. 8. vsque ad finem, vbi notabiliter declarat materiam huius regulæ.

## Regula

Regula. xxiiii.

**ATTESTATIONES** testium licet sint inualidæ, de cōsen-  
su tamen partium conualidari possunt. Hanc Regulam po-  
nit Bal. per tex. ibi in l. fi. nu. i. C. de testi. glo. in c. cum cau-  
sam quæ inter Archiepiscopum, eo. ti. de testi.

Limita primo, nisi testes fuissent recepti ante litem con-  
testatam, & sic in casu non permisso: quia regulariter non  
possunt recipi testes lite non contestata, vt per totum, vt  
lite non contestata, nam tunc tales attestations inualidæ  
non possunt conualidari, de consensu partium: Ita conclu-  
dit Bal. in l. i. ff. de fœri. & in auth. si quis in aliquo, C. de  
æden. Ratio est, quia litis contestatio, & similes actus, qui  
sunt de substantialibus judicijs, nō possunt tolli consensu  
partium: ita notabiliter concludit glo. in c. de causis, de  
offi. deleg. & sic iste defectus non potest suppleri consensu  
partium: alias autem secus, scilicet si testes non iurati de-  
posuissent: nam tunc licet eorum dicta sint inualida, pos-  
sunt tamen conualidari partium consensu: & ita debet in-  
telligi glo. in d. c. cum causa.

Secundo limita, in dictis testiū qui corrupti deposuissent,  
non possunt conualidari consensu partium: Ita concludit  
Bar. in Auth. at qui semel, C. de prob. vbi etiam dicit, quod  
illud quod solemus dicere, q[uod] publicatis attestacionibus  
non sunt alij testes recipiendi super eisdem articulis, de-  
bet intelligi & limitari, nisi interueniat consensus partiu[m]:  
Ita tenet Abb. in c. fraternitatis, de testi. quod dicit com-  
muniter teneri Pāū. Pari. in d. c. fraternitatis, nu. 53.

Tertio limita, si attestations essent nullæ, eo quia rece-  
ptæ per iudicem incompetenter, non possunt conualida-  
ri consensu partium: per id quod habetur in toto tit. C. si  
l[et]a non compe. iudi. & in c. at si clerici, de iudi. Quod verum  
puto, nisi sua iurisdictio possit prorogari cōsensu partium:  
per id q[uod] habetur in l. 2. ff. de iudi. & in l. si qui ex consensu,  
ei. C. de episco; audien. tractat notabiliter Ias. in l. 1. §. & post  
operis, nu. i. i. cum alijs, ff. de noui operi nuntia.

Regula. xxiiii.

Actus & dispositio verificantur in prima vice l. boues,  
in §. hoc sermone, ff. de verb. sig. Hanc regulam ponit Bar.

in

## Regulæ vtriusq; iuris selectæ.

14

in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. & in l. dotis, la ij. ff. de iur. do. Hac regulam limitat quatuor modis Soci. in reg. 13. in posterioribus, duobus modis p D. Bernardū de Luc. in reg. 614:

Amplia pluribus modis, & limita septem modis, ut per Feli. in c. innouamus, de treu. & pace, nu. 3. cum seq. Alias limitationes ad hanc regulam vide per Paulum Parisi. in consi. 14. nume. 14. in 4. volu. per Carol. Ruin. in consi. 62. nume. 7. volu. 3. & per Ias. in l. duobus, in §. ei qui, nume. 2. & 19. & 20. ff. de iure iur. & in l. diuortio, in §. quod in anno, nume. 12. ff. solut. matrimo.

Additio. vide Andr. Tiraquell. in d. §. hoc sermone, vbi ponit 33. lignit.

## Regula xxv.

Actus intermedium vitiat stipulationem. Hanc Regulam probat tex. in l. continuus, ff. de verb. oblig.

Limita hanc regulam quatuor modis: ut per Rip. in l. stipulatio ista, §. qui praesens, nu. 17. ff. de verb. oblig.

## Regula xxvi.

Actus nullus executioi mādat, licet nullus remaneat;

Hanc regulam ponit Præposi. vbi etiam quadrupliciter limitat, in c. dilecto, nu. 85. de appella.

## Regula xxvii.

Accusans aliquem tenetur se inscribere ad penam talionis. Probatur haec regula in l. si. C. de accusat. & in au-thē. sed nouo iure, C. de adul. per totum, C. & ff. ad Turpil. & de calum. De iure canonico probatur in c. 1. & 2. 2. q. 3. & in c. 1. 2. & 3. & 4. 5. q. 6. in c. qui crimen, 2. q. 8. De iure Regio probatur in l. 5. & 6. titu. 20. li. 4. fori. & in l. 19. & 26. tit. 1. par. 7. & in l. 92. styl. & ita concludit Ias. & in l. transigere, nu. 3. C. de transfac. & in consi. 2. nu. 11. volu. 1. Alexandrin. consi. 11. nu. 7. volu. 1. haec dicit communem opinionem Matthæus de Afflictis in constitu. Neap. lib. 1. rub. 14. nu. 49. & in cod. lib. rub. 21. nu. 5. Et dicitur ille ca-lumnator qui falsa crimina scienter proponit, ut probat tex. in c. si quem, in §. notandum, 2. q. 3. & in l. 1. in §. calum-nari, ff. ad Turpil. ita concludit Feli. & Ioan. de Imo. in ru-bri. de calum. & ibi Doct. Bart. in d. l. 1. ff. ad Turpilia. Ber-nar. de Luco in pract. c. 59. & sic propriè dicitur quis ca-lumnat-

Iumniari, quando ex certa scientia iniuste agit, vel resistite  
 Ita tenet Iacobus Spiegel in suo Lexico iuris, in verbo, ea  
 lumnia. Alcia. in l. si calumnientur, ff. de verbo, signific. Et  
 ista pœna talionis fuit in l. veteri constituta. Exod. 21. cap.  
 Deute. 19. & postea fuit translata ad ll. duodecim tabula-  
 tum, vt patet in tit. 11. de iniurijs, teste ibi Spiegel. & Ioā.  
 Oldendor. num. 4. & sic constat legislatores diligenter legis-  
 se tabulas Hebreorum: postea tamen fuit reuocata præto-  
 rii juris clementia, vt testatur Aulus Gellius lib. 19. No-  
 ctium Atticarum: vbi assignat duas rationes, scilicet incō-  
 moditatē legis, & rependendē pœnæ, id est, retaliandæ dif-  
 ficultatē: de qua pœna meminit Diuus Aug. in c. pe. 14. q. 1.  
 sed de iure Canonico, & Ciuali, vt s. patet, fuit introducta.  
 - Quam regulā limita quatuor modis, vt per gloss. in l. 3.  
 C. qui accusar. non poss. in verbo, pagina, quas ampliori sty-  
 lo sequutus est Hostien. in ca. super his de accus. Lucas de  
 Penna ponit alias limitationes ad hanc regulām in rub.  
 C. de dela. lib. 10. Et melius quam alibi limitat hanc regu-  
 lam 18. modis, vbi latissime prosequutus est hanc materiā,  
 Ioan. Igneus in l. fideicommissum, nu. 119. vsque ad nume.  
 163. ff. ad Senatuscons. Syllani. Est tamen notandum quod  
 de consuetudine prædicta Regula non seruatur, & sic va-  
 let consuetudo per quam pœna talionis est sublatitatem te-  
 net Bar. in l. si cuius ff. de accus. quem sequuntur Atig. & Salī.  
 in auth. sed novo iure, C. de adult. Hyppol. in pract. cri. Si  
 sequens, nu. 21. Lanceol. Dec. in l. transigere, C. de trâs. Phil.  
 Dec. eius frater in l. si fugitini, nu. 22. C. de ser. fugiti. Ni-  
 colaus Belon. in cōsi. 43. nu. 12. Feli. in c. super his, nu. 5. de  
 acen. Alciat. in lib. 3. patergō. c. 8. Ratiō est, ne propter an-  
 tiqū rigorē accusatores retrahātur ab accusando, & sic de  
 licita remanerent impunita, contra text. in l. ita vulnera-  
 tis, §. penul. ff. ad leg. Aquil. in cap. vt famæ, de senten. ex  
 cōm. & hanc opinionem firmat esse veram Matth. de Affl.  
 in consti. Neapol. libr. 1. rub. 51. nu. 1. & in libr. 2. rubr.  
 23. nume. 5. Quod tamen in testibus non habet locum;  
 sed procedit nostra Regula: ita probat tex. in l. 1. in §. præ-  
 terea, ff. de sicar. vbi probatur quod falsus testis in cau-  
 sa homicidij punitur tanquam homicida; si dolo malo  
 deponat,

deponat: & ita per illum tex. tenet Bald. in c. 1. in §. iniuria. de pace iur. fir. in vñ. feu. & in l. 2. C. de reb. cred. Cor. set. in sing. inci. testis, el xij. Ias. in l. & si ll. nu. 5. C. si contra ius vel ytili. publi. & in l. si duo patroni, §. fi. nu. 5. ff. de iure, in §. item si quis postulante, nu. 64. insti. de actio. Barthol. Chas. in consue. Burgund. rub. 1. in titu. [des iustices.] fol. 14. col. 3. nu. 15. pro quo est glossi. in c. rex debet furta. 23. quæst. 5. probatur de iure nostro regio in l. 26. titu. 11. par. 3. & in l. 83. Tauri.

## Regula . xxviii.

**A C C U S A T I O** facta de crimen, vel inquisitio tanquam commissa certo tempore vel loco, si probetur de alio tempore, vel loco, debet sequi absolutio. Hæc regula probatur in l. denuntiasse, in §. quid tamen ff. de adulter. ponitur per Doctor. in l. si per alium. in §. docere, ff. ne quis eum, qui in ius vocat. est vi exi. Iaso. in l. interpositas, C. de transac. Floria. in l. si cui, ff. quemadmo. seruit. amittan. Angel. in l. quid ergo, §. pœna grauior, si de infami. Canon. in c. licet causam, de probationibus.

1. Limita primo, quando locus vel tempus non esset variabile: quia esset impossibile quod sit nisi vnum: quia tunc licet non probetur locus vel tempus in accusatione deducatum, debet sequi condemnatio, ex quo locus vel tempus non alterat ipsum factum vel pœnam: Ita tenet Ange. de Perus. in d. §. quid tamen nu. 4.

2. Secundo fallit, quādo inquisitus esset confessus delictū: Ita tenet Angel. in l. si vacantia. col. 33. versic. quæro si inquisitus, C. de bonis vacan. lib. 10. de quo vide Bald. qui videtur aliter dicere in l. quoniā in ff. ff. de his qui not. inf. a.

3. Tertio limita, quādo in inquisitione esset clausula, quæ communiter soler apponi, videlicet super quibus omnibus & singulis procedere intendit simul & diuisim. & omni modo quo modo potest: Ita tenet Bald. in l. & si seu rior, C. de his qui not. inf. Flor. in l. in delictis, in §. si detracta. in ff. ff. de noxa. Ange. Aret. in tract. maleficio. in parte, super quibus omnibus & singulis, nu. 4.

## Regula . xxix.

**A C C U S A T U S** non potest reaccusare accusatorem suum

post

post nomen rei receptum inter reos. Probatur hæc Reg. in 1. is qui reus, ff. de pub. iud. in 1. neganda, C. qui accusa. non poss. in c. negāda, 3. q. 3. de iure Regio. tex. in 1. 4. ti. 1. par. 6

Limita hanc regulā decem modis, vt per Maria. Soci, in c. ex literis, a nu. 69. vsque ad nu. 79. de mutuis petitio. vbi in nu. 65. ponit quādo dicatur nomē rei receptū inter eos.

## Regula xxx.

A dī compromissum faciendum iudex partes litigantes cogere non potest, testamen. Ita probat glo. & ibi Bartol. in 1. fut. in §. qui ius, ff. de his qui not. infā. tex. in §. fi. & ibi Ange. in Authen. vt litigantes iurent, colla. 8. in c. fi. & ibi Bal. in 3. col. de rescrip. Bart. in 1. congruit, ff. de offi. præsi. Bal. in proœ. Decret. nu. 28. glo. vbi doc. in 1. 1. in §. & post operis, ff. de noui oper. nuntia. quod etiam hodie est deci- sum, vt etiam inter consanguineos non habeat locum in pragma. 25. de Segouia, anni 1534.

Hanc regulā limita tribus modis, vt per Ias. in 1. quidam existimauerunt, nu. 4. ff. si cer. pet. quas limitationes posuit Iacobi, de sancto Georgio in 1. si vero, nu. 2. C. de iudi. Se- pre in limitationes ad hanc regulam posuit Feli. in rub. de treug. & pace: vbi notabiliter tractat materiam: quam re- gulam latius explicabimus infra, in regu. incip. Affines.

## Regula xxxi.

Administratores seu officiales, vt sunt tutores, curato- res, & similes, non possunt emere res illorum seu bona cu- ius vel quorum administrant. Facit & probat tex. in 1. si in emptione, §. fi. ff. de contrahen. emp. vbi dicit tex. quod tu- tor non potest emere rem pupi. glo. in 1. cum ipse, C. eo. ti. ibi, cum dicit, habet locū hæc in omni officio publico vel priuato, & si isti contrahunt, puniuntur, vt in 1. non licet, ff. eo. tit. vbi tex. dicit q̄ amittunt rem, & condemnantur in quadruplum, facit etiam tex. in 1. qui officij, ff. de contrah. emp. & in 1. 1. & ibi Doc. C. de contrac. iudi. in 1. plebisci- to, ff. de offi. præsi. not. in 1. aufertur, in §. 1. ff. de iure fisci. Hæc Regula probatur in tutoribus & curatoribus in 1. 1. tit. 5. lib. 5. ordina. & in 1. 1. 4. tit. vlti. lib. 8. ordina. & in 1. 4. titu. 5. par. 5. hanc Regulam ponit Soci. in Regu. 278. vbi eam limitat septem modis.

Et

Et quia Socinus tantummodo ponit regulā in officialibus administrantibus iustitiam, diuidā eam in duas partes. In prima parte ponam ultra eum Fallentias alias in istis officialibus, qui iustitiam administrant. In secunda parte quid in curatoribus & tutoribus: quæ est magis necessaria.

1. Primo fallit ultra Socinum supradicta Regula, nisi officialis emit rē quæ fuit patris vel antecessoris sui. Ita probatur in d.l. qui officij, & in l. milites, ff. de re milita. & notatur in d. l. principalibus, maxime per Roma. Ratio est, qua nihil proprium est filio quam patris successio. vt in Aucten. quib. mod. natu. effi. legit. in §. igitur, colla. 6.

2. Secundo fallit, nisi contractus confirmetur silentio 30. annorum: Ita concludit Azo in summa, C. de contracti. iudi. quā sequitur Matthæus de Affic. in c. 1. §. si vero nu. 18, de feud. Guar. atque Castal. in vñib. feud.

3. Tertio fallit, nisi officialis emat finito officio, & sic tempore syndicatus, vt in d.l. C. de contract. iudi. & not. glo. in d.l. qui officij, & ita tenet Ias. in d.l. principalibus, nu. 4.

4. Quarto fallit, vt non procedat in ultima voluntate: & ideo officialis durante officio potest hæres institui, & sibi fieri legatum, vt in l. non dubium, in prin. ver. potestate, C. de testa. & ibi Bar. & Doc. quam opinionem sequitur Ias. in l. principalibus nu. 2. in f. ff. si cer. peta.

5. Quinto fallit in officiali, quia caperet donationem remunerationis causa, durate officio, vt in l. Aquilius Regulus, vbi Barto. in 3. oppo. nu. 1. ff. de donatio.

6. Sexto fallit in officiali recipienti pignus: Ita tenet Bar. in l. in quorum, ff. de pigno. cōtra glo. ibi, quam doctrinam Bart. sequitur Bertachi. in tract. de gabellis, in 3. par. prin. nu. 10. Ias. in d.l. principalibus, nu. 3. Fran. Aret. in l. Gallus in §. & quid si tantum, nu. 19. ff. de libe. & posthu.

Secunda conclusio huius regulæ, scilicet quod tutores non possunt emere rem pupilli: & sic in consequentiam & non valet donatio, vel alia dispositio à minore facta ad utilitatem tutoris, vel curatoris, seu alterius administratoris, vt probat iura supra alleg. Cuius Regulæ ratio est; quia tutores in hoc casu auctoritatem pupillis præbere debet, & tanquam in re sua non possunt: vt in l. 1. ff. de autho. tut.

quia

D. Petri Duen.

quia tutor datus est pupillo ut eum tueatur, non ut eum spoliet, vt in l. i. ff. de tut. & in §. tutores. Inst. eo. tit. Secunda ratio est propter metum & reuerentiam quam pupilli habent tempore tutelæ, ob ius tutelæ ipsius, vel administrationis, iste metus & reuerentia sufficit ad rescissionem cōtractus: rex. est iuncta glo. in l. i. §. quæ onerandæ, in verbo metu. ff. quar. rer. actio. non dat. Tertia rō est, quia alias tutores & alij administratores suos pupillos, vt hos regerent spoliarent: Ita dicit Alberic. in l. i. ff. de tutel. facit rex. in l. i. ff. de dona. inter vir. & vxo. Quarta ratio est, vt sit supradicta regula introducta in fauorem minorum, ne decipiantur, vt in l. i. ff. de mino.

1. Quam regulam amplia. Primo vt procedat etiam si pupillus sit h̄eres institutus, & grauatus restituere h̄ereditatem tutori, non potest ipsi tutori restituere prædictam h̄ereditatem sine iudicis autoritate: quia non potest esse auctor in re sua. l. i. §. fuit quæsitus, ff. ad Trebel. cum prædicta restitutio sit ad utilitatem tutoris, cum in eum transseant actiones: vt in d. l. i. & per totum, instit. de fideico. h̄ereditatenent Doct. in l. singularia, ff. si cert. pet. ita concludit Nicol. Bello. in lib. 3. supp. a. c. 14. & 15.

2. Secundo amplia, vt in tantum procedat quod etiam non valet acceptilatio facta tutori vel curatori per pupillum, seu alteri administratori durante tutela, neque etiam quidē statim finita tutela: sed ex longo interuallo secus, quia tunc cessat ratio huius regulæ, arg. l. si ventri, in ff. de priuilegiis. credit. & in l. i. in §. quæ onerandæ. ibi, in summa si incontinenti impositum sit quid liberto, quod oneret eius libertatem, dicendum est exceptioni locum fore, ff. quarum rerum actio non datur. Sed ex interuallo post redditas rationes & reliqua, cum nemo videatur eum cogere, vt promittat, tñm bene potest: quia qualitas iuncta verbo, debet intelligi secundū tempus verbi, l. in delictis, §. i. ff. de noxa. & ne officiū sit aliqui damnosum, l. si quis, ff. si quis omissa cau. test. posset tñ minor Iesus postea restitui, pl. l. ff. de mi.

3. Tertio amplia, vt etiam habeat locum in contractu donationis quæ donatio tutori per pupillum, fieri nō potest: quod non solum est verum in donatione immobilium, verum

cum etiam mobilium, ut in l. si ita ff. de fideiuss. & in l. bonorum ff. de verb. sig. quod etiam intelligo non solum habere locum in tutoribus vel curatoribus, sed etiā in alijs: etiam si ipsos tutores vel curatores nihil tangat, nō valet supradicta donatio: vt in l. tutor ad utilitatem, ff. de admitt. tuto. & in l. si. C. si major factus. imo etiam si tutor in hoc casu pupillo præstiterit autoritatem, tenetur: vt in l. i. in prin. ff. de tu. & ratio. distra. quia donare est perdere, vt in l. filius familias, ff. de donatio.

4. Quarto amplia, vt etiam procedat in cessione: quia cessione facta per pupillum tutori, non valet: quia donationis vicem plerunque habet, vt in l. penul. & fina. C. manda.

5. Quinto amplia, vt non solum habeat locum in persona tutoris & curatoris, verum etiam habet locum in persona consanguinei ipsius tutoris. Ratio est, quia fieret fraus de persona ad personam, vt in l. pupillus, in §. sed et si per interpositam, ff. de admitt. tuto. notatur in l. fraus ff. de legib. & in regu. que in fraudem, de re. iur. lib. 6.

6. Sexto amplia, vt etiam procedat in testamento facto ab adolescentे in favorem tutoris vel curatoris, vt etiam non valet, quia non libere videtur factum vt decet: vt in l. i. C. de sacrosanc. eccl. & in l. i. & per totum, C. si quis aliquem testamen. prohi. quanvis si alius prohibitus fuisset institutus, valeret. vt in l. qua ætate, ff. de testamen.

7. Septimio amplia, vt supradicta regula habeat locum in custode: de quo potest ponni exemplum in c. cum locum, de sponsa, vbi dicitur q̄ quando agitur de fœdere matrimonij, debet custodiri mulier in loco tuto: quod si ita mulier esset minor, non posset contrahere cum custode.

Ratio est, quia ratione metus videretur facete, vt in d. §. quæ onerandæ. Idem est dicendum in minore qui est in carcere quod non possit contrahere cum Commentariis, vt notatur in l. qui carcerem, ff. quid met. cau.

8. Octavo amplia, vt non procedat etiam si contractus fieret in presentia amicorum: quia licet presentia amicorum tollat suspicionem, vt in l. transactionem, C. de transactio. tamen non tollit prohibitionem huius regulæ, licet con- gratiū teneat Bar. in repet. I. frater à fratre, n. s. i. ff. de cōd.

indebii vbi expresse loquitur in casu huius regulæ, quem sequitur ibi Ias. in repet. nu. 42. Alex. in d.l. transactionem nu. 4. Sed contra Bartol. & pro supradicta ampliatione facit tex. in L. 14. tit. i. 8. li. 8. ord. in parte, concegeramente. quæ debet intelligi, id est publice, sicut est quando fit in præsentia amicorum, quod dicitur publice fieri.

9. Nono amplia, vt etiam hæc Regula habeat locū, si contractus inter tutorem & pupillum fieret in præsentia iudicis, cum iudex non possit legibus probantibus hanc Regulam derogare: quia inferior non tollit legem superioris, maxime prohibituam, vt in l. 1. C. ne fideius. dot. dentur in Cle. ne Romani, de electio. alias nunquam haberent locum constitutiones vel ordinaciones prohibentes aliquid fieri contra l. nemo. vbi Doct. ff. de leg. 1. nisi iudex ex magna causa approbaret supradictum contractum, vt si nimis vtile esset pupillo: vel alias, ut in l. si hominē, ff. manda. ita probat tex. maxima causa interueniente in l. 4. tit. 5. part. 5.

1. Fallit primo supradicta Regula, scilicet si tutor vel curator emat rē pupilli altero tutore autorizante, l. 4. & 5. ff. de autho. tuto. & l. non existimo, ff. de admini. tut. Ratio est, quia isti tutores habent autoritatem diuiduam: quod tamen intelligo verum, vt supra dixi, quando fieret etiam cum magna causa, vt probat tex. in l. 4. tit. 5. parte 5.

2. Secundo fallit, qn̄ tutor accepisset possessionē alicuius rei sibi debitæ antequā fuisset tutor: vt in l. fistulas, in §. 1. ff. de cōtrah. emp. Ratio est quia agitur de execuſione alterius contractus & vacuæ possessionis, in quibus non requiritur authoritas præsidis, vt in l. 1. C. qn̄ decre. opus nō est.

3. Tertio fallit, qn̄ pupillus esset debitor tutoris, quia tūc poterit sibi soluere, si debitum esset pecuniarū, l. quoties §. sicut ff. de admi. tut. sed si res essent immobiles, requirerētur solēnitates positæ in l. magis puto, ff. de reb. eorū, & in l. si predium cum alijs C. de præd. mino. notant Doct. in l. singularia, ff. si cer. pet. Et idem quod dictum est de tute, quod potest sibi soluere, habet et locum in execuſore dato in testamento. Ita tenet Ioan. Andr. in additionibus ad specu. in tit. de instrumen. æditio. in §. nunc aliqua, ver. 29. nu. 30. quem sequitur Bal. licet de Ioan. And. nullā métionem

nem faciat, in l. non est dubium, nu. 4. C. de leg. allegat tex. in d. l. fistulas. in §. fundum, eandem opinionem tenet ibi Paul. de Cast. & Ias. nu. 4. in 2. limitatione, neque talis executor propter hoc incidit in poenam d. l. non est dubium, quam op. sequitur Phil. Dec. in consi. 243. nu. 3.

4 Quarto fallit, quando pupillus factus maior approba-  
uerit illū contractum l. si. C. si maior fact. l. pupilus §. item  
ipse ff. de administ. tuto. Quod tamen intelligo verū, quod  
valebit supradictus contractus à tempore approbationis,  
& non ante, cum à principio nullus fuit, ob id non potest  
conualescere, l. quod in initio, ff. de reg. iur.

5 Quinto fallit, quandocunq; ex contractu resultaret cō-  
modum pupillo. Ratio est, quia cum hæc regula fuit intro-  
ducta fauore pupillorum, ne decipientur, & bonis suis pri-  
uentur. igitur in fauorem ipsorū valebit: vt in §. 1. insti. de  
autho. tut. in l. non eo minus, C. de procu. gl. in l. 2. ff. de ac-  
ceptil. tex. est in l. 3. ti. 7. lib. 3. fori. & in d. l. 4. tit. 5. parte 5.

6 Sexto fallit, in substitutionibus pupillaribus, quia non  
funt à pupillis tutoribus: & sic requiritur, q; sint factæ ab  
ipsis pupillis, quia vbi uerba non conueniunt, neque dispo-  
satio, l. 4. §. roties, ff. de dam. infec. Et quia substitutio pupil-  
laris potius est dispositio testatoris quam filij pupilli, l. Pa-  
pinianus, §. sed neque impuberis, ff. de inoffic. testamen. &  
est prouisio patris magis, quam filij, l. patris & filij, ff. de  
vulga. & pupilla. & sic substitutio ualeat, ut in c. si pater &  
ibi Docto. de testa. lib. 6.

7 Septimo fallit, quandocunq; fieret contractus cū autho-  
ritate iudicis. Quod tamen intelligo uerū, ut supra dixi  
in 9. amplia. scilicet, quod causa debet esse maxima, & iure  
conueniente, nam alias nō potest minor etiam cum decre-  
to facere tamē contractum, ut in l. 1. & ibi Bar. C. si ma-  
ior fact. quem sequitur Barba. loquendo in donatione, in  
consi. 40. col. 17. uers. capio aliud dubium in 3. uol. ubi di-  
cit, q; in tantum hoc procedit, etiam si minor iurauerit ta-  
lam donationem, idem tenet in consi. 41. in 4. uolu.

8 Octavo fallit, quando pupillus esset ditissimus & con-  
tractus factus, uel donatio esset modicæ quantitatis, qui a  
de modicis non curat prætor, l. scio, ff. de restitutio, in in-

tegrum; l. cum plures in fine ff. de administratio. tutor.  
 Nono fallit in minore, qui alienauerit aliquam re pio  
 loco, dum ibi custodiebatur professionis voluntariæ facien-  
 dæ causa: probat gl. 1. in l. si quis Titio, ff. de lega. 2. ita te-  
 net Bal. in l. generali nu. 3. C. de sacrosan. ecclæ. quam op-  
 nioné sequitur Pari. in c. in præsentia, nu. 37. de proba con-  
 tra Abb. ibi. nu. 10. Circa quâ questionem, ubi eam latissi-  
 me examinat, vide And. Tiraq. in legibus connubia. in gl. 6.  
 nu. 159. cum seq. & sic licet, ut supra dixi in 7. ampliari, q.  
 hæc regulæ habet locum in custode, tamen quando aliquis  
 custodiat professionis voluntariæ facienda causa, non ha-  
 bet locum. Est tamen verum quod ibi Tiraquel. loquendo  
 in muliere quæ prohibetur contrahere sine licentia mari-  
 ti, ut in l. 55. Tauri, an possit facere contractum fauore ec-  
 clesiæ vel piz causæ, & concludit q. non, ibi. in nu. 170. Ra-  
 tio in qua se fundat est, quia talis prohibitio est in fauore  
 mariti introducta. Sed supradicta ratio cessat in casu no-  
 stræ regulæ: quia talis prohibitio ut minor, non possit con-  
 trahere cum tutori, tantummodo, ut supra dixi in prin. hu-  
 ius regulæ, est introducta in fauore ipsius minoris. & ideo  
 procedit, & est vera nostra limitatio: ibi Tiraquel. pro  
 traq; parte refert plures doctores, quos propter prolixita-  
 tem non refero, cum ibi in promptu videri possint.

## Regula xxxii.

**AEDIFICARE** potest quis, aut reficere Fortalicum, vel  
 Castro, & ciuitates in suo. Hanc regulam probat tex. in l.  
 per prouincias, C. de ædific. priua. eandem regulam ponit  
 Barto. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure, nu. 7. & ibi Bald. &  
 Angel. Ratio est, quia constructio ædificiorum est de iure  
 gentium, d. l. ex hoc iure.

Limita primo, nisi talia ædificia fierent ad emulationem,  
 vel iniuriæ alterius. Ita probat tex. in l. opus nouum, ff. de  
 spe. pub. & ibi Bar. & in l. fluminum, in §. fi. ibi, nisi animo  
 nocendi, ff. de dam. infec. glo. in l. per prouincias. in uerbo  
 sui dominij, C. de ædific. priu. & in l. quicunq; castellorum  
 C. de fundis limitrop. lib. 12. in uerbo, antiquitas. Bar. in l.  
 1. in prin. ff. quod cuiusq; uniuersi. nomi. & in l. fi. ff. de col-  
 leg. illic. nu. 3. Inno. in c. Pilanis, de restitu. spoliat. Ang. in  
 l. cum

1. cum eo, s. de seruit urb. pred. Ias. in d. l. ex hoc iure, nu. 8.  
ubi Clau. de Seyssel, nu. 16.
2. Secundo limita, quādō quis ædificaret in limitibus im-  
perij Castrum uel Fortalicum, d. l. quicunq; castellorum;  
ioncta glo. ibi Inno. in d. c. Pisanis. Bart. in d. l. f. ff. de colle.  
illic. in d. nu. 5. Angel. in l. 12. tabularum, nu. 3. ff. ad l. Iul.  
maiest. Ias. in d. l. ex hoc iure nu. 12.
3. Tertio limita, qñ ædificia præberent materiam seditionis & scandali, ut tenet glo. in d. l. per prouincias, quia tūc  
publica utilitas præfertur priuatæ, l. Lucius ff. de euic. & l.  
item si uerberatum cum sim. ff. de rei uend. Quod tñ intel-  
ligo esse uerum, etiam si iste haberet licētiam Regis ad ædifi-  
candum Fortalicum: quia si talis ædificatio præberet  
seditionis materiam, tūc illud priuilegium, si est postfacto  
incipit nocium esse, debet reuocari: Ita probat text. in c.  
sugestū, de decim. & in l. 41. ti. 18. par. 3. & ita tenet Mat-  
th. de Afflict. in consti. Neap. lib. 3. Rub. 29. nu. 5.
4. Quarto limita, ut procedat, quod quis possit ædificare ad  
hoc, q; officiū sit licitum: sed ad hoc ut castru uel locus ha-  
beat iurisdictionē, uel ius ciuitatis aut municipij, hoc nō  
licet sine authoritate Regis. Ita tenet Bart. in d. l. f. ff. de  
colleg. illic. nu. 15. & in l. f. ff. quod cuiusque universi. no-  
mi. quem sequitur Claud. de Seysel. in d. l. ex hoc int̄ nu-  
me. 14. & ita debet intelligi dictum Inno. in c. cum ab ec-  
clesiarum, nu. 1. de offic. ordina.
5. Quinto limita, nisi per sententiam essent muri destru-  
ti: quia tunc non possunt refici, uel de nouo ædificari si-  
no licētia regis. Ita tenet Ioan. Fab. in l. seruus, C. de pœn.  
quem sequitur Chassanæ. in consuetudi. Burgund. in titu.  
[De forestz]. §. 9. nume. 4. Matth. Afflict. in d. rub. 29. nu.  
me. 6. pro qua opinione est text. in l. sacra loca in §. mu-  
ros, ff. de rerum diuisio.
6. Sexto limita, nisi esset consuetudo, ut quis nō posset ædi-  
ficare Castrum uel Fortalicum: quia tunc illa consuetu-  
do ualeat. Ita tenet Chassanæ. i. d. ti. [Des forestz] §. 9. nu. 4
7. Septimo limita, ut ista regula non procedat de iure no-  
stro regio: ut in l. 7. ti. 7. lib. 4. ordin. & in l. 47. Tauri, in si. &  
in pragmatica 70. in antiquis, fol. 57. ubi habetur nemine

D. Petri Duenensis  
posse sine licetia principis edificare, aut reficere Castella.  
Regula xxxiiii.

1. **AEDIFICARE**, & eleuare potest quis usque ad celum domum suam. Hanc regulam ponit text. in l. altius. & in l. si edibus. C. de serui. & aqua. in l. fin. in §. ff. quod vi aut claram. cum alijs iuribus allega. in gloss. in d. l. altius. De iure nostro regio text. in l. 25. titu. 32. par. 3. Hanc regulam ponit Soci. in regula 101. vbi eam quadrupliciter limitat.
2. Amplia primo ultra eum, quod in tantum procedat regula nostra, quod etiam si domus mea steterit per mille annos iuxta domum tuam non edificata, probe potero eam edificare. Ita probat gl. in l. qui luminibus. in verbo, formam in f. ff. de serui. vrb. prae. & glo. in c. Abb. in verbo. alienensem monachum. de verb. signific. Ita tenet Ias. in §. usque si agat. nu. 41. Instit. de actio.
3. Secundo amplia, etiam si eleuando quis domum suam officiat luminibus vicini, quia tunc potest predictam domum eleuare, nisi ei debeat seruitus aleius non tollendi. Ita probat text. in d. l. altius. & in d. l. si in edibus. & in l. cum eo. ff. de serui. vrb. prædio. etiam si vicinus esset minor vel pupillus: ut in l. altius. ff. si serui. vend. iuncta glo. ibi Dec. in l. nullus videtur. nu. 1. & ibi Cagnol. nu. 4. ff. de reg. iur. Coras. in lib. 3. Miscellaneorum. c. 24. nu. 3. Aymon. consi. 84. nu. 2. vol. 1. Bertrand. in consi. 28. nu. 2. & in consi. 224. nume. 1. vol. 2. & in consil. 67. nume. 1. vol. 2. primæ impressionis.
3. Tertio amplia procedere, etiam si in totum obsecurantur lumina seu aedes vicini, d. l. cum eo. & ibi hoc tenet Bald. & Paul. in l. binas aedes. nu. 2. in lext. Auionen. ff. de seruitut. vrbani. Angel. nn. 1. in d. d. cum eo. & Cæpol. in tract. seruit. vrbani. prædio. c. 39. nu. 1. in fin. licet Soc. in d. reg. 110. in 4. fallen. teneat expresse contra, quæ opinio falsissima mihi videtur, maxime cum text. in quo se fundat, in iure non reperiatur.
1. Limita primo hanc regulam ultra Socios, quando seruitus esset imposita per pactum: ut in l. inter seruitutes, cum sequent. ff. de seruit. vrbaniorum prædiorum, & ita tenet Coras. in l. 1. nu. 27. cum alijs. ff. de seruitutibus.

Secundo

- 2 Secundo fallit, quando zedes vicini haberent lumen ex publico : quia tunc vicinus ædificando nocere non potest talibus luminibus: nam non licet vicino aliquid in publico facere, quin licet alteri prohibere: vt. ff. ne quis in loco pub. per totum. Ita tenet glo. in l. flumintum. in. §. fin. in verbo non teneri. ff. de dam. infe. & ita tenet Bartholom. Cæpol. vbi declarat istam limitationem , in tract. de seruit. vrba. præd. cap. 29. nume. 2.
- 3 Tertio limita , quando quis habet plures domus , & legat vſumfructum vnius alicui: nam tunc hæres non potest obscurare domum vſumfructuarium in totum: sed debet modicum lumen quod habitantibus sufficiat relinquere . Ita probat tex. l. si is qui binas. ff. de vſumfruct. & in l. binas hædes. & ibi gl. ff. de ser. vrba. præd. ita tenet Ias. in d. l. ex hoc iure. nu. 15. ff. de iust. & iu. Hippo. in singu. 154. Corasi. in lib. 3. Miscella. c. 24. nu. 6.
- 4 Quarto fallit , quando eſſet statutum , vel consuetudo ædificandi vſque ad certam mensuram : vt eſt gl. in l. i. C. de ædifi. priuatis. & in l. qui luminibus. ff. de ser. vrba. præd. quas ſequitur Cæpol. in tract. ser. vrba. præd. c. 27. nu. 5. Corasi. in l. i. nu. 12. ff. de seru. & in lib. 3. Miscell. c. 24. nu. 8.
- 5 Quinto fallit, quando quis ædificaret ſuper re communi iphiſ laborantis, & eius cuius luminibus officit : quia tunc non potest obscurare lumina alterius domus, quæ eſt propria dicti ſui conſocij . & iſte talis ædificando tenetur formam antiquam ſeruare ſecundum quam erat ædificatum. & ſi nunquam fuit ædificatum ſuper ipſo pariete, melior eſt conditio prohibentis: vt in l. Sabinus. ff. commu. diuid. & in c. in re communi, & ibi Ioan. And. & Din. de reg. iur. lib. 6. & ita tenet Albe. in d. l. altius. quem ſequitur Cæpol. de ſeruitu. vrba. prædi. c. 36. nu. 10. & c. 39. nu. 3.
- 6 Sexto fallit , quando area in qua fructus triturantur , & paleæ a fructibus diſcernuntur, non poſſit habere ventum niſi ab una parte , quia tunc ipſo iure prædio vicini ſeruitus imposta eſt videtur, ne poſſit altius tollere, & vētum impediſtre. Ita probat tex. & ibi Docto. per eum. in l. fi. in §. C. de ſeruit. & aqua. tex. & ibi gl. 1. & Ange. in l. Imperatores. ff. de ſerui. vrba. prædi. & ita tenet Ioann. de Imo. in l.

- Si prius. nu. 9. ff. de no. oper. nun. Ias. in l. ex hoc iure. nu. 14.  
ff. de iust. & iure, Ioan. Corasi. in l. 3. Miscel. c. 24. nu. 4.
- 7 Septimo fallit. quando quis adificaret animo nocendi  
vicio; & sibi non prodest. vt est text. iuncta gl. in l. 1. in §.  
denique cl. ij. ff. de aqua plu. arcen. & in l. fluminum in §. si  
iuncta gl. ibi, in verbo, non teneri. ff. de dam. infect. & ita te-  
nent Cin. Bald. & doct. in d.l. altius. per text. in l. opus. ff.  
de oper. publ. facit etiam tex. in l. qui data opera. in prin.  
ibi, sine lucro hoc affectauit. ff. ex quib. cau. maio. & hanc  
opinionem tenet Paul. de Cast. in d. l. cum eo. Deci. in l.  
nullus. nu. 1. ff. de reg. iur. & ibi Hierony. Cagnò. nu. 4. Hip-  
poly. in sing. 154. Fran. de Ripa. in l. de pupillo. in. §. me-  
minisse. nume. 34. per gloss. ibi. ff. de damn. infect. Alexand.  
in consi. 174. nu. 4. vol. 2. Stephan. Beltran. consil. 329. nu-  
me. 2. volum. 2. prioræ impressionis. Aymon. consil. 91.  
nume. 1. volum. 1. Marian. Socin. Iun. in consil. 76. volum.  
2. Corasi. in lib. 3. Miscellan. c. 24. nume. 5. Alc. in tract. præ-  
sumptio. 3. regula. præsumpt. 23. nu. 1. Ias. in l. ex hoc iure  
nu. 8. ff. de iusti. & iii. Francisc. de Ripa in l. quo minus. nu-  
me. 26. ff. de flumin. De iure regio est text. pro ista opinio-  
ne in l. 19. titu. 33. parte 3. & ibi gloss. Et ista opinio est ne-  
ra & communis vt ex supradictis. Doct. patet: licet Alberi.  
teneat contrariū in d.l. altius. & Angel. in d.l. cum eo. nu-  
me. 2. Florian. in l. Sabinus. nume. 2. ff. communis diui-  
dund. quæ opinio, vt supra diximus, communiter à Docta-  
rib. reprobatur.
- 8 Octavo fallit in scalis: nam quis iuxta scalas adificare  
non potest, ita quod luminibus earum officiatur, licet ser-  
uitus constituta non sit: Ita tenet Barth. Cæpol. in tract.  
Seruit. urbano. prædio. cap. 39. nu. 4.
- Regula      XXXIIII.
- AFFECTIO non petitur, nec eius ratione condem-  
natio augetur. Hanc regulam ponit text. in l. si seruum.  
ff. ad leg. Aquil. & in l. prævia rerum, & in l. in lege Fal-  
cidia hoc esse. ff. ad l. Falci. in l. vnicca, in versic. quod re ve-  
ra. C. de sentent.
- 9 Fallit primo, quando utilitas est iuncta affectioni: vt in  
libris, in quibus diu studui, & multum scripsi; & sic habet  
utilitatem.

- utilitatē iunctā cū affectione, vt in l. videamus ff. de in litē iura. & ita tenet Alber. in l. i. eo. tit. secus si affectio sit sola.
- 3 Secundo limita, vt non procedat in casibus a iure expressis: Ita videtur tex. in l. non tantum ff. de appella. & ibi est utile, quia vita prorogatur.
- 3 Tertio limita, non habere locum in minore: vt in l. si in emptionem ff. de minor. & ita communiter tenent Docto. secundum Pyrrh. in l. quatenus in 2. regu. ff. de reg. iur.
- 4 Quarto fallit in casu. L. competit. §. 1. & ibi Alberic. ff. quod vi aut clam. & in casu glo. in l. fina. in verbo, non habebitur. ff. de operis seruor.
- 5 Quinto limita, quo ad inducendam actionem quam affectionis ratio inducit in contractibus honestæ fidei, vt in l. cum seruus ff. manda. quod intelligo si affectio fuerit honesta, secus si in honesta, quia tunc non prebet actionem. nec aget condemnationem: Ita tenet Alberic. in d. l. r. col. 2. ff. de in litem iuran. secus tamen est in actionibus stricti iuris, in quibus affectio non inducit actionem, etiam si fuerit causa honesta: ista est gl. in l. fideiussores ff. de pac. in verbo, nec n. quā ultra Doc. ibi, præcipue Iacob. de san. Geor. sequitur Ias. in l. quidam cum filiū. nu. 7. ff. de verb. oblig. & in l. i. nu. 7. ff. de in litē iuran. & in consi. 41. vol. 3. col. pen.

Regula      x x x v.

A F F E C T U S , licet non sequatur effectus, punitur. Hanc regulam probat tex. in l. i. §. diuus. ff. de fica, & in l. his qui cū telo. C. eo. tit. & in l. si quis, non dicā rapere, C. de epis. & cleri. canonizata in c. si quis, non dicā rapere. de poeniten. distinc. t. & in l. i. in fi. ff. quod quisq; iur. & in c. fi. de spon. cum alijs glossis allegatis per Hipp. in d. §. diuus. nu. 3. & circa hanc regulam vide Feli. c. 1. de presump. & me lius quam alibi Thom. grammati. decisio. 2. nu. 2. cū alijs.

Hanc regulam ponit Socin. vbi eam octo modis limitat, in regula 31. Latius ponit hanc regulam, vbi eam limitat octo modis, Feli. in tractatu de conatu. col. 2. cum seq. quas limitationes ponit etiam Hippol. in d. l. is quā cum telo. nu. 24. & in l. qui falsam monetam, ff. de fiscar. nu. 1. cum sequen. Decem limitationes ad hanc regulam ponit Matth. de Affi. in consi. Neapo. lib. 1. rubr. 11. nume. 1.

Circa

Circa quam regulam vide de jure regio l.2.tit.3.par.7.Ho  
die tamen ad hoc ut incidat in pœnam, requiritur vulne-  
ratio. ut in l.2.tit.13.lib.8.ordinamenti.

## Regula xxxvi.

A F F I N E S Ad compromittendū de litibus cogi pos-  
sunt, quodocunque cauetur per statutum: quod statutum  
in iure nostro validum est, ut tenet Bal. in prima constit.  
C. §. quibus. quem sequitur Ias. in l.1. nu. 6. ff. de legib. &  
ita etiam quod prædictū statutum valeat, firmat Matth. de  
Afflic. in deci. Neapo. deci. 46. Cur. Iunior in l. fratis. nu. 2.  
C. de trans. Iac. de sanct. Geor. in l. 1. nu. 7. in l. lect. ff. de  
trans. & in 2. lect. nu. 9. vbi dicit, quod istud statutum est fa-  
uorable: quia est introductum in odium litium. quod ante  
eum tenet Bald. in l. qui se patris. nu. 16. C. vnde lib. Ti-  
raq. no. in tract. de causa cessante. in 1. par. in prin. nu. 34.

A D D I T I O . Vide pulchre Marc. Anto. Blancum, in  
tract. de compromissis faciendis inter coniuctos, secundum  
statuta: vbi ample examinat infrascriptas ampliat. ac li-  
mit. Et ex illius lectura possunt assumi plures aliae am-  
pliat. ac limit. ultra hic examinatas.

- 1 Amplia primo procedere, etiā intet maritum & vxorē: qui licet non sunt affines, sunt tamen principium & causa affinitatis. Ita Bal. in l. affinitatis: C. com. de success. nu. 1.
- 2 Amplia secundo procedere inter sponsum, & sponsam: secundum Ias. in l. quod Seruius. ff. de condit. ob cau. nu. 2.
- 3 Tertio amplia procedere inter consanguineos spurios, quando agitur inter coniuctos ex parte matris: secundū, Alex. in l. ex facto in. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. nu. 5.
- 4 Quarto amplia etiam inter minores: secundum Paulū de Cast. in l. nam & postea. in. §. si minor. ff. de iureiu.
- 5 Quinto amplia in tute, & procuratore. nam licet aliias illæ personæ non possint. compromittere sine speciali mādatō. l. trans. & ibi doc. C. de trans. tamē quando eorum principales sunt cōiuncti, bene possunt cōpromittere: ex quo nō faciūt hoc voluntarie, sed ex necessitate statuti. Ita te-  
net Ang. in l. non solū. §. interdum. ff. de procu. Bal. Pau. de  
Cast. & Alex. in l. si plures. ff. de pac. Ias. in d. l. trāfactionis.
- 6 Sexto amplius procedere, etiam si partes sint discor-  
des

- des in eligendis arbitris: quia tunc iudex solus eligit, & sit cōpromitium, vt in l. f. §. electio. C. de iudi. Ita tenet Bart. in l. in venditione in §. f. ff. de bonis autho. iudi. possiden. & in l. 1. in §. ex hoc rescripto, ff. de ventre inspicien. Alex. in l. de die. in princip. in 2. notabili, ff. qui satisda. cogani.
- 7 Septimo amplia, non solum quando principalis litigatōr est coniunctus, sed etiam quando author est coniunctus, licet principalis sit extraneus: Ita tenet Bar. in sua 2. dispu. incip. Pisanæ ciuitatis, & in l. procurator, la ij. ff. rē ratā hab.
- 1 Primo limita, dum tamen compromissum peratur ab vna ex partibus, alias si non petatur, iudex non debet compellere partes de per se ad compromittendum, vt in l. 4. in §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infe. & quando petitur ab vna parte debet alia pars citari: Ita tenet Ale-  
xand. in consl. 82. vol. 1.
- 2 Secundo limita procedere, quādo staret aliqua scriptura iurata: quia propter iuramētū non fit cōpromissum: Ita tenet Pau. de Cast. in cōsl. 13. vol. 2. nu. 1. & 2. Alex. in cōsl. 37. vol. 2. nu. 6. Ias. vbi plures alleg. in l. fratrīs, C. de transfa-
- 3 Tertio limita, procedere inter affines durāte affinitates, secus autem si affinitas sit dissoluta per mortem, quia licet remaneat vinculum quo ad impedimentum matrimonij, tamen non remanet quo ad compromissum: Ita tenet Bar. in l. cui eorum, in §. affinitates, & ibi Bal. & Doct. ff. de postu. glo. & ibi Alex. & doct. in l. sed hoc ita, ff. de iud. Pau. de Cast. in l. rei iudicatę, §. f. in f. ff. solu. mat. Tiraquel. in tra-  
cta. de causa cessante, in prima parte, in prin. nu. 31. Et ex hoc infero cessare dictum statutum inter priuignum & no- uercam mortuo patre, ex quo est dissoluta affinitas, secun- dū Bal. i l. affinitates. C. cō. de successio. Pau. i cōsl. 80. vol. 2.
- 4 Quarto limita in causa feudalī: quia illa compromitti non pōt, non obstante prædicto statuto: Ita determinat Andre. de Iser. in c. 1. in §. si inter. de lege Corra. in vſib. feude.
- 5 Quinto limita, in causa in qua agitur de vita & malitia in qua non compromittitur: nam æquiparatur feudalī: Ita Matth. de Afflict. in deci. 43. per totam, & in consti. lib. 34 Regu. 18. Anton. Capitius in decis. 211.
- 6 Sexto limita, quando altera pars haberet aliquam exce- ptio-

ptionem litis finit, seu impedientem litis ingressum, quia non potest ea iuvata fieri compromissum: Ita Bal. Alex. & doct. in I. fratis, C. de transfa. Bal. in I. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Iac. de S. Georg. i d. I. fratis, nu. 6. Ias. nu. 4

7 Septimo limita, quando altera pars habere scripturam publicam liquidam, puta instrumentum, sententiam, vel obligationem. Ita concludit Soci. in consil. 4. nu. 1. vol. 1. & in consil. 300. nu. 5. in 2. vol. Corne. in consil. 52. in 4. vol. Bar. in I. eleganter, in prin. ff. de cond. indebi. Jacob. de Sanct. Georg. in I. 1. in 1. lect. nu. 7. de transact. & ibi Ias. nu. 13.

8 Octavo limita, non procedere in spurio, qui litigans cum consanguineo suo, non potest petere compromissum, ex quo non dicitur coniunctus. Ita Bal. in I. id quod pauperibus, nu. 36. C. de epis. & cle. & in I. eum acutissimi, nu. 8. C. de fideicom. glo. in clem. vnicia in verbo, liberi. de baptis. quam sequitur Guliel. Bened. in c. Rainu. in verbo, Rain. de Clera. nu. 23. Pau. Pari. in c. in presentia, nu. 76. de probatio. Quod tamen intelligo, ut supra dixi in 3. amplia. quando ageretur inter coniuctos ex patre patris: secus si ex parte matris, quia tunc etiam spurius dicitur coniunctus, & petit compromissum: Ita concludit Alex. post doct. in I. ex facto, in §. si quis rogatus nu. 50. ff. ad Trebellia. Alex. in consil. 60. nu. 8. in secundo volumine.

9 Nono limita, non procedere in causis criminalibus, quia in eis non fit compromissum, gl. in I. transfigere, C. de transfa. quam sequitur ibi Bal. & Sal. Fel. i rub. nu. 2. de treu. & pace.

10 Decimo limita, non procedere in articulo iuris: quia ubi cunque vertitur dubium, quod in mero iure consistit non debet compromitti, ex quo in iure omnia sunt certa & liquida. Ita tenet Bal. & Sali. in I. ancillæ, in prin. C. de fur. Feli. in c. cum venissent, in prin. de iud. Alex. in consil. 62. nume. 8. vol. 2. Ias. consil. 26. & 35. vol. 1. Iac. de sanct. Georg. in I. 1. in 2. lect. nume. 8. ff. de transact. Quod tamen declara, ut per Ias. in d. I. 1. nu. 19.

11 Undecimo limita, non procedere quando altera tan-  
tu ex partibus laderetur: ut notabiliter determinat Pau.  
de Cast. in consil. 320. nu. 3. & 4. vol. 1.

12 Duodecimo limita, procedere inter affines coniuctos  
per

per legitimū matrimonium: secus per simplicem fornicationē. Ita tenet Ioan. Andre, in capit. non debet, de consan. & affini.

- 13 Decimotertio limita, in causis mixti imperij: quia de iure non compromittuntur, non obstante prædicto statuto. Ita tenet Bar. in l. nō distinguemus, in §. de libera. ff. de abi. & in l. prætor. ff. de tutori. & curato. dat. ab eis, quem se quitur Frāc. Cur. Iun. in l. fratris nu. 4. C. de trāsaſt. Iac. de sāct. Geor. ī d. l. 1. in 1. lect. nu. 8. & in 2. lect. nu. 8. ff. de trāſ.
- 14 Decimoquarto limita, in causa appellationis. quia in ea non potest peti compromissum non peritum in causa principali. Ita tenet Pau. de Cast. in d. consl. 320. nume. 1. vol. 1. Iac. de sanct. Geor. in d. l. 1. nu. 8. in 2. lect. ff. de transact.
- 15 Decimoquinto limita, non procedere in causa dandi tutelam, quia non potest compromitti: secundum Bar. & Bal. in l. prætor. ff. de tutor. & cura. datis ab his.
- 16 Decimosexto limita, quando coniunctus cederet suam actionem non coniuncto, quia licet compromissum fieret cum concedente, non tamen fiat cum cessionario. Ita tenet Imo. & Alexan. in l. si post diuortium, in f. ff. sol. mat. Matth. de Affl. in deci. Neap. dec. 74. facit text. in l. Paulus respondit procuratorem, ff. de acqui. h̄er.
- 17 Decimo septimo limita, non procedere inter consanguineos legitimatos. Ita tenet Alex. in consl. 60. nu. 7. vol. 2.
- 18 Decimo octavo limita, non procedere contra clericum coniunctum: quia cum sit statutum principis secularis, non potest ligare clericos. Ita tenet Bal. in cap. cum uenissent, nu. 6. de eo qui mittitur in possessio. causa rei seruan. quē sequitur Soc. in consl. 71. num. 12. in 4. volu. sed ipse clericus actiue posset petere compromissum contra laicum coniunctum, quia clericus gaudet statutis laicorum pro se, nō autem contra se, vt habetur per Abb. & Mod. & in c. eccl. sancte Mariæ, de consti. vbi Fel. nu. 81. Bar. & doct. in l. cunctos populos, C. de sum. trini. & fide cathol.

## Regula xxxviii.

**A G N A T I S** vel cognatis deficientibus, coniuges succedunt inter se. excluso hīſco. Hēc régula probatur in l. maritus, C. vnde vir. & vxor. circa quem text. vide Maturinum

num Montanū in aut. de hære. ab intest. ven. coll. 9. in reg. 30. pag. 61. Ang. de Gamb. in tract. de test. in glo. 4. nu. 19.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita sex modis, ut per Phil. Dec. in d. l. maritus, nu. 3. vsque ad nu. 14. Hanc etiam Regu. cum sex ampliationibus diuersis ab alijs duabus, ponit Guliel. Bened. i c. Rayn. in verbo, & vxo rem nomine Adelasiā, nu. 231. vsque ad nu. 240. vbi etiā ponit quinque limitationes ex limitationibus Decij, licet de eo mentionem non faciat.

## Regula      xxxvii.

ALLEGANS pro se aliquam legē fori, incūbit onus probandi illam esse vītitatam & obseruatam. Hāc regulam ponit Rodericus Xuarēz, vbi eam dōpliciter limitat, in proce-  
sio fori, fol. 3. pag. 2. in medio, cum fol. seq.

## Regula      xxxix.

A L I E N ATIONIS prohibitio facta hæredi, intelligitur facta hæredi hæredis. Hanc regulam ponit Bar. in l. filius-  
familias, in §. diui. ff. de leg. 1. nu. 21. per tex. in l. sicut, in §.  
si debitori. ff. quib. mo. pig. vel hypo. solu. qui licet loqua-  
tur in permissione, dicit idē esse in prohibitione, argumen-  
to l. pater filio, in §. fundum, ff. de leg. 3. & licet post, maxi-  
me Imola, dicant in illo tex. opinionem Bar. probari non  
posse, communiter tamen approbatur opin. Bar. eo quia he-  
res hæredis & testatoris esse censetur, l. fin. & ibi doct. C.  
de hæred. insti. & est tex. clarus in l. hæredis appellatione,  
& ibi gloss. ff. de verb. signi. & istam opinionem Bar. sequi-  
tur Alexa. in consi. 56. volum. 1. And. Alcia. in d. §. diui. nu.  
43. Ias. in 1. lect. nu. 110. & in 2. lect. nu. 148.

Limita primo, si prohibitio in personam hæredis nomi-  
natim facta fuerit, puta Titium hæredem prohibeo, quia  
tunc non cēsetur facta hæredi hæredis, l. Lucius §. 1. & ibi  
Bar. & doct. ff. de leg. 3. quam opinionem sequitur Alcia.  
in d. §. diui. nu. 41. & ibi Ias. in 1. lect. nu. 112. & in 2. lect.  
nu. 159. Ioan. Guald. de arte testandi, fol. 8. Cautela 2. nu.  
3. Quam limitationem intelligo ueram, nisi testator prius  
nomen appellatiuum quam proprium apposuisse: ut si di-  
cat, prohibeo hæredem Titium alienare, quo casu prohibi-  
tio de non alienando comprēhendit hæredem hæredis, l.  
si fer-

si seruus cōmuniſ, ff. de ſtipu. ſeruo. faciūt notata per Bar. in l. cū ita. in §. fi. ff. de cōd. & dem. per doct. in l. quoties, ff. ad Treb. & in l. i. C. de impube. per canonistas in c. quoniā Abbas, de offi. delegat. Secundo intelligo, quando testator adiecit, quōd volebat talem rem in familia remanere, vel de nomine vel de genere ſuo non exire, quia tunc cū ratiō ſit generalior, quæ ampliat & declarat iplsum dictum, l. cum pater, §. dulcissimus, ff. de leg. 2. & prohibitiō nomina tim ſit facta, nihilominus ad hāredē hāredis eſt extēdēda: Ita consuluit Roma. in consil. 457. nu. 1. Ias. in d. §. diui. in 2. le&t. nu. 152. vbi dicit ſe ita in facti contingentia conſu- liuſſe, & ita iudicatum fuſſe. Tertio intelligo, vt non pro- cedat quando testator prohibuit hāredem nominatim, & ſic nomine proprio expreſſo, ſcilicet domum quæ erat maiorum ſuorum alienare ne poſſit: quia ex tali prohibitiōne apparet testator ad dictam rem affectionem habuiffſe: vt in l. ſi in emptione, ff. de mino. & in l. lex quæ tutores, C. de administr. tutor. Hāc opinionem tenet Rom. quem refert, & ſequitur Ioan. Crot. in d. §. diui. col. 35. in prin. Ferdin. Loazes in d. §. diui. nu. 501. licet contrarium teneat Alex. ibi nu. 26. quia contra eum eſt communis opinio relata in proxima limitatione, quæ quaſi eadem videtur cum iſta.

2 Secundo limita ſupradictum communem regulam, quā do testator prohibuit bona extra familiam alienari ſub pēna priuationis hāreditatis: quia tunc cum ſit appoſita pēna, prohibitiō appoſita in personam hāredis: non afficit hāredem hāredis: Ita tenet Ioan. Crot. in d. §. diui. col. 35. verſi. 3. ſit conclu. argu. l. multa in prin. ff. de condit. & demon. per quem tex. ita ante eum tenuit Bald. in l. ſi. nume. 42. C. de hāred. instit.

3 Tertio fallit, quando testator prohibuerit hāredes ſuos alienare: dicendo inſraſcriptos, ſeu ſupraſcriptos hāredes meos: quo caſu talis prohibitiō non comprehendit hāredem hāredis: quia illud dicitur ſcriptum in teſtamento, quōd oculis corporis legi poſteſt, vt in l. i. in fi. ff. de his que teſta. delen. facit etiam text. in l. cum filio impuberi, iun- eta l. qui liberis, in §. h̄c verba. ff. de vulg. & pupil. vbi per iſta verba, quisquias nūhi hāres erit filio meo impuberi h̄c

## D. Petri Duen.

res est, non admittitur hæres hæredis: eo quia non est scriptus in testamento: quod requiritur per dicta verba, quisquis, ut in d.l.cū filios & l.ex illa parte, ff.de verb.sig. Hanc limitationem ponit Crot.in d.col. 35. quam declara & intellige, vt per Loaz. ibi, nu. 504.

- 4 Quarto limita, & intellige hanc regulam quod licet comprehendat hæredem hæredis, non tamen extenditur ultra quartam generationem post testatorē. Iste est tex. sing. secundum Iac. de Bell. & Ang. in authen. de resti. & ea quæ parit, in §. 1. col. 4. & ita per illum tex. tenet Ale. nu. 27, Iaf. in 1. lect. nu. 113. Fel. in cons. 27. nu. 12.

Quod tamē est verū, nisi testator in prohibitione adiecit, quod vult rem illam perpetuo transire ad omnes descēdentes; tunc talis prohibitio extenditur ultra quartam generationē, & deinceps in infinitū. Ita tenet Iac. de Bell. in d. §. 1. quēm refert & sequitur Ale. in cons. 56. nu. 2. in 1. vol. Iaf. in d. nu. 113. & in 1. f. C. de hære. iust. Dec. in consi. 616. nu. 16. Pau. Paris. in cons. 52. nu. 17. in 3. vol. Io. Gualden. in tract. de arte testanatit. 8. caute. 3. nu. 3.

### Regula. xi.

A L I E N A T I O feudi non valet sine consensu domini. Hanc regulam probat tex. in cap. imperiale, de prohi. aliena, per Fede. & ita per illum tex. ultra Bal. & doct. ibi, ita tenet Zasius in consi. 15. nume. 11. & 16. vol. 2. Mar. de Mantua in consi. 223. Car. Moli. in consue. Paris. §. 13. glo. 5. nume. 1. cum alijs.

- 1 Primo amplia, vt procedat etiā inter cōuasallos; secundum Bal. in d. c. imperiale, nu. 9. quem sequitur Socin, in consi. 19. vol. 1. Curt. Iun. in trac. de feud. in 4. par. nu. 82.

2 Secundo amplia, quod in tantum procedat nostra cōcluſio, vt talis alienatio non possit præscribi, etiam longissimo tempore. Ita tenet And. de Iser. in d. c. imperiale, per Hlū tex. in verb. nullius temporis præscriptione, quem sequuntur docto. ibi, Bar. Socin. in consi. 86. ou. 8. vol. 1. Maria. Soc. Iun. in consi. 115. nume. 4. vol. 2. Chassa. in consil. 11. nume. 91. Cardin. Parisius in consil. 23. vol. 1. nu. 126. ubi hoc not. declarat.

- 3 Tertio amplia, vt etiam procedat in pignoribus & hypothecis.

pothecis, quæ pignorari nec hypoteari possunt sine cōsen  
su domini: ut probat tex. in d.c. imperiale, ibi, pignorare:  
ut in ea. 1. §. item si quis, quibus mod. feu. amittat per illum  
tex. tenet Soc. in consil. 19. nu. 12. vol. 1. August. Bero. deci.  
94. nu. 11. Chassa. in consuetu. Burgund. in tit. [des fiefz.]  
Regu. 3. §. 8. nu. 11. fol. 118. colum. 4. ubi hanc ampliationē  
quadrupliciter limitat vsque ad nu. 21. & quinque limita-  
tiones ad hanc ampliationem ponit Matthæ. de Affl. in d.  
cap. Imperiale, nu. 4.

**4** Quarto amplia, quod non solum alienatio non valeat,  
sed feudatarius alienans amittit feudum ipso iure: ut in c.  
1. in §. si Vasallus que fuit prima causa benefi. amitte. in vni-  
bus feud. & ita per illum tex. tenet Hiero. Gratus in consil.  
9. nu. 134. volu. 1. & sic talis alienatio cū sit de facto facta,  
de facto per dominum debet reuotari, secundum Alber.  
Bru. in consil. 8. nu. 6. Quod tamen intellige, ut per Paf. de  
Puteo in tracta. de integratione feudi, in cap. an ipso iure  
perdatur feudum, fol. 20. nu. 1. per totum, & Matth. de Affl.  
in d.c. Imperiale, §. 13. nota. nu. 5. & nu. 59. Ias. in l. si.  
nume. 103. C. de iure emphy. Felin. in cap. Rodulphus, nu-  
me. 36. de rescript.

**5** Quinto amplia, non solum procedere in toto feudo: sed  
etiam in parte feudi: nam si pars feudi alienatur, pro illa  
parte perditur feudum & reuertitur ad dominum. Ita pro-  
bat tex. in d.c. Imperiale, & ita tenet Bal. in c. 1. in §. hoc  
quoque de succes. feu. nu. 13. Matth. de Affl. in d.c. impe-  
riale, nu. 28. Tho. Gramma. in deci. 49. nu. 2. Pau. Paris. in  
consil. 14. nume. 2. vol. 1. & in consil. 6. nume. 19. vol. 4. &  
And. Tiraq. in l. si. vnquam in verb. omnia, uel parte ali-  
qua, numero 14.

**6** Sexto amplia, quod etiam pro anima feudum sine cōsen  
su domini nō potest relinquī, ut in d.c. Imperiale, & ita  
tenet Cur. in tracta feud. in 4. par. nu. 125. Lud. Gozad. con  
si. 8. nu. 21. quod de iure canonico dicit non procedere, Rō  
man. in sing. 535.

**7** Septimo amplia, procedere etiam in donationē: nā Va-  
sallus non potest feudum donare sine consensu domini: ita  
probat tex. in d. cap. Imperiale, versi. distrahere, vēl alien-  
nare,

nare, quod comprehendit donationem: ut in l.f.i.C. de reb.  
alie. non alienan.

8. Octauo amplia, procedere etiam in dote: nam Vasallus  
filie suæ non potest feudum in dotem dare sine consensu  
domini: ut in c. i. §. donare, & ibi Bal. quali. olim feu. pot.  
alie. & in c. i. de eo qui sibi & hæredib. suis. & in c. i. an ma  
ritus succèe. vxo. in vsl. feudi. & in c. nuper de donatio. inter  
vir. & vxo. Ita concludit Soc. in d. cons. 19. nu. 13. volum. i.  
Chassa. in d. rub. 3. nu. 29. Ias. in l.f.i. nu. 109. C. de iure em  
phy. & in consil. 89. vol. 1. & 221. vol. 2. Maria Soc. Iun. cō  
sil. 72. nu. 74. vol. 1. Pau. Pari. consil. 16. nu. 31. & consil. 4. nu.  
47. vol. 1. & dicit cōmunem opinionem Iacob. de Leonar  
dis. in consil. 114. nu. 86. inter consilia Bruni. Sigismundus  
Goffredus consil. 52. nu. 60.

9. Nono amplia, procedere etiam in emphyteusi per  
petua: quia feudatarius non potest dare feudum in emphy  
teusim perpetuā, vel in eo constituti vslusfructus. Ita tenet  
And. de Isra. in d.c. Imperiale. & ibi Bal. nu. 7. facit tex.  
in l. arboribus. in §. i. ff. de vslufru. & in l.f.i.C. de reb. alie. nō  
alienan. & ista opin. tenet gl. in d.c. imperialē. in. princ. quā  
opin. tenet Franc. Cur. Iun. in trac. feu. 4. parte nu. 91.

10. Decimo amplia, non solum procedere in feudatario, ve  
rum etiam in emphyteota. cum validum sit argumentum  
de uno ad alium, maxime quando dispositio feudalis non  
est contra regulas iuris communis, ut probat gl. in c. i. in  
verbo ytrunque an agna. vel filius, quam sequitur Alex. in  
consil. 5. nu. 2. vol. 5. Caro. Molin. in consue. Paris. in §. i. gl.  
3. nu. 71. Tiraque. in trac. mort. in 4. par. declar. 6. nu. 2. Eue  
rat. in loco 12. Et sic emphyteota non potest ius suum em  
phyteoticum alienare, vel suas meliorationes, sed tenetur  
domino denuntiare, & expectare voluntatem ipsius per  
duos menses, alias amittit rei ipso iure, ut in l.f.i. & ibi do  
cto. C. de iure emphyteoti. & contractus factus ab emphy  
teuta non tenet, cum factus sit contra formam illius. l. ita  
tenet Sali. ibi, quem sequitur Iason nu. 105.

11. Undecimo amplia procedere in omnibus casibus in  
quibus dominium transfertur, quia in illis est prohibita  
alienatio feudi. argu. tex. in l. i. C. de fundo dota. & in l. ex  
hoc

hoc editio. in §. 2. ff. de alienatione iudi. vt in l. alienatio-  
nis, ff. de verb. signifi. notatur in l. fin. C. de reb. alie. & ita  
tenet Matt. de Affl. in d.c. imperialem. nu. 6.

12 Duodecimo amplia , procedere etiam in locatione ad longum tempus : nam feudatarius non potest rem feudalē locare ad longum tempus. Ita tenet Matth. de Affl. in d.c. imperialem. nume: 61. Ias. in l. fi. nu. 8. C. de iure emph. Pa-  
ris de Pute. in libr. de reintegra. feudi. c. an possit reuoca-  
ri locatio. fol. 140. colum. 1. Pro quo facit, nam locatio ad longum tempus parum distat ab alienatione : ideo prohibita alienatione , censetur etiam locatio ad longum tempus prohibita. Ratio est, quia talis conductor dicitur naturaliter possidere, vt est glos. magna. in l. si vt certo. §. si duo bus vehiculum. ff. commoda. & in l. si quis antea, in gl. 3. ff.  
de acquir. posse. & in l. sciendum §. 1. in glo. 1. ff. qui satis cog. & in l. 1. C. de pat. potesta. & in l. 1. in verbo , corduxerit. ff. de loco publ. frnendo. & in l. 1. in verbo, superficiem. ff. de superfi. & in l. quæro. §. inter locatorē, in verbo, bien nij. ff. de loca . & quia talis conductor habet vtile domi-  
nium in re conducta. d.l. 1. §. 1. ff. de superfi. & l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. si ager vestiga. vel emph. peta. Et dicitur longum tempus secundum supradictas gloss. spatio decem anno-  
rum: quas glos. sequitur Bar. in l. 1. in §. 1. ff. de superfi. An-  
ge. & Iino. in l. si domus in §. fin. ff. de leg. 1. Ias. in l. manu-  
missiones. nu. 7. ff. de iusti. & iur. & in l. 3. in §. ex contrario.  
nu. 48. ff. de acqui. posse. Felin. in c. quæ in ecclesiarum. nu.  
86. de constitu. Matth. de Affl. in tracta. de iure proto. in  
8. not. nume. 25. Nicol. Boer. in decis. 285. Zahus in sua Epitome feudo. in 9. par. nume. 13. licet contrarium teneat gloss. quæ communiter reprobatur secundum supradictos doctor. & secundum Bart. ibi in l. codicillis §. instituta. in gloss. fin. ff. de leg. 2.

13 Decimotertio amplia procedere, etiam si Vasallus post alienationem recuperauerit feudum , nihilominus non ex uitat pœnam. c. 1. quid iuris sit , si Vasallus post aliena-  
tiam recupera. vbi text. & communiter docto. tenent istam opinionem . Quam tamen intelligo veram quando recu-  
perauit feudum postquam fuit traditum. secum si rectepe-

asset feudum antequam tradidisset possessionem ipsius  
feudi: quia tunc excusat, & non procederet predicta re-  
gula: Ita concludit Aluarot. in d.c. 2. in 2. col. ubi sic intel-  
ligit illum text. quem sequitur Curt. Iun. in tracta. feude.  
in 4. par. nu. 13. Tiraquelius tract. de iure constit. in 2. par.  
Ampliat. 26. nume. f. 1022 v. 1

**14** Decimoquarto amplia procedere, etiam si vasallus alie-  
net feudum propter aliquam necessitatem. Ita tenet Bald.  
in c. 1. in prin. per illum text. qualiter olim feudum pote-  
rit aliena. & ibi communites doct. idem Bald. in c. 1. in §.  
aut si libellario. quibus modis feudum ammittatur. quam  
opinio. sequitur. Curt. ubi notabiliter eam examinat in tra-  
cta. feudo. in 4. par. hui. 107.

**1** Limita primo, ut non procedat quando vnum vasallus in-  
feudat alium vasallum de feudo, quod ipse habet & recog-  
noscit a domino. Ista est glo. commu. approbata in c. 1. in  
§. præterea de cap. Corradi. & in c. 1. in §. 1. qualiter olim  
feudum pote. aliena: & in c. 1. §. similiter. & in §. seq. de L.  
Corra. text. & ibi glo. & omnes doct. in c. Imperiale. in  
§. de prohib. feudi aliena. per Fed. glo. in c. cum ecclesia-  
rum in verbo, alienadi. de constitu. bonus tex. in c. ex trans-  
missa. & ibi Panor. & alij de foro compe. quam opinio-  
nem tenet Ioan. Bart. de Scarampis in consil. 111. nu. 1. in-  
ter consilia Alber. Bruni. & Ludo. Gozad. consil. 62. nu. 5.  
& dicit esse communem, Franc. Curt. Iun. in tract. feudorum  
in 4. par. nu. 83. quam limitationem sublimitat idem Cur-  
ibi, vsque ad nume. 91.

**2** Secundo limita, non procedere in transactionibus. nam  
vasallus potest supra feuda transfigere sine consensu domi-  
ni, quando est mota sibi quest. cap. 1. §. si vasallus de bene-  
ficio suo. si de feu. fue. contro. & c. 1. de contro. feu. inter va-  
sal. & alium. in vobis feudo.

**3** Tertio limita, quandocunque vasallus vendit feudum,  
sed non tradidit: quia non priuatur feudo. Ita tenet Bald.  
in c. 1. in §. ant si libellario. quib. mod. feud. amitta. & in c.  
1. in §. calidis. de prohib. feudi aliena. per Federi. in vers. ven-  
dunt & in alios transferunt. Hanc opinio. tenet Matth. de  
Affli. in d.c. Imperiale. nu. 46. Caro. Molinæ. in consue-  
tu

tu. Parisien. §. 13. in gl. 5. nu. 3. banc opinionem notabiliter examinat Andreas Tiraquel. in tract. de iure constituti. in 3. par. ampliatione 27. nu. 1. 2.

- 4 Quarto limita in renuntiatione: nam vasallus potest renuntiare feudo, inuito domino. Vt in cap. 1. de vasallo qui contra constitutionem Lotharij, ubi hoc expresse determinatur. Ratio est, quia cum feudum principaliter concedatur in fauorem vasalli, potest ipse fauore suo renuntiare. ad apostolicam de regula. Ita tenet Matth. de Afflict. in d.e. In. periale. versi. 16. quæsto nu. 35.
- 5 Quinto limita, nisi esset statutū, vt feudum possit alienari sine consensu domini. Ita determinat Iacobus Aluarius in cap. 1. quali. olim feu. pot. aliena. quem sequitur Franc. Curtius, vbi hoc notabiliter declarat. in tracta. feudorum. in 4. par. nume. 109. Lauren. Syluanus in consil. 15. nume. 41. & 43.
- 6 Sexto limita, non procedere in pignore iudiciali: nam sine consensu domini potest contrahi de feudo, vel in causam iudicati. capi. Ita tenet Aluaro. post Iacob. de Ardizo. in d.c. Imperiale. vbi concludit, quod licet voluntarie. vel ex consensu prædicta fieri non possint, tamen ex necessitate si vasallus aliud non habet, ex quo satisfieri possit creditoribus, prædicta fieri possunt: argu. tex. in l. alienationis. & in l. cum putarem, ff. famil. hercif. & in l. cum postulassem. in f. ff. de dam. infect. & ille ad quæ est dicta causa peruererit feudum, poterit illud retinere donec vivat vasallus: arg. l. peto. in §. prædium, ff. de lega. 2. & in l. fundus. ff. de acti. empti. quam opinionem sequitur Curtius in d. 4. par. nu. 102. Albertus Bru. consil. 37. nu. 1.
- 7 Septimo limita, in iuramento: nam vasallus litigans potest deferre iuramentum aduersario super re feudalii sine consensu domini: Ita tenet Romanus, in l. iurandum ex conuentione §. 1. ff. de iure iur. reprobando ibi Gulielmum de Cuneo. Ratio est, nam iuramentum & transactio æquiparantur, l. 4. ff. de iure iur. sed vasallus potest transigere. vt supra dixi, ergo deferre iuramentum. Quod tamen intellige per Curtium in d. 4. par. nu. 100.
- 8 Octavo limita, quando feudum alienatur in aug-

mentum ipsius feudi, & ad utilitatem domini, tunc potest alienare sine consensu domini: ut si feudatarius habens filios vendat feendum non habenti filios, & sic cito recusatum est feendum domino, tunc valet venditio: vel iuuenis vendidit feendum seni, cum senes presumantur citius mori, quam iuuenes, ut in I. hereditatum, ff. ad legem Falcid. & sic in similibus casibus. Ita tenet Andr. de Isen. in c. 1. §. econtrario. de inuestitura de re aliena facta, & in c. 1. an ille qui interfecit fratrem domini sui, & in d. c. imperiale, in princip. quam opinionem sequitur Matthaeus de Afflictis, in d. cap. imperiale, in 6. notab. nu. 55. & in §. præterea ducatus, nu. 69. & in decis. Neapol. 232. nu. 6. Pau. Parisius in consil. 2. nu. 10. vol. 1. Thom. Grammat. in consil. 10. nu. 6. 8. & 9. & in consil. 149. nu. 4. in consilijs ciuil.

Pro qua opinione facit tex. in l. 3. ff. de noua, ubi in augmentum & utilitatem suam, ille cui bonis est interdictum potest alienari. Bonus textus in l. si quis in graui. §. cum hif. ad Sillania. ubi si seruus probetur distrahi, talis prohibitiō non extenditur ad alienationem, quæ expediens est communī utilitati. Facit etiam pro hoc, quia prohibitio alienationis feudi fuit inducta, ne feuda diminuantur, ergo ubi augmentantur non est prohibita talis alienatio, per regulam, l. quod favore, C. de legib. Quod tamen intelligo verum dummodo sit eidens augmentum domini directi. Ita tenet Matth. de Affl. in dicto notabili 16. nu. 57.

9. Non limita, non procedere in arbitrio, nam Vasallus potest compromittere in arbitrum de re feudali sine licentia domini, c. 1. §. si inter de lege Corradi. & c. 1. an apud iudi. vel domi. quest. feuda. terminari debeat, & in cap. 1. de inuesti; in maritum facta, & ita per illa iura tenet Curt. in d. 4. par. nume. 98.

10. Decimo limita, non procedere in servitute reali: nam Vasallus sine consensu domini potest constituere in feudo servitutem realem, c. 1. §. quid ergo de inuestit. de re aliena fact. Quod tamen intelligo verum in praividicium ipsum vasalli, nam resoluto iure ipsius & reuerso feudo ad dominum, nullum praividicium assert domino talis constitutio, facit etiam gl. in c. 1. in. §. præterea, de capit. Corra.

Et

Et quia in supradicta regula tractatur, quod Vasallus alienans feudum sine consensu domini priatur feudo, alias quadraginta causas, in quibus Vasallus potest priuari feudo, ponit Francis. Cur. Iun. in tract. feudorum, in 4. par. à nume. 4. usque ad nu. 82. Septuaginta & duas causas ponit Matthæus de Aſſl. in c. 1. §. item si quis feudum, a numero 22. usque ad finem.

## Regula XLI.

**A P P E L L A R E** ab exequitore permisum non est, I. ab exequitione, C. quorum appella. nō recipi. & I. ab exequitore, ff. de appella. De iure regio est tex. in l. 52. in fin. titu. 18. par. 3. & in l. 161. Styli. Circa hanc regulam vide Spec. in tit. de appella. §. in quibus nu. 5. Hieron. Gratū in cons. 16. vol. 2. Aug. Beroum, q. 131. Alex. in consi. 113. vol. 5. nu. 10. Carol. Ruinum in consi. 80. vol. 5. Hanc regulam ponit Soc. in regula 26. vbi eam limitat quinque modis.

- 1 Limita primo ultra cum, nisi exequitor excederet modum, cap. nouit de appell. vbi ponitur eadem regula cum supradicta limitatione, idem probat text. in d. l. 52. in fin. glo. in cap. ad nostram, de appell. & in cap. super quæſtione, in §. 1. de offi. delega. in verbo, exequitorem, & gl. in d. l. ab exequitione. Et quando dicatur excedere ponit glo. & ibi doct. in capit. quod ad consultationem, in glo. fin. de re iudic.
- 2 Secundo limita, quādo exequitor quicquam dolo egit, vel si pars dolo obtinuerit sententiam, vt in l. 3. in §. si exequitor, ff. de negot. gestis, & ita tenet Spec. in d. nu. 5. Et quamuis in d. §. si exequitor dicatur agi posse de dolo, tamen tutius est appellare.
- 3 Tertio limita, quando pars allegaret transfactionem factam post sententiam, & illam statim probaret, tunc exequitor non potest exequi, alioquin is ipse grauat, ideo ab eo appellari poterit: arg. tex. in l. neque §. h. ff. de in ius voca, & in l. 2. ff. si quis cautio. vel si quis probet sententiam nouatam, vt in l. 4. in §. ex conuentione, ff. de re iudica. glo. in d. c. quod ad consultationem, quæ nouatio hodie nō fit, nisi hoc expresse agatur, l. fin. C. de noua. Vel quando pars, in cuius utilitatem est prolata, illi sententiæ renuntiat.

D. Petri Duen.

- 62  
tiasset, quod non potest facere si in causa matrimoniali lata sit, secundum Roman. in consil. 367. nu. 1. quia de periculo animæ agitur, ut in c. lator. & ibi gl. fi. de re iudicata.
- 4 Quarto fallit, quando executor missus sententiam male interpretatus esset, ut in d. l. ab executore. Ita tenet Petrus de Ferra. in pract. in forma execu. sententiæ distinctiæ in verbo publico nuntio. nu. 10. ubi declarat qualè interpretationem possit executor facere.
- 5 Quinto fallit, quando sententia lata fuerit contra absentem ex iusta causa, quia non potest ei imputari. cur non antea appellaverit, & ob id ab executore iuste appellatur, ut in l. si prætor. in §. fi. ff. de iud. c. cum Bertoldus. de re iudic. Spec. in d. nu. 5.
- 6 Sexto fallit, quando pendet restitutio in integrum post sententiæ, vel literis super supplicatione ciuili imperatis durante earum cōprobatione, si vellet executor exequi, tunc ab eo licite appellatur ut in l. i. C. de in integ. resti. postu.
- 7 Septimo fallit, quando executor aliquid iniuriose egerit, ut si lectos captos vel dolia capta causa executionis, malitiose fregerit: ut in l. si quis prouocatione C. de appell. & in l. lectos. ff. de peri. & commo. rei vendi. & in c. quia suspecti. 3. quest. 5.
- 8 Octavo limita, quando cunque sententia lata est contra aliquem famosum artificem: nam propter artificium ipsius poterit populus suspendere executionem, & tunc Potestas tenetur suspendere executionem, donec principem, vel dominos, vel superiorem consulat. iste est mirabilis casus in l. ad bestias. ff. de pœn. & ita tenet Roma. in sing. 717. quem sequitur Cæpol. in l. mercis appellatione. nume. 15. ff. de verb. signifi. & in Caut. nume. 1. facit text. in l. qui cædem in vers. facilius. ff. de sicut. & idem Cæpol. in l. si contra. nu. 18. C. de vñscap. pro empt.

Regula XLII.

APPELLATIONE pendente suspenditur iurisdic̄tio iudicis a quo, & sic interim nihil est innouandum. l. appellatione. C. de appellat. & l. i. in princ. ff. nihil nouz. appella. penden. & c. non solum de appell. li. 6. & c. post appellacionem. §. ante appellationem. 2. q. 5. & in l. 26. in finitum.

tit. 23. par. 3. & in l. 4. tit. 15. lib. 2. fori. Hanc regulam ponit Socin. cum 7. limita. in regula. 21. Ultra quem vide circa istam regulam Anto. Corset. in singul. inci. appellatio, vbi ponit alias septem limitationes, ex quibus quinque sunt diversæ ad limit. Socin. quas ad literam ponit Ioannes Constantinus, licet de Corseto mentionen̄ non facit, in glo. ad constitutiones regias Galliæ, artic. 29. pagi. 66. Aliam limitationem ad hanc regulam ponit Ludo. Rom. in singu. 163. quas limitationes Corset. & Roma. refert Cætel. Cotta. in memora iuris, in uerbo appellatione. Et circa materiam huius regulæ vide, vbi notabiliter eam prosequitur Octauia. in pract. Romanæ Curiæ, fol. 199. pag. 2. cū alijs. Fran. Niconi. in repet. c. quoniam contra. in glo. fin. nu. 12. cū alijs. Matth. de Affl. in c. fi. nu. 35. quo tempo. miles in Vslib. feud. Paris. in consili. 28. vol. 4. nu. 22. & 23.

Limita decimoquarto, & 1. ultra eos, quādo maritus in matrimonio, quod iure non valebat, possessionem copulæ carnalis habebat, pendente lite potest prohiberi ne ad iniuciem rem agat, post litem contestatam, & testium publicationem seu probationem. Iste est casus singularis secundum Antonium ibi nu. 5. in c. laudabile, vt lite pend. quem sequitur Roma. in sing. 516.

2 Secundo limita, cum hæres coniunctus super legato appellat: quia non obstante appellatione debet cauere de eo restituendo, l. postquam §. Imperator, ss. vt legat. nomi. cauea.

3 Tertio limita, si agatur actione personali, puta exēptōnam si res petita alienetur, tenet alienatio. Nec obstat supradicta nostra regula, vbi status causæ non debet mutari: quia respondeo quod non mutatur, nec alienationi præiudicatur, quia perinde condemnabitur reus si res petita alienetur, ac si non esset alienata: Ita tenet Spec. in tit. de interrog. in §. nunc de interrogatione, nu. 8. Nec etiam obstat rex. in Aut. vt nulli iudiciū, in §. & hoc colla. g. vbi prohibetur iudex transferre possessionē rei petitæ ab uno litigantium in alterum: quia ibi nō prohibetur, quod pars possit transferre in extranum, licet iudex sit, & sic regula nostra debet intelligi in iudice, non in parte, in hoc casu dicet

dicit in alijs secus, secundum Paris. in c. dilectæ. nu. 11. de exceptio. nam pars non obstante appellatione potest uti iure suo quando agitur personali actione: sed si ageretur reali, tunc fateor quod non possit alienari: non per generalitatem nostræ regulæ, sed qua res erat litigiosa, & ita tenet Paris. in d.c. dilectæ. nu. 13. de exceptioni.

- 4 Quarto limita, vbi ordinarius ignorat fuisse appellationum ad superiorem, c. si duobus. de appella.
- 5 Quinto limita, nā iudex post appellationem potest tēpus legis moderari. c. cū sit Romana. in 1. respon. de appellat.
- 6 Sexto limita, non habere locum in casu. c. consuluit. el j. & c. reprehensibilis. de appella. vbi iudex post appellacionem potest cogere appellantem ad prosequendam appellationem propriam infra certum terminum.
- 7 Septimo fallit, in patrono præsentante duos in beneficio: nam si prius præsentauit vnum, & ille appellauit ne præsentetur alius, potest nihilominus patronus aliū præsentare appellatione pendente, & iudex a quo admittit talē præsentationem. Ratio est, quia ante appellationem permittebatur sibi huiusmodi præsentatio, & non debet hac facultate priuari per dictam appellationem. Ita tenet Abb. in c. pastoralis. nu. 3. de iure patro.
- 8 Octavo fallit, in sententia excommunicationis: quia ea non stante potest iudex a quo denuntiare, & publicare excommunicationem, vt ab omnibus evitetur. Ita probat rex. in c. pastoralis. in §. verum, & ibi Abb. & Philip. Franc. in 1. notab. de appell. Ioan. And. in c. venerabilibus. in §. attamen. de sent. excom. lib. 6. Angel. in l. per hanc C. de tempo. appell. & in d.l. 1. ff. nihil. noua. appella. penden. Item etiam iudex potest interim priuare excommunicatum fructibus sui beneficij, & distributionibus quotidianis. ita tenet Abba. in d. §. verum. nu. 17. quem sequuntur ibi lo. de Imo. & Philip. Franc. Quod tamen est verum quando appellatur ab ipsa sententia excommunicationis: secus si appelletur declaratoria iudicis, per quam declarat aliquem incidisse in sententiam excommunicationis: quia tūc appellatio suspendit, & iudex nihil poterit interim innouare. Ita concludit Feli. in c. cum non ab homine. nume. 12. de iudi. vbi allegat

allegat aliquos Doct. idem tenentes. Item potest innouare iudex absoluendo ab excommunicatione, non obstante appellatione: secundum Abb. in c. qua fronte, nu. 5. & in c. quæstioni, nu. 6. eo. ti. etiam si appellatus non renuntiet appellationi, vt ibi habetur. Quæ omnia supradicta intelligo quando quis appellat ab excommunicatione iam lata: secus quando appellat à futuro grauamine, & sic à censura futura, quia tunc excommunicatio postea lata est ipso iure nulla: vt est tex. & ibi D. Abb. & Philip. Franc. in 1. notab. in c. dilecti, el ij. de appellatio. & in c. solet. de sentent. excommu. lib. 6. & ita concludit Angel. in consi. 78. & Paul. Paris, in consi. 28. volu. 4. & in c. Apostolicz, nume. 30. de exceptio. Quod procedit etiam in appellatione extrajudiciali, d. c. dilecti.

9 Nono limita, quando debitor qui appellauit, fuit ex noua causa factus suspectus de fuga: quia etiam appellatione pendente potest capi per creditorem sicut antea poterat. Ita tenet Angel. in repe. I. nemo carcerem, versi. item quætro quid si lite pend. C. de exacto. tribu. lib. 10. quem sequitur Ias. in 1. si ab arbitro, nume. 6. ff. qui satisd. cog. Alex. in consi. 105. nu. 31. in 3. volu. pro qua op. allegant glo. in 1. fi. in verb. fidei iussionis, C. de férijs, recte intellecta: ubi secundum eos lis pendebat, & ita dicunt quod debet obseruari. quam opinionem tenet etiam Philip. Franc. in c. cum teneamur, nume. 13. de appella.

10 Decimo fallit, in omnibus casibus in quibus de iure appellare non licet: quia tunc appellatio non suspendit effectum sententiæ, & potest iudex à quo innouare: secundum Inno. in c. pastoralis, nu. 3. de offi. deleg. gl. in c. non solum, in verbo, casibus, de appella. lib. 6. & per totum, C. quorum appella. nō recip. Bal. in c. sancimus, 1. col. quo tempore. mili. in vñib. feud. Quod tamen intelligo, nisi in talibus casibus prohibitis appellans allegasset aliquam iustam causam, ex qua deberet admitti eius appellatio: quia tunc iudex teneatur eius appellationi deferre, & nō debet interim innouare: glo. est in c. Romana, in §. si aut, & ibi Domi. in fi. de appella. lib. 6. Abb. in c. consuluit, el iiiij. in 1. notab. de appella.

11 Vndeclimo fallit in eo, qui detinetur in carcere pro criminis

mine in quo fuit condemnatus: quia licet appellat à sententia, tamē adhuc potest detineri. Ita tenet Bal. in l. si cle  
xicus, nu. 6. C. de episc. au. Spe. in tit. de appell. in §. nouissime, nu. 1. Ale. in addi. Ad Bar. in l. i. ff. de cust. reo. Bar. in l.  
ab exequutione, C. quorū appell. nō reci. nu. 3. Et iste carce  
ratus est remittendus ad iudicem appellationis, & debet  
mitti cum custodibus & expensis ipsius carcerati: ita tenet  
Bal. in l. generaliter, in §. is de præsentibus, nume. 4. C. de  
reb. cred. & iureiur.

Et licet pédéte appellatione executio corporalis nō de  
bet fieri, vt tenet Bar. in l. qui vltimo. nu. 5. ff. de pen. hodie  
tamen de iure regio bene potest, vt in l. 101. & in l. 163. in  
leg. Styl.

12 Duodecimo limita, in factis notorijs: nam in talibus ap  
pellatio non suspendit exequutionem sententie: secundum  
Doct. in c. cum sit Romana, in §. præterea, de appella. glo.  
in c. Romana, in §. si autem, in verbo, notorio, de appella.  
lib. 6. hinc dicimus quod notorie criminosus non auditur  
appellans, & eius appellatio non suspendit, vt habetur in  
c. proposuit, de appella. Dec. post Abb. in ca. consuluit, nu.  
5. eo. tit. Ant. de Butr. in tracta. de notorio, artic. 4. nu. 53.  
Bald. in l. i. nu. 10. C. ne ex delict. defuncto.

13 Decimotertio fallit, nam iudex in fauorem appellantis  
potest innouare: secundū Inno. in c. quia propter, de elect.  
nu. 13. quem sequitur Soc. consi. 45. nu. 6. in t. vol.

14 Decimoquarto fallit quo ad impediēdā absolutionē ab  
excomunicatib., c. qua frōre, & ibi Abb. & Doct. de appell.

15 Decimoquinto, qñ sententia fuit lata cōtra posseflorem  
beneficij in curia Romana: quia tūc interim si fuerit appelle  
lati, interim beneficii sequestratur per ordinariū loci: iux  
ta tex. in Cle. 1. de sequestra possef. & fruct. nā tūc interim  
si ab ordinario appelletur. pōt procedere ad sequestrū, non  
obstāte appellatione, secundum Cardinalē in d. cle. 1. nu. 17

16 Decimosexto fallit, quādo appellatus attēraret aliquid  
in præiudiciū appellationis: nam potest index à quo, se  
intromittere, non obstante appellatione (puta, si appellans  
turbaret aduersario possessionem) & reformare sibi possef  
sionem: vt in c. cum teneamur, de appella. & ibi Abb. nu. 5.

- 17 Decimo septimo fallit, nam iudex à quo generaliter potest intentare omnia illa quae tendunt in faciliorē exitum causē appellationis: Ut tenet Abb. per illū tex. in c. ex literis, nu. 4. de matrim. contrac. cōtra interdict. eccl. & in d. c. cum teneamur, in 1. notab. Feli. in consi. 13. nu. 3.
- 18 Decimo octavo fallit, quo ad taxationē expensarum: quia iudex à quo, potest pendente appellatione taxare expensas in quibus condemnavit: quia tunc non dicitur innouare, sed potius declarare pronuntiatum. Ita tenet Lapus in al. leg. 72. incip. in causa matrimoniali, Feli. in consi. 13. nu. 3.
- 19 Decimono nono fallit in eo, cui factum est madatum, vt veniat ad residendum in loco beneficij: quia si interim appellat, potest index à quo, pendente appellatione ponere substitutū in dicto beneficio, qui interim nutritur de fructibüs illius beneficij: vt est tex. in c. peruenit, §. 1. de appella.
- 20 Vigesimo limita, in sententia lata contra officialem in syndicatu, quia non suspenditur per appellationem: vt est lex nostra regia in Pragmatica 57. ver. 66. in volu. Pragmaticorum, idem habetur in petitione 15. Toletana, Annī 1539. Quod tamen intellige, dummodo sententia non excedat quantitatem ibi positam.
- 21 Vigesimoprimo fallit, contra administratorem alicuius loci pij: quia si fuit condemnatus ad reddendum rationes, & appellauit, potest interim iudex à quo ipsum constringere, non obstante appellatione. Ita notabiliter tenet Ange. in auth. de sanctis epis. in §. œconomos, nu. 28. colla. 9.
- 22 Vigesimosecundo fallit, quando fuit à iudice terminus prefixus ad prosequendam appellationem, vel ad se presentandum coram iudice ad quem: nam licet pendente appellatione censeantur ligatae manus iudicis, non tamen censemuntur ligatae quo ad hoc, vt post illud tempus, cum applicatio remaneat deserta, possit ipse iudex sententiā exequi, vel in causa ipsa procedere, c. personas, & ibi Abb. & Prep. in c. oblatæ, & in c. reprehensibilis, & in c. s̄pē, & in c. cum sit Romana, vers. quodd si is, de appella. Et ita tenet Spec. iudit. de appella. in §. nouissime, num. 1. ver. 15. & 16. Card. Clem. nu. 19. q. 22. de appella. Bar. in l. pr̄ses, C. de appella. Paul. Parisi. in consi. 108. nu. 52. volu. 4.

**3.** Vigesimotertio fallit, nam pendente appellatione pōt iudex à quo, examinare testes senes vel valetudinarios, ad perpetuam rei memoriam: & nō dicitur innouare. Ita per plura fundamenta concludit Matth. de Affic. in constitut. Neapolita. lib.2. Rub.3 2. nu.1. cum alijs.

Regula XLIII.

APPELLATIO iusta, & licita non tollitur à Principe sine causa. Ita probat tex. in c. qui scit, 2. quæstio. 6. vbi colligitur, qd appellatio est permitta de iure diuino: de cuius intellectu vide S. Tho. 2.2. quæst. 69. arti. 3. Secùdo probatur hæc regula, nam iusta appellatio est defensio innocentis, c. cum speciali, de appellatio. quæ est de iure naturali, l. vt vim. cum simil. ff. de iusti. & iur. & clem. pastoralis de re iudica. & Princeps sine causa nō potest tollere defensionem: vt notatur in d. clem. pastoralis: ita eodem modo non potest tollere appellationem. Tertio probatur hæc regula: quia per appellationem reparatur ius illius qui habet sententiam contra se: quia si apparebit, iuste appellasse extinguit pronunciatum l. 1. in f. ff. ad Turpil. sed Princeps sine causa non tollit ius alterius, l. quoties, C. de preci. impera. offere. & l. f. C. si contra ius vel vtilit. pub. Et ideo dixi qd sine causa non pōt Princeps ius alterius præiudicare, cū ipse fateatur secundum leges viuere, l. digna vox C. de legib.

**1.** Fallit primo, nisi iusta causa subsistente, scilicet qn alias tumultum sedare non posset: quia tunc princeps posset tollere appellationem. Argumento tex. in l. qui cedem, ff. de siccari. Pro quo facit, quia princeps cum causa potest dominium rei alienæ tollere, & dispensare contra ius gentium, naturale, & diuinum: vt copiose congerit Feli. in c. quæ in ecclesiistarum, nu. 2. cum alijs, de constitut. Ferdinan. Loazes in tract. de matrimonio Regis Anglie, in 2. dubitat. in solut. ad fundamentum 2. partis negatiuæ, nu. 4. latissime Nicol. Belo. in consi. 2. per totum.

**2.** Secundo limita, quando sumus in casibus in quibus non admittitur appellatio: de quibus per Azon. in tit. quorum appellatio. non recipian.

... Est tamen notandum, quod in casibus in quibus non admittitur appellatio ab aliena sententia, poterit pars querulari

rulari: vt est quærelam, in glos. 1. de procura. quam ultra  
Docto. ibi sequitur Ioan. Costan. in glo. ad constitu. regias  
Gallie, artic. 135. col. 2. & 1. 11. tit. 16. lib. 3. ordinamenti.

3 Tertio limita, quando appellatur à sententia Regis, vel  
eius magni consilij, tunc non admittitur appellatio: vt in  
l. prima, in princi. ff. à quibus appellatio. non licet, & in  
l. 1. ff. de senten. præfec. præt. in quo est notandum q; solum  
de gratia admittitur supplicatio, vt in Auth. quæ supplica-  
tio, C. de præci imper. offe. & in Auth. vt sponsa. largi. in §.  
ad hæc colla. 9. Et ita notab. tenet Hyppol. de Marsil. in l.  
vni. nu. 16. C. de raptu. virg. Paul. Paris. in 1. vol. consi. 118.  
nu. 4. & in 3. vol. consi. 54. nu. 39. De iure regio est tex. in l.  
12. titu. 24. par. 3. in l. 173. Styli. & in l. 1. de Madrid.

4 Quarto limita, quando princeps scribit rescriptum com-  
mittendo causam appellatione remota: quia tunc solum  
videtur tollere friuolam appellationem. Secundum Baro.  
in l. 1. in §. interdum, ff. à quibus appe. non licet, numc. 3.  
habetur in c. pastoralis, & in c. ut debitus, de appellatio.  
& in c. licet in corrigendis, de officio ordina. per Ioan. An-  
dræ. in c. si de appellatio. lib. 6.

5 Quinto fallit, de plenitudine potestatis. Ita tenet Bal.  
in proœ. Grego. nu. 4. vbi dicit, quod in principe est pleni-  
tudo potestatis, quod quando aliquid vult ex certa scien-  
tia, non potest ei dici, cur ita facis? idem tenet idem Bald,  
in prælud. feudo. nu. 34. & in l. fi. col. 1. C. senté. rescind. nō  
pos. sed ante Bal. istud fuit notabile verbum, Specu. in titu.  
de locato. in §. nunc ostendendū, vers. 89. pro qua opinione  
est tex. in c. in memoria 10. distinct. facit quod notat idem  
Bald. in c. cum super nu. 1. de causa possel. & propri. quod  
princeps ex certa scientia super ius, & contra ius, & extra  
ius omnia potest: quem sequitur Ias. in l. 1. nu. 2. ff. de con-  
stit. princip. pro qua opinione est tex. in l. qui in prouincia,  
in §. diuus, ff. de ritu nupt. Ex quo apparet verum esse di-  
ctum Angel. in l. iteq; si verberatum, in §. 1. ff. de rei vendi-  
ca. vbi dicit, quod princeps potest mihi auferre dominium  
rei mez, etiam nulla causa subsistente, & qui contrariū di-  
cunt, mentiuntur: idem tenet idem Angel. in l. 3. in §. si is  
pro quo ff. quod quisque iur, & in l. 2. C. de quadrienn. præ-  
scrip.

script. Bald. in l. rescripta, col. fi. C. de præcibus impera. of-  
fere. & in l. 2. col. 7. C. de seruit. & aqua. quam opinionem  
sequitur latius comprobando Philip. Dec. in consi. 191. nu-  
me. 4. & in consi. 198. nu. 2. & in consi. 262. nu. 12. & in con-  
si. 269. nu. 7. Barba. iti c. quæ in ecclesiarium penulti. col. de  
constitu. & in 4. volu. consi. 6. Curt. Iun. in consi. 1. nume.  
19. Nicolæ Belon. in d. consi. 2. nume. 7. & Iacob. de Leona.  
in cotisil. 114. nume. 43. inter confilia Alberti Bruni, vbi  
nota. in materia.

Et facit etiā in fauorē huius limitationis: nam princeps  
si vult, potest legitimare post mortem patris filium natu-  
ralem, non requisitis his de quorum præiudicio agitur. Ita  
probat tex. in l. 2. in fi. ff. de nata. restituend. inquantum e-  
nim dicit, quod imperatores non facile solent quenquā no-  
tabilis restituere, nisi consentiente patrono: innuit, quod  
si imperator vult, potest, licet cum difficultate hoc faciat,  
& ita per illū tex. notabiliter tenet Bar. in l. Gallus, in §. &  
quid si tantum, ff. de libe. & posth. nu. 14. quem sequuntur  
ibi Doct. præcipue Ias. in 1. lect. nu. 140. eandem opinionē  
tenet Bal. in l. nam ita diuus in 1. col. ff. de adopti. & in l. 2.  
nu. 39. C. de seruitu. & aqua. & in l. fi. C. quibus res iud. non  
nocet, Abb. vbi refert se ita consuluisse, in c. cum olim, nu.  
16. de re iud. & ita consuluit in 1. vol. consi. 84. nu. 6. Alex.  
de Imo. in 1. volu. consi. 2. nu. 14. Soc. consi. 120. nu. 8. in 3.  
volu. & alij Docto. relati per Feli. in c. cum olim, num. 16.  
Pro qua opinione est tex. in l. 2. in §. si quis à Principe, ff.  
ne quid loco publi. vbi probatur quod licet princeps non  
possit aliquid concedere in præiudicium iuris alterius, ta-  
mén si concederit, valet. Facit etiam tex. in c. quanuis, de  
rescrip. lib. 6. vbi probatur quod restitutio principis, vbi  
aliud non exprimitur, intelligitur fieri sine præiudicio iu-  
ris alieni tergo si aliud exprimitur potest fieri cum præiudic-  
tio iuris alieni. Pro qua opinione est glo. not. in l. relega-  
ti, in gl. fi. ff. de pœn. vbi probatur, quod sola voluntas prin-  
cipis dicitur iusta causa, quam glo. sequitur ibi Bart. Iason  
in l. testamentum, nu. 2. C. de testament. & in l. quidam  
nu. 6. de summini. Alex. de Imo. in l. quidam consulebant, ff.  
de re iudi. nu. 11. & sum. glo. de iure canonico, in c. si gratio-  
se

se in verbo, à Romano Pontifice, de rescrip. lib. 6. & in c. ff.  
eo tempore in verbo & quāuis de eccl. cod. lib. Facit etiam  
ultra omnia supradicta tex. exptessus in d. l. quo minus, ff.  
de flumi. vbi probatur, quod cuilibet est licitum aquam du-  
cere de flumine publico. Ratio est, quia licet hoc facere au-  
thoritate iuris gentium, quo iuste flumina & eorum usus &  
iura sunt publica & usui publico cuiilibet, vt in s. flumina,  
& in s. riparum. institu. de rerum diuissio. & in l. fluminum,  
in princ. ff. de dam. infect. Sed tex. in d. l. quo minus. dicit  
hoc esse verum, nisi Imperator vel Senatus vetet: & sic ex-  
presse probat hanc limitationem.

Et idem quod dictum est de appellatione, extendo etiam  
habere locum in citatione: nam licet citatio sit de iure di-  
uino, Gene. c. 3. & etiam de iuste naturali. clemen. pastora-  
lis, s. cæterum, de re iudicata. tamen princeps potest tol-  
lere citationem: & sic actus vel processus factus à Princi-  
pe sine citatione valet. Ita tenet Bald. in l. cum cessante.  
in princip. C. quomodo, & quando iud. quem sequitur Ale-  
xand. in consil. 2. nume. 9. volu. 1. Petrus Belluga in suo Spe-  
cul. principium in rubr. 11. s. restat. nume. 4. facit glossi in  
c. apostolicæ, 3 1. quest. 9. ex quo apparet male dixisse Feli-  
pi in d. c. cum olim, nume. 13. de re iudi. vbi tenet, quod prin-  
ceps de plenitudine potestatis non potest procedere par-  
te non citata. Et ratio quare princeps potest procedere  
sine citatione est, quia in principe semper præsumitur cau-  
sa: vt supra dixi. & hoc etiam tenet Cyn. & Bald. in l. re-  
scripta, in 3. colum. C. de precib. impera. offeren. & in l. fi.  
C. si contra ius vel utilita. public. Anto. & Imol. in c. cum  
inter. de renuntia. Flotia. in l. si irruptione, s. ad officium,  
nume. 6. ff. finium regundo. & alij Docto. relati pet Ias. in  
l. si testamentum, nu. 3. C. de testamen. & per Hippo. in fin-  
gi. 6. Ex quo Cynus in d. l. rescripta dicit, quod si princeps  
finē causē cognitione mandat alicui vt aliquem suspedat,  
potest ille sine peccato exequi, quia præsumitur, pro prin-  
cipe quod iuste procedat: facit tex. in l. si vendicari, C. de  
pœnis, & in c. cum apud Thessalonicam, 111. q. 3. & istud di-  
ctum Cyni dicit esse notandum, Abb. in c. cum olim, nn. 2 3  
de re indic. Secunda ratio est, quia quando princeps facit

actum sine citatione partis simpliciter, debet valere & tenere omnino. Ratio rationis est, quia si Princeps facit actum, qui non possit valere nisi fiat de plenitudine potestatis, semper intelligitur fieri de plenitudine potestatis, ut actus magis valeat quam pereat. Ita notab. reperio consuluisse Pau. de Cast. in consi. 283. nu. 2. volum. 1. & in l. ex im perfecto, C. de testamen. quem sequitur Alexan. in l. quamquam. nu. 1. C. de testamen. mili. Felin. in c. 1. nu. 27. de constit. & in c. cum inter. nu. 7. de excep. & in c. in causis. nu. 2. in fin. de re iud. Hippo. in l. de vnoquoque, nu. 20. ff. de re iudi. & in sing. 83.

Et hanc limitationem secundo extendendo, ut habeat locum etiam in recusatione: nam licet recusatio iudicis sit de iure naturali, c. quia suspecti. 3. q. 9. Princeps tamē de plenitudine potestatis potest tollere recusationem. Hoc fuit notab. verbum Inn. in c. transmissæ, de fo. compet. quē sequitur Specula. in tit. de recusation. in §. 1. Lapus in c. iudex ab Apostolica, de offi. deleg. lib. 6. Bal. in l. fi. C. de senten. & interloq. omn. Ang. & Imo. in l. 1. in §. interdum, ff. à quibus appell. non licet. Hip. in sing. 292.

### Regula XLIII.

**APPELLARE** à sententia lata super possessorio non permittitur, l. 1. C. si de momo. posse. fue. appella. & c. vlti. §. de possessione, 2. q. 6. Quæ regu. habet locum in omni possessorio, siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ, secundum Bart. ibi notatur in l. quisquis. C. quorum appell. la. non recipi. plene per eundem Bartol. in l. 2. nume. 3. ff. de appella. recipi. text. in cap. ex conquestione, & ibi Bald. de restitu. spolia. & in ca. super eo. el ij. eod. tit. gl. in c. cum ad sedem, in verbo interdictum, in versic. & nota per hanc Decretalem, eodem tit. Et hæc est vera regula & communis opinio secundum Augusti. Bero. in q. 52. nume. 8. & ex adductis per Tiraquell. in tracta. de morte, in 6. par. declratio. 6. nume. 5. Catel. Cotta in memorialibus iur. in verb. appellari, el j. Sebastia. Vant. in tract. de nullitate sentent. rubri. 4. quis possit dicere de nullitate nume. 34. Ioann. Constant. in gloss. ad constitutiones Regis Gallie, articul. 62. licet contra eum teneat Ioānes Corasius in Paraphrasi ad

ad text. in l. naturaliter in §. nihil commune, nume. 8. ff. de acquirenda possessione. Hanc regulam cum quinque limitationibus posuit Socin. in regu. 18. & cum tribus alijs limitationibus ponit Bernar. de Luco in regu. 36. & ibi refert Antonium Nicellum in concordantijs glossarum, in concordantia 6. nume. 26. vbi limita hanc regulam uno & uiginti modis.

- 1 Primo limita ultra eos, nisi sententia feratur per verba negatiua, in casu. l. fina. C. de edit. diui Adriani tollen. nā licet à sententia lata in casu illius, l. in iudicio possessorio adipiscendæ, (vt est gloss. ibi in verbo, missus est post principium) non possit appellari per l. quisquis C. quo appellat. non recip. tamen, ut supra dixi, quando sententia lata est per uerba negatiua in isto possessorio, vt quia iudex prouuntiauit auctorem non esse mittendum in possessionem: ab hac sententia bene poterit appellari. Istud fuit notabile verbum Ange. vbi dicit se ita multoties practicasse, in d.l. quisquis, nume. 3. quod dictum tanquam notabile & stupendum, vbi etiam dicit se ita practicasse, refert & sequitur Iacob. de sancto Geor. in d.l. fin. nu. 56. & illud etiam tanquam notabile, & menti tenendum refert Andræ. Tiraquel. in tracta. de morte, in 6. par. declar. 6. nu. 3.
- 2 Secundo limita, in sententia sequestri faciendi: quia licet sit super possessione, potest tamen ab ea appellari. Ita notabiliter concludit Angel. in consil. 107. nu. 3.
- 3 Tertio limita, in sententia definitiva, secus in interlocutoria: quia ab omni interlocutoria, lata in possessorio ante sententiam, potest appellari. Secundum Ange. in consil. 46. nu. 4. & in consil. 138. Riminal. in l. 1. nume. 2. C. de bono. posses. secun. tabu..
- 4 Quarto fallit, quando possessoriū tractaretur per viā cōtractus, & nō per momentaneū iudiciū: quia tunc pōt appellari. Ita notab. concludit Bal. in consil. 210. nu. 5. in 5. vol.
- 5 Quinto fallit, quando iniuste: & sine causa auferetur aliqui possesso: quia tunc potest appellari. Ita cōcludit Abb. in consil. 55. in princi. in 2. volu.

Regula . . . xlv.

APPELLARI ab omnibus iudicibus, tam ordinarij,

E 2 quam

quam delegatis, regulariter potest. Hanc reg. probat text.  
in cap. omnes, & in c. an Romanam, 2. q. 6. ita tenet Specu.  
in eis de appell. in §. videndum in princ. Non enim iudici  
iniuriam facit is qui ab eius sententia appellat. l. & in ma  
ioribus, C. de appellat. cum enim appellatio sit quædā de  
fensio quæ datur oppressis contra iniuriam iudicis, l. 1. ff.  
de appell. & in d. cap. ad Romanam, & sic debet regulari  
ter omnibus censeri permissa, & quod sit defensio probat  
tex. in c. cum speciali. in §. porro. de appell. Circa quam re  
gulam vide Socin. in consi. 195. nu. 1. cum seq. in 2. vol. Ias.  
in l. 1. nume. 17. ff. quis caut. Octau. in prædicta Roma. Cu  
rrix. lib. 7. fo. 152. Tiraquel. in tract. de morte, in 7. par. de  
clara. 7. nu. 9. Pau. Pari. in consi. 28. nu. 11. vol. 4.

Hanc regulam limita. 12 1. modis, ut per Anto. Nicellū  
in tract. de concord. glo. in concord. 6. à nu. 15. vsque ad fi.  
Quam regulā cum supradictis limitationib. ponit Benard.  
de Luco. in regu. 35. & circa istā regu. vltra eum vide Mat  
th. de Afflict. constitut. Neapo. in præludijs, in q. 25. per to  
tum, & circa hanc regulam vide notab. Robe. Marran. in  
tract. de ordine iudiciorum, in 6. parte, in actu. 2. nume.  
255. cum seq. fo. 278. colum. 3. vbi etiam eam limitat plu  
ribus modis.

## Regula xlvii.

APPELLARI à statuto facto in odium vel præiudicium  
particularis personæ potest. Hanc regul. ponit Bart. in re  
petit. l. omnes populi, nu. 53. ff. de iust. & iur. Deci. in cap.  
cum omnes, in 1. lectu. nu. 15. de constitut. Ias. in l. 1. nu. 3.  
cum seq. ff. de legib. Fran. de Ripa in lib. 1. respon. c. 22. nu.  
4. Facit quod notant Abb. & Doct. in c. vestra. de loca. Bart.  
& Doct. in l. 1. ff. quando appellan. sit.

Ampliatur primo, etiam si statutum sit conditum per  
verba generalia. Ita tenet Bar. in d. l. omnes populi, nu. 53.  
& in l. si res, nu. 3. ff. de appella. reci. Feli. in d. c. cum omnes  
nume. 5. de constitut. Ias. & claudi. de Seysell. in d. l. 1. ff. de  
legib. Io. Crot. in repe. d. l. omnes populi. col. 15. versi. deci  
ma conclusio. Ias. in consi. 161. colum. 4. versi. confirmantur  
prædicta, volu. 2. & in consi. 120. in fi. volum. 4. Ange. Aret.  
in §. ius ciuile, nume. 15. Institu. de iure natu. gen. & ciui.

Pro

Pro quo facit, nam genus quod in una tantum specie verificari potest, habetur pro specie & non pro genere, l. 1. & 2. vbi Doct. ff. de libe. & post.

- 2 Amplia secundo procedere, si statutum fiat in odio vel grauamen vnius quarterij ciuitatis. Ita tenet. Ias. in d. l. 1. ff. de legi. Steph. Bertran. nota. in consil. 1. incip. viso cōsultationis themate, in respon. ad 7. dubium, nu. 25. in 3. vol. primæ impressionis.
- 3 Ampliatur tertio, vt non solum à tali statuto possit appellari, sed etiam per viam querelæ habeat recursum ad superiorem. Ita Panor. in cap. cum oīnnes, & ibi Deci. in d. nu. 15. & hoc est quod voluit dicere Bald. in l. 1. §. similique modo, nu. 2. C. de latina libert. tollend. dicit, quod fortior est sententia iudicis quam statutum: quia sententia iudicis, si ab ea non appellatur, transit in rem iudicatam. Est tamen notandum quod talis facultas reclamandi non est perpetuam, sed tantum durat per annum, l. qui grauatos, C. de censi. lib. 11. tenet Bart. in l. ambitiosa, nu. 31. ff. de decre. ab ord. fac. Phi. Deci. in d. c. cum omnes, & in c. consuluit, el iii. nu. 39. de appell.
- 4 Amplia quarto, vt etiam tale statutum possit dici nullū. Secundum Abb. in d. c. cum omnes, nu. 2. & in c. consuluit, el iii. nume. 4. de appell. facit tex. in l. si constat, ff. de appell. idem sentit Bart. in l. f. C. si contra ius vel utili. pub. Contrarium tamen tenet Philip. Dec. in d. c. cum omnes, & in d. c. consuluit, nu. 22. vbi dicit, quod contra Abb. est cōmunitatis opinio, sequitur Franc. Cur. Iun. in l. fin. nume. 25. C. de edi. diui Adria. tollen. & in l. 2. nu. 7. ff. quod quisque iur. Sed hæc opiniones possunt cōcordari ex mente Are. in rub. nu. 7. de consti. quod opinio Pau. procedat, quando statutū esset factum in odium alicuius de Collegio, qui tempore conditi statuti contradixisset: tunc enim statutum est nullum, quia cum contradicens sit senior pars capituli, in eo videtur ius residere capituli: vt notatur in c. scriptum, de electio. & hac ratione idem videtur dicendum si statutum fiat in odium alicuius qui non sit de collegio sed tantum unus de collegio contradicere: quia semper contradicens est senior pars capituli.

- 5 Amplia quinto, ut non solum à tali statuto possit appellari, sed etiam à sententia lata secundum tale statutum? Ita tenet Bal. in l. quisquis, nu. 2. C. quorum appell. non reci.
- 6 Amplia sexto, ut etiam grauatus ex tali statuto possit contra agentem opponere exceptionem doli: ut in l. i. in f. ff. de dolis exceptio. Franc. de Rip. in d. c. 23. & hoc verum si actor participauerit dolum, alias secus, ut in l. 2. in §. 1. ff. de dolo. Quod tamen declara, ut per Are. in §. 1. nume.
9. Insti. de excep.
- 7 Fallit primo, quando statutum re & nomine esset generale: quia tunc à tali statuto, non poterit appellari, l. 2. §. exactis ibi, neque prouocatio ex eis, ff. de orig. iur. & l. si qua poena, ff. de verbo. sign. & l. f. ff. de appell. reci. & c. quia nos, de appell. & ita fuit de mente Bar. in d. l. omnes populi, & in d. l. si res. Deci. in d. c. consuluit, el iij. de appell. Feli. in d. cap. cum omnes.
- 2 Fallit secundo, quando statuentibus datum esset arbitrium procedendi appellatione remota. Ita Bal. in l. 2. §. postea ne diutius, ff. de origin. iur. quem sequitur ibi Hier. Cagnol. nume. 69. de quo vide Iaso. in l. quo minus, nume. 135. ff. de flumi. plene Barto. in l. 6. ff. de appell. recip.
- 3 Fallit tertio quando illi, in cuius præiudicium statutū tendit, consensissent? Secundum Inno. in cap. vestra, de loca. quem sequitur. Feli. in c. quæ in ecclesiarum, de constit. nu. 54. vbi plura ad hoc alleg.
- 4 Fallit quartó, quando persona quæ ex tali statuto lèdetur, esset notoriæ delinquens: quia valet statutum factum in odium delinquentis, si delictum erat notorium. Ita Bal. in l. amissione, §. 1. ff. de capit. dimin. & in Auth. habita. nu. 18. C. ne filius pro pat. Sic etiam fuit factum vnicum, de schisma. lib. 6. iu confusionem Domus, de Columna, de ecclæsha male merentis, quod postea ob eius emendationem fuit solemniter annullatum per Benedictum X. l. in Extra-vag. inci. dudum bonæ memorie, in tit. de schism. de quo videlicet Feli. in c. si quando, nu. 7. de rescrisp.
- 5 Fallit quinto, si non fuerit appellatum intra decē dies: nam lapis decem diebus, non est amplius recipienda appellatione, l. qui grauatos, C. de cēsi. lib. 11. Ita Bar. in d. l. ambitiosa

bitiosa nu. 3 i. facit text. in c. concertationi de appell. lib. 6.  
 Fallit sexto, vbi cunque subsisteret aliqua iusta causa ta  
 liter statuendi contra priuatam personam. Ita Feli. in d. c.  
 cum omnes, Ias. in l. omnes populi, in 2. lect. nu. 13. ff. de iu  
 sti. & iur. Hiero. Cagnol. in proemio Digest. nu. 36. pleno  
 Clau. de Seyse; in l. 1. nu. 3. cum seq. vbi enumerat aliquas  
 causas ex quibus tale statutum sustineri potest, ff. de legib.  
 Et hanc limitationem ponit Bernar. de Loco, vbi eam tri  
 pliciter sublimitat, in regu. 692.

## Regula XLVII.

A P P E L L A T I O ab interlocutoria non potest iustifi  
 cari ex nouis actis, nisi ex primis. Hanc regulam probat  
 text. in clem. appellanti, de appellatio. Barto. in l. eius qui  
 nu. 8. ff. de appella. recip. in l. ait prætor, nu. 4; vbi assignat  
 rationem huius regu. ff. de minori. idem Bart. in l. eos 9. si  
 quid autem; C. de appellatio. & in l. per hanc, nu. 2. de tem  
 po. appella. Matth. de Afflict. in decisione 79. Roma. in singu  
 gul. 404. & 278. Hanc regulam ponit Soci. in regu. 22. vbi  
 etiam quatuor modis limitat.

**I** Limita primo yltra cum, vt non proceedat, quando quis  
 vellet producere nouas probationes super causa antiqua  
 expressa in appellatione quando illa causa requirit proba  
 tiones in facto: vnde dispositio l. per hanc C. de tempo. ap  
 pel. habet locum etiam in appellatione ab interlocutoria  
 quo ad probandum causas deductas. Ita tenet Cy. in d. l. per  
 hanc, in 1. & 2. q. Phil. Dec. in c. cum ecclesia, de appell. glo.  
 in d. clem. appellanti de appell. in verbo, probandis.

**2** Fallit secundo, nisi causa superueniat de novo, in qua  
 nulla potest imputari culpa appellati, quare ipsam non de  
 duxit in appellatione: nam potest tunc interlocutoria iu  
 stificari ex ista nova causa. Secundum Oldr. in consil. 130.  
 nu. 13. Bal. in l. inuitus, C. de procura. nu. 6. & in l. per hanc,  
 C. de tempo. appell. nu. 29. Roma. in singu. 282.

**3** Tertio fallit, si esset interlocutoria quæ haberet vim  
 definitiæ: quia potest iustificari ex nouis actis? Ita Car  
 di. in d. cle. appellati. nu. 9. in 9. quæst. vbi ponit exemplum  
 in interlocutoria lata super attentatis: idem tenet Bal. in  
 l. minoribus nu. 8. C. de his quib. vt indig. facit quod notat

- idem Bal. in l. 1. num. 25. C. quando prouoce. non est neces.
- 4 Quarto fallit, quando appellatur à definitiua: nam in ea postea reparari grauamen, etiam illatum per interlocutoriam ex nouis causis & probationibus, ex quo non directo appellatur ab interlocutoria. Ita Bald. in l. generaliter in §. sed iuramento nume. 5. C. de reb. cred. & iure. Inno. in c. quō ad consultationem, nū. 4. de re iudi. facit text. in c. si. de appell. lib. 8.
- 5 Fallit quinto quando iniqüitas interlocutoriæ sententiæ detegatur per allegationem iuris & non facti: tunc enim non est necesse declarare causas in appellatione. Ita Bal. in l. minoris; nū. 7. C. de his quibus ut indi.
- 6 Fallit sexto, secundum Bal. in l. hi qui ad ciuilia, nū. 2. C. de appell. scilicet quando precedit cause cognitionis, & tunc habet locum: secus ubi non precedit, sed sequitur. Exemplum: si aliquis esset nominatus ad officia publica & appellasset, vel nuntiatione noui operis quæ sit per prætorem, venit iustificanda ex nouis actis postea probandis, ut in l. de pupillo, in §. meminisse, si. de no. ope. nun. idem dicit in precepto facto à iudice cum cause cognitione: quia potest iustificari ex iam dictis postea probandis, secundum cum: quia magis accedit definitiæ quam interlocutorie.
- 7 Fallit septimo, quando index à quo appellatur non fuisse passus acta facta coram se scribi, vel appellanti copiam darli, poterit pars appellans per testes coram iudice appellationis hoc probare, argu. l. 2. C. ut lité pendat. & ita expresse tenet Bar. in l. eius qui nū. 8. in h. ff. de appella. recip.
- Regula xlvii t.
- APPELLATIO à definitiâ potest iustificari ex nouis causis & ex nouis probatio. Hac regulam probat tex. in l. per hanc & ibi doctor. C. de tempor. appella. & in l. eos, in §. si quid autem, C. de appella. Bart. in l. cum qui ff. de appella. nū. 7. habetur in c. fraternitatis, de testib.
- 8 Primo fallit dummodo nouæ probationes quæ producuntur per testes non sint super eisdem articulis vel directo contrarijs propter timorem subornationis, sed super nouis articulis dependentibus à veteribus facientibus ad causam, ut est tex. in elo. 1. de testib. ita Bar. in d. l. per hanc. C. dq

C.de tempor.appel.nu.4.idem Bar.& Doct.in Authen,qui semel C.de proba.Abb.& Feli.in d.c.fraternitatis.

- 2 Secundo limita dummodo nouæ probationes recipiantur & producātur super repetitā & deductā in causa principali,& nō super noua re & nouo libello,nā si in causa principali petij bonem , non possum causa appellationis petere equum , & producere probationes super equo . Philip. Franc.in c.cum ecclēsia.nu.13. de appell: Nam iudex causæ appellationis non cognoscit nisi de eo de quo cognovit iudex causæ principalis,vt tenet Bar.in l.r.C.si aduer.liber. Quod tamen intellige nisi aliquis egisset ex testamento , vt hæres: quod testamentum fuit pronunciatum inualidū, quia potest in causa appellationis agere,& idem ab intesta to , quia iuri quod ignorat sibi comp̄tere non videtur renuntiasse, vt in l.mater, ff.de inoffi.testa,ita Matth.de' Aflict. in deci.Neapol. deci.53.
- 3 Tertio fallit in exceptione dilatoria, quæ si non fuit ap posita in tempore in causa principali,non potest postea ap ponī in causa appellationis,vt in l.ita demum.& ibi Bald. & Alēx.C.de proœur,vbi dicunt quod illa lex non est alibi in iure ad limitationem huius regulæ,& sic per illum tex̄ tenet.Ias.in l.si arrogator,nu.59.ff.de adopt. Feli. in c. ad audientiam,el ij.nu.13. de rescrip.

- 4 Quarto limita, quando scienter & per negligentiam fuit aliiquid omissum in prima instatia.Vt tenet Anto.de Butr. in c.ad audientiam,el ij.nu.12.de rescrip.& ibi Feli.nu.14 & idem in simili dixit Bart.in Authen.at qui semel, nu.12 C.de probat.Hippol.in sing.360.

### Regula X L I K.

APPELLANS potest renuntiare appellationi , & reuersari ad iudicem à quo c.interposita §. ille denique, & ibi gl. in verbo, contradictione partis de appell.

Hanc regulam limita decem modis,vt per Pr̄posi.in d. §. ille denique,nu.7.vsque ad finem.

### Regula L.

APPELLARE tortio non licet,iuxta tex.in l.vna C.ne li ceat in vna cād.eau.Circā quam regulam vide Hippo.in l. extra territorium nu.49.ff.de jurisq;.om,iudiç.& in l.vnicā nu.169

nu.160.C.de rapt.virg.Pau.Paris.in cōfi.109.nu.15.volus.4

Hanc regulam amplia dupliciter, & limita quinque modis, ut per Philip. Dec. in c. sua nobis, nu. 13. de appell.

6. Limita sexto vltra eum, ut non procedat in supplicatione: nam poterit quis supplicare, ut supra dixi in regula 43. & Bernat. de Luco in regula 719. ponit hanc limitationem.

## Regula L. I.

**APPELLATIONI** renuntiare videtur, qui post appellatio-  
nem coram iudice à quo, aliquid agitauerit, l. scd si ff. de iu-  
dic. & l. z. §. falsus, ff. rem rat. hab. & c. gratū, de offi. delega,  
Hanc regulam cum quinque fallen. ponit Soc. in reg. 25.

Limita eam quindecim modis, ut per Præpo. in solitudinem, nro. 18. de appell.

Regula. L I I .

APPPELLARI à sententia interlocutoria, de iure civili non potest. Hanc regni probat text. in hante sententiam, ff. de appella recipie, & in hante sententiam, C. quorum appell. reci. Regia 1.4. tit. 16. lib. 3. ord.



Quinto

- 5 Quinto fallit, quando iudex iustum excusationem tutoris repellit: vt in l. 1. in §. si quis tutor, ff. quādo appellā. sit.
- 6 Sexto fallit, quando sententia lata est super legitimatio[n]e personæ. Ita Bal. in sua Margarita, q. 8.
- 7 Septimo fallit, quando iudex pronuntiat fideiussorem esse idoneum, quia tunc poterit à tali sententia appellari, l. si ab arbitro, ff. qui satis cogan.
- 8 Octavo fallit, quando iudex mādat solui pecuniam minori sine curatoribus: vt in l. ait prætor in §. permittitur, ff. de minori.
- 9 Nono fallit, quando iudex pronuntiat testes admittendos esse, vel non, vel probationes admittendas, vel non: vt notab. concludit Corne. in consl. 35. nu. 1. volu. 1.
- 10 Decimo fallit, quādo interlocutoria meretur executio[n]em: vt si partes per eam cogantur facere compromissum. Ita consuluit Barba. in consl. 305. incip. illud in medio, col. pen. volu. 3. vel quando generatur præjudicium circa executionem: vt in d.l. ab arbitro, & ita tenet Sali. in d.l. ante sententiam, C. quorum appell. recip.
- 11 Undecimo fallit, qñ alia non spectatur sententia: vt pote si quis pronuntiet se iudicem competentē vel incompetente. Ut in c. significantibus, de offi. deleg. & in l. ait prætor, in §. permittitur, ff. de mino. glo. in Auth. habita, in fi. C. ne filius pro patre, tenet Abb. in c. super eo. el ij. notab. 1. de appell. Sali. in l. penulti. C. quorum appell. recip. circa quam limita. vide Bernar. de Loco in regu. 354.
- 12 Duodecimo fallit, quando perfecte grauamen reparari non possit in definitiva. quin aliquod faciat præjudicium, tunc enim bene poterit appellari, l. 1. §. quæstum, ff. de appell. vbi permittitur appellare à mendacis relatione. notat Bart. in d.l. ante sententiam, ff. de appell. recip.
- 13 Decimotertio fallit, quādocunq; grauamen possit reparari, sed cum maxima difficultate: tunc poterit appellari, & iudex non poterit postea procedere. Ita Bart. in d.l. 1. in §. quæstum, ff. de appell. & in l. 2. C. de appella. recip. quem sequitur Feli. in c. accepimus, nu. 5. de fide instru.
- 14 Decimoquarto fallit, in sententia lata in causa momentaneæ possessionis, qñ per istā sententiam pateretur præjudicium

dicium, cui non sit alio modo consultum quam per appellationem. Ita Bar. in d.l. ante sententiā. nu. 3. ff. de appe. recip.

*Regula L III.*

**A P P E L L A N T i** propter exceptionem non admis-  
sam, cuius probationem incontinenti obtulerat, nō est ne-  
cessē ad iustificandum appellationem, probare veritatem  
exceptionis: sed sufficit quod probet se opposuisse exce-  
ptionem, & obtulisse probationem incontinenti. Ita pro-  
batur in c. interposita. ibi, nisi exceptionem de appell. Hanc  
regulam, (vbi ponit rationem eius) ponit Pr̄posī. cum 16.  
limitationibus. in d.c. interposita. nu. 4. de appe.

*Regula L IIII.*

**A P O C H A** in qua quis ostendit se tribus annis proximis soluisse, retro soluisse presumitur, nisi contrarium pro-  
betur. Hanc regulam probat tex. in l. quicunque. C. de apo-  
chis publi. lib. 10. & ibi Bar. per illum tex. & Doct. in gl. in  
l. 2. in verbo, repellere. C. de iure emph. & in e. cum ecclē-  
sia Sutrina. de causa pos. & propriet. Phil. Deci. in l. si cer-  
tis annis. nu. 6. C. de pact.

- 1. **A M P L I A** primo procedere; tam in censu emph. quam tributario. Ita tenet Domi. de Rota in decisio. 304. in tit. de locatio. in nouis, quos sequitur Alex. in Additio. ad Bar. in d.l. quicunque. Iacobi. de S. Geor. in l. non est necesse. nu. 3. ff. de probatio.
- 2. **S E C U N D O** amplia, habere locum in simplici colono, uel conductore: quia probando se soluisse tribus proximis an-  
nis, presumitur semper retro soluisse. Secundum Ang. in Auth. de non alienan. in §. scire. nu. 25. colla. 2. vbi dicit se nescire legem de hoc. Hanc etiam opinionem tenet Bald. post Io. And. in c. litera. nu. 7. de dilatio. vbi dieit quod cō-  
clusio huius regulæ procedit in emph. siue in simplici co-  
lono, siue in censuario, siue in illo qui soluit collectas in  
communi per triennium. quam etiam opinionem sequitur  
Ias. in d.l. 2. nu. 137. C. de iure emphyt.
- 3. **L I M I T A** primo, quando illa solutio trium annoꝝ esset facta quilibet de per se, vna quæque singulo anno, secus si-  
simul & semel soluisse vnō anno pro tribus annis, quia  
tunc regula non procedit. Hac limitationem ponit Linus

in l.2.C.de dotis promissio. quam sequitur Bald.ibi. nu.2.  
Ang.in d.l.quicūque.nu.3.& ibi Pyrrhus Engleber.in prin-  
ci.& eam dicit semper menti tenēdam,Iacob. de S. Geor.  
in d.l.non est necesse.nu.3.ff.de prob.

**2.** Fallit secundo singulariter, vt per Hostien. in Summa,  
in tit.de locato.nu.13. vbi tenet , quod hæc regula proce-  
dat tantummodo in causis secularibus , sed in ecclesiasti-  
cis dicit sufficere quod emphyteota probet per duos an-  
nos proxime præteritos soluisse. Quæ limitatio non est va-  
ra,& eam expresse reprobat.Ioan. And.in Additio.ad Spe-  
cul.iu titu.de locatō.in §.nunc aliqua. versic. 27.nu.38. &  
sequitur Iason in l.2.nu.136.C. de iure emphy.

## Regula L V.

ARMA portare regulariter prohibitum est: vt per totū  
in rubro & nigro, C. vt armo. vlus inscio Principe interp.  
sit.lib.11.& in c. quid culpatur. 23.q.1.in c. clericī. de vita  
& honest.cler.& in auth.de armis.colla.6.Circa quam reg.  
vltra Cepol. in verbo armorum, Appellatione.ff.de verb.  
sig.vide Castell.Cott.in Memora.iuris, in verbo , armorū  
vlus.Roma.in sing.267.Pau.Pari. in consi.171. volu.4.nu.  
17.Ang.Aret.in tract.malefici.in par.vno stoco ferreo.per  
totum.Petr.Bellug.in suo Spec.Principium.rubr. 27.§.mi-  
lites.nu.3.cum sequentibus.Hanc regulam cum septem li-  
mitationibus ponit Soc.in reg.30.

**3.** Hanc regulam vltra eum amplia primo, non solum ha-  
bere locum in armis offensilibus, verum etiam defensi-  
bilis: cum de iure Codicis dicatur regulariter non lice-  
re arma portare,nisi de Principis licentia.d.l.vnica.sed ap-  
pellatione armorum,etiam defensibilia veniunt.d.l.armo-  
rum.ff.de verbo.sig.licet de iure Digest.arma defensibilia  
non erant prohibita portari:vt tenet Bart. in d.l.1.ff.ad be-  
gem Iuliam.de vi.& pro ista opinione est text.de iure Au-  
thenticorum in §.pe. in d. Auth. de armis.& ita per illum  
tex.tenet Barba. in tracta. de Cardinal. legatis a latere in  
5.q.nu.23.Fel. in c.ita quorundam. nu.2.de Iudæ . Marcus  
Man.in lib.6.obserua.54.per totum,maxime in fi. Ioan. I-  
gneus in l.1.in §.occisorum.nu.42.ff.ad Syllania.

**4.** Amplia secundo, vt non solum liceat arma portare,ve-  
rum

rum etiam est prohibitum magistris armorum vendere arma priuatis personis: & nullus potest esse faber arma facienda, nisi deputati a publico . Ita probat text. in d. Authen. de armis. in princ .

3. Tertio amplia, etiam si quis habeat arma in domo. l. r. & ibi glo. ff. ad l. Iul. de vi. & in d. Ath. de armis.
4. Limita primo, vltra Socinum, ut hec regula non habeat locum quando quis portat arma causa venationis. Ita probat text. in d. l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi. publi. vbi text. dicit, quod licet tenere arma causa venationis in domo. ergo licet ea portare. & miror quod text. in l. 1. & 2. C. de vena. ferarum. lib. 11. de armis nihil dicant .
5. Secundo limita, non procedere in nauigatione: quia tunc licet portare arma. d. l. 1. ff. ad l. Iul. de vi.
3. Tertio limita, in familiisibus & seruitoribus inquisitorum haereticorum prauitatis: quia possunt portare arma. & si prohibetur a iudicibus secularibus, puniuntur tanquam turbatores inquisitionis haereticorum prauitatis: vt est text. & ibi Docto. in cle. 2. §. fi. de hære.
4. Quarto limita, non habere locum in fratribus Hierosolymitanis: quia bene possunt portare arma: vt sunt hodie Commendatarij sancti Ioannis. vt est gloss. in c. duo sunt. in glo. r. in fi. 11. q. r.
5. Quinto limita, non habere locum in militibus, vt est text. secundum unum intellectum, in l. iubemius. la j. C. de praepo. sacri cubicu. lib. 12. Quod tamen intelligo verum in veris militibus, qui sunt in expeditione libelli, vel fuerint veri milites. Ita Tiraquel. de nobilitate. c. 20. nu. 68. & 72. Et ratio supradictæ limitationis est, quia miles arma portando non facit rem illicitam, ex quo portat id de quo est inuestitus vt miles. ita tenet Bal. in c. 1. quid sit inuesti. nu. 50. de vni. fe. Porro ad hoc vt quis dicatur miles, sunt sex necessaria. Primo quod non sit negotiator. l. 1. C. negotia. ne militent. libr. 12. Secundo, quod examinetur si sit aptus ad militiam. la j. C. qui mili. non poss. lib. 12. Tertio requiritur, quod prestat sacramentum quod morte pro republica non evitabit. l. milites. ff. ex quib. cau. maio. Quarto requiritur, qd in brachijs signetur. l. 3. C. de fabricce. li. 1. 1. •

Quinto requiritur quod ei ensis accingatur: argu. tex. in l. filius. familias. ff. de testa. mili. Sexto requiritur, quod scribatur in libro, in quo sunt scripti alij milites. l. ex eo. ff. eo. titu. & ita tenet gloss. in d. l. milites. Et de istis militibus, ut supra dixi, loquitur ista quinta fallentia: quia isti sunt proprie qui habent priuilegia militum, secundum gl. in d. l. milites. & est similis gloss. in Authen. de manda. princ. in §. fi. in verbo, siquidem. colla. 3. & ita Lancel. Galiana in rep. l. Centurio. nu. 16. cum alijs. ff. de vulga. & pupilla. Et circa hanc limitationem, vide quinquaginta priuilegia militum, per Marc. Mant. post repeti. l. præcibus. C. de impū. & alijs in nu. 130. vbi per modū tractatus posuit supradicta priuilegia, quæ etiā ponuntur in 12. vol. tractatu, in traetatu de priuilegijs militaribus, eiusdem Marci de Måtua.

6 Limita sexto, in Curialibus commorantibus in Curia Regis, & eorum seruitoribus: vt in d. l. fi. C. de præpo. sacri cubi. lib. 12. Porro Curiales dicuntur qui aliquo modo sunt Curiae obligati, vt milites, siue aduocati, siue iudices, siue officiales, siue histriones, vt dicit glo. in c. 1. § 1 distinct.

7 Septimo limita, non procedere in Doctoribus. Ita notabiliter tenet Bar. in l. Medicos. C. de profel. & medi. li. 10, vbi tenet, quod Doctores non debent à familia potestatis scrutari de armis. Pro qua opinione, quia nihil allegat, facit: nam Docto. dicuntur milites, & milites excusantur, ut supra dixi. & illud dictum Bart. sequitur Ioan. Lesnauderius in tracta. de Doct. in 2. par. §. 8. Ludo. Bologni. in repet. Auth. habita. col. 1. fol. 6. C. ne filius pro patr. Andr. Barb. in proœ. Clemen. in 10. priuil. Docto. Lancelo. Galiu. in Rep. l. Centurio. nu. 24. ff. de vulga. Quam limitationem veram intelligo in Doctoribus, qui sunt re ipsa posses sores. cum isti proprie militare dicantur, per ea quæ dixi supra de militibus, in quinta limitatione.

Idem videtur dicendum in Aduocatis, cum militare dicantur. l. aduocati. C. de aduoca. diuersi. iudic. de quo vide Galiana in d. l. Centurio. nu. 43. ibi not. Ludoui. Canetus pag. 39. Ias. in l. ad egregias. nu. 10. ff. de iure iur.

8 Octauo limita, quando quis portat arna ad sui defensionem: nam tunc videtur portare causâ suæ salutis. l. 1. & penult.

D. Petri Duen. n. 7  
penult. ad legem Iuliam de vi.

9. Nono limita, quando officialis dat licentiam ferendi a  
ma: quia tunc non punitur ferens pœna portationis armo-  
rum. Quam licentiam non potest expresse concedere, sed  
sub dissimulatione tantum: vt in l. fi. C. de fabricen. lib. 10.  
10. Decimo limita, non procedere in Curialibus filij Re-  
gis primogeniti l. bene a Zenone, C. de quadrien. præscrip.  
ibi, siue ab his qui postea digni fuerunt nomine imperia-  
li. & sic priuilegium quod habent Curiales Regis, attri-  
butur etiam Curialibus filij primogeniti Regis: quia fi-  
lius primogenitus dicitur Rex in vita patris, vt in c. coepit.  
24. quæst. 1. & ita tenet Andr. de Isern. in c. 1. de feud. Mar-  
chizæ in vñibus feudo.  
11. Undecimo limita, nō procedere de iure Regio: quia de  
iure regio, nisi conuersi nouiter in Regno Granatensi, om-  
nes alij possunt ensem secum ferre: vt est pragma. 55. ædita  
in curijs de Valladolid. Anno Domini 1523. postea autem  
fuit statutū i Pragmatica 72. Toleti Anno Domini 1525.  
vt etiam pugionem vñ sicam cum ense possit quis porta-  
re per totum diem, & noctem usque ad certam horam ibi  
positam. Postea autē fuit promulgata alia Pragmatica 77.  
de Madrid, Annō Domini 1534. in qua fuit statutū, quod  
omnes illi qui portauerit ensem cum pugione de nocte  
post horam prohibitam, si lumen secum portauerint, non  
possit familia eius arma auferre. idem etiam fuit statutum  
in omnibus illis qui de mane vadunt ad laborandum.

Regula.

L V I ,

ARBITER ad pronuntiandum secundum iura, potest,  
& debet pronuntiare secundum statuta & consuetudines.  
Pro quo est text. in c. 1. vt lite pend. vbi archiepiscopo ex  
priuilegio competebat deferre crucem ante se per totam  
Angliam: vnde cum super illo priuilegio esset contentio,  
committitur per Pontificem, & mandat vt defterat crucem  
donec de iure fuerit cognitum, & sic verbum de iure, refer-  
tur ad priuilegia, & per consequens debet posse referri ad  
statuta & consuetudines. Facit etiam text. in c. licet cau-  
sam. in princ. de probatio. inducto eo modo quod c. 1. Fa-  
cit etiam gloss. in proœmio Clement. in princ. nam dum  
dicit

dicit tex. nulla iuris sanctio. gloss. in verbō, iuris, dicit, humani positivi: sicut canonicum, vel civile, synodale, vel municipale, naturale vel diuinum, & sic glos. sub nomine iuris comprehendit quocunque, tam statuarium, quam alterius speciei. Preterea facit, nam iura mandant iudicari secundum statuta & consuetudines locorum, c. 3. de eo qui init. in posses. c. illa. 12. distincte. citatus, de re scrip. cum statuta & consuetudines sint iura: ut patet in definitione consuetudinis, per Bart. in l. de quibus in princip. ff. de legib. & de statutis in l. omnes populi in princ. ff. de iust. & iuri. ergo veniunt appellatione iuris: Hanc opinionem tenet Anto. de Butr. in c. quinta uallis, nu. 49. de iure. Paul. de Cast. in l. ius pluribus, nu. 3. de iust. & iuri. & in l. prescriptione, nu. 11. C. si contra ius vel utili. public. Ludouic. Roma. in l. post dotem nu. 43. ff. solu. matrim. & in consi. 251. nu. 5. ita tenet Abb. in proœ. Clem. in princ. & in c. Cumana. nu. 11. de electio. & in c. cum venissent. nume. 4. de eo qui init. in posses. & in c. licet causam, nu. 2. de proba. Præposit. in c. ius generale, 1. distin. nr. 8. Alexand. in d. l. post dotem, nume. 26. Feli. in d. c. ius generale, 1. distin. in 1. & 2. col. & in d. c. licet causa nu. 3. & in c. 1. nu. 1. de sponsal. Ias. in l. omnes populi, in 1. lect. nu. 3. & in 2. lectu. nu. 19. ff. de iust. & iuri. & in l. præscriptione, nu. 24. C. si contra ius vel utili. public. & in nu. 18. vbi in nu. 20. dicit istam esse communem opinionem. Philip. Deci. in d. c. licet causam, nu. 20. Hatic etiam dicit communem Crot. in d. L. omnes populi in 1. not. & ibi Bapti. de sanct. Seueri. in 1. col. & Claud. de Sey sel. in d. l. ius pluribus, nu. 4. eandem opinionem tenet Rochus de Curte in rub. de consuetudine, in 6. quæst. nu. 30. licet aliqui Doctores, quos ipsi referunt, teneant contraria opinionem.

Hanc regulam ampliat uno modo, & limitat quinque modis. Rochus de Curte in d. rub. de consuet. & d. nu. 50.

### Regula LVII.

i. ARBITRI sententia, etiam si sit iniqua, standum est, l. diem proferre, s. stare, ff. de arbitri. & l. qualem, eo. tit.

Limita primo, quando sententia arbitri fuisse lata secundum voluntatem, & contra compromissum: nam tunc

F. eset

D. Petri Dueni

est nulla. Per notata in c. dilecta de rescrīp. & in e. Pisani, de restit. spolia; & in l. nō distinguemus in §. de officio, ff. de arbitris, quia omnis potestas arbitrij dependet à compromisso, in tantum, quod si esset compromissum de iure, & processum de facto, non teneret sententia, ut ibi facit, l. diligenter, ff. manda cum alijs, in l. 15. mult.

2. Secundo fallit, si arbiter ferat sententiam prætio, vel dolo aduersarij: nam tunc non valet, nec ei standum est, sed ope exceptionis infringitur. Ita notabiliter tenet Spe. in tit. de arbitr. & arbitra. in §. excipitur, nu. 4. versic. item quod corruptus, per tex. in l. 3. in §. 1. & l. ita demuin, ff. de arbitr. & in l. sed & si seruum, in §. sunt & alij eod. tit. & in c. 2. de arbitr. & in e. cum æternæ, de re iudic. lib. 6. & in e. accusatores, 3. q. 5. facit tex. in l. nō distinguemus, in §. cum quidam, eod. titu.

3. Tertio fallit, quando ius est clarum, & sententia arbitri continet errorem expreſſum. Per notata in l. 2. C. quando prouoca, non est neceſſ. in e. per tuas, de senten. excom. per Bart. & Alex. & Iaso. in l. cum prolatis, ff. de re iudic. Feli. in c. 1. nu. 6. de re iudic. Moderni in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obli. Anto. de But. in c. quinta uallis, nu. 42. de iure iur. Et intelligitur expreſſe, scilicet in ipsa sententia: ut si pronuntiauit quod minor non potuit testari contra tex. in l. qua ætate, ff. de testamen. nam si non est expreſſus error, non dicitur arbiter iudicasse contra ius commu- ne, sed contra ius partis: vt in e. cum inter. de re iudic. facit tex. & quod ibi notat. Bart. in l. is cui bonus, ff. de verb. obli- ga. ita tenet Felin. in d. c. 1. de re iudic. nu. 9.

Quam limitationem amplio procedere quando arbiter fert sententiam contra consuetudinem: nam sicut non valet contra ius, ita neque contra consuetudinem: cum à pari procedant. Ita notatur in d. c. 1. de re iudic. & per Bal. in l. 2. C. quan. prouo. non est neceſſ. faciunt notata per eundem Bald. in rubric. de cances. recti sen. & ita teneret Ange. Aret. in §. 1. Initit. de offi. iud. de quo ultra cum ibi, & Feli. in d. cap. 1. de re iud. vide Doct. in d. l. cum prolatis, & in d. §. duo fratres.

Quam supra dictam regulam intelligo habere locum  
in

in arbitro voluntario: secus est in arbitrio statuario: nam ab eius sententia appellatur ex dispositione iuris. Ita tenet Bart. in l.fin.C.de iudi. pro qua opinione est glo. in c. à iudicibus, 2.q. 6. & in c. ab arbitris, de of. deleg. lib. 6. quarū opinio. vltra Bart. ibi sequuntur Salic. & Ias. & Iacobi. de sanct. Geor. in d.l.fin.C.de iudic. & ibi Are. qui dicit quod ista est verior & communis opin. Hanc opinio. tenet idem Bart. in l. i. in fi. ff. à quib. appella. non licet Ias. in §. omnī nu. 1. instit. de actio. & ista est verissima opinio, licet cōtra rium teneat. idem Barto. in prima constitu. C. nu. 4. quem sequitur Anto. de But. in d.c. quintaualis, nu. 33. & in c. cū dilectus de arb. Dominic. in d.c. ab arbitris.

## Regula L V I I I .

ARBITER sententiam non potest ferre de nocte. Hanc regulam probat text. in Auth. de iudicib. in §. sedebūt col lat. 6. dum dicit, quod usque ad vesperas potest iudiciū red di. Ita tenet Bald. in l. in eos in fi. C. de appella. glo. in §. 2. institu. de verb. obl. ita concludunt Roma. & Ias. in l. mo re Romano. nu. 1. l. in fi. ff. de fēri. dicentes, quod arbitrē si ex causa necessitatis non potest dicere sententiam de nocte per l. si de meis, in fi. & l. si fēriatis, secundum vnum in tellec. ff. de arbitr. idem tenet Alex. & Riminal. in l. non mī norem, C. de transactio. reprobato Pau. de Cast. ibi, qui facit differentiam inter ordinarium, & delegatum, & arbitrum. Sed quantum ad arbitros, sic distinguendum puto: aut loquimur in arbitro compromissario, & tunc dico sententiam per eum latam de nocte valere: per tex. in l. diem proferre, in §. stari. & in l. qualem, ff. de arbitr. nam sicut ei dem standum est quando est iniqua ratione rei, vel alterius causa, vt in iuribus supra allegatis, vt posui supra in præcedenti regula: ita & ratione temporis, argui. text. in c. 1. de plus petitio. & in §. plus autem, Institu. de actio. cum alijs notatis, in l. i. C. de plus petitio. Si vero loquimur in arbitro electo secundum formam statuti, cum multum assīmiletur iudici, siue ordinario, siue delegato, vt tenent Docto. in l. fi. C. de iudi. & dixi supra in præcedenti regulai crederē quod sicut iudex non potest sententiam de nocte dicere, d. §. sedebunt, & notatur in c. cōsuluit de offi. deleg.

& in d.l. non minorem, & tenet Soc. in regula .359. ita nec arbitrus: & sic nostram regulam secundum supra dicta dico debere intelligi in arbitrio statuario, & Socin. ibi ponit quinque fallentias, quæ possint huic regulæ conuenire, ideo ultra eum.

1. Limita primo, non habere locum quandocumque arbitrus dedit interlocutoriam sententiam: nam tunc, licet sit lata de nocte, tenet per notata per Bald. in d.l. non minorem. Imo. in l. quod iussit, ff. de re iudi. notatur in c. auditis de procul.
2. Secundo limita, quando arbitri assumuntur de iure, & de facto: nam tunc cum talis sententia habeat vim transactionis, ut dicit Pau. de Cast. in d.l. more, in si. dicendū est, quod sicut transactio potest fieri de nocte, d.l. non minore ita & sententia debeat valere, facit quod notat Ias. in d.l. more. nu. 12. in 7. fallen.
3. Limita tertio, quando lata est sententia de nocte ex sensu partium: per notata per Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de arbitrio & arbitratore. §. disserr. Ias. & alij in d.l. more. & in d.l. non minorem. Feli. in d.c. consuluit, notatur in l. pen. C. de pact. Quod procedit, siue expresse, siue tacite est consensum: ut tenet Ias. in d.l. non minorem, in limita.

#### Regula l. x.

**A R B I T R E** postquam tulit sententiam, non potest amplius eam retractare. Hanc regulam ponit Spec. in tit. de arbitrio, & arbitratore, §. sequitur, nu. 62. Cyn. in l. diuersa, C. de transact. Bal. & Alberi. in l. dicere, in §. vnde videndū, & in l. quid tamen, ff. de arbitrio. Angel. in cons. 152.

1. Limita primo, non habere locum in sententia interlocutoria: Per notata in l. quod iussit, ff. de re iudi. & in l. post sententiam, C. de senten. & interlo. om. iudic. & in l. i. C. senten. rescin. non pos. & in l. si opus nouum, ff. de noni oper. nunt. & in l. fin. in si. ff. de praeto. stipu. Innoc. in c. in literis, de offic. deleg. & in c. auditis, nu. 2. de procur. & in c. quod ad consultationē, nu. 1. de re iud. Bal. in d. §. vnde videndū, nu. 1. Abb. & Feli. in c. qualiter & quando, el j. nu. 6. de accusa. & in c. cum cessante, nu. 3. & ibi in additio. de appella.
2. Secundo limita quandocumque arbitrus mutat sententiam

tiam in continentia, nam tunc valet illa iterata pronuntiatio, l. si ita, la ij. ff. de hæred. instit. in c. præterea, de testib. cogen. ita tenet Spec. in d. §. sequitur, nu. 62. quod tamen intelligo uerum, quandocumque non interuenerit in mutatione sententia aliquod spatiū, ex quo decerni possit ius esse quæsumum partī: & ita intelligo dictum Bald. qui contra hanc limitationem tenet in l. quia arbiter, in 2. le-  
stu. nu. 1. ff. de arbitr. dum quærit, an definitua possit sta-  
tim corrigi? pro qua opinione est text. in l. 2. C. de senten.  
ex breui. recita. vbi probatur, quodd statim lata sententia  
ius quæsumum est partī, & sic mutari nō potest: & quia post  
latam sententiam functus ex officio suo; vt in l. iudex,  
ff. de re iudic.

**3** Limita tertio, quando arbiter pronuntiasset contra for-  
matum compromissi. Ita probat tex. in d. l. quid tamen, in §.  
1. vbi hoc expresse tenet Lud. Roma. in nu. 1. notatur in d.  
l. dicere. ff. de arbitr.

## Regula L X.

ARBITR. debet arbitriū suum ferre partibus cita-  
tis. Hanc regulam probat tex. in l. nam ita diuus, ff. de ado-  
ptio. & in l. de unoquoque, ff. de re iud. & in l. si enim tres,  
cum l. seq. ff. de arbi. & in c. ex ratione, de appella. text. &  
ibi Bart. & Doct. in l. si arbitratu, ff. de verb. oblig.

Hanc regulam limita septem modis, vt per Vdalr. Za-  
gium, in d. l. si arbitratu. nu. 33.

## Regula L XI.

ASCENDENTES succedunt descendantibus. Hanc regu-  
lam probat text. in l. nam & si parentibus, ff. de inofficio su-  
testamen. text. De iure regio in l. 6. & 7. in ll. Tauri: per  
quas est correcta l. 4. tit. 12. par. 6. & lex 10. tit. 6. lib. 3. fo-  
ri. Circa quam regulam vide notabiliter Arnol. Ferron. in  
gl. ad consuetud. Burdegalen. in 2. par. in tit. de testamētis,  
§. 4. & §. 11. Hanc regulam ponit Nicol. de Vbal. in tract.  
de successio. ab intesta. in 2. par. in 3. q. nu. 7. cum sequen.  
vbi eam limitat quinque modis. Eandem regulam cū sex  
limitationibus ponit Bartho. de Chass. in consuetu. Bur-  
gun. in titu. [des successions.] rub. 7. §. 6. nu. 1. cum alijs,  
fol. 248. colum. 4.

D. Petri Duen.

- Secundam vero limitationem quam ponit ibi Chassa, scilicet in matre que intra annum non petit tutorem, sublimitat sex modis Nicola.de Vbal.vbi supra, nu. 14. Eadem ipsam limitationem ampliat vnde decim modis & sublimitat quatuordecim : Ioannes de Neuiza.in sylua nuptia. lib. 2. nu. 53. quas refert, & ponit easdem ampliatio. & limita Bernar.de Luco in regula 458.
- 7 Limita septimo, & primo ultra Chassa. quando pater fecit substitutionem pupillarem filio suo : nam tunc mater priuatur eius successione. Ita probat tex. in l. Papinianus, in §. sed nec impuberi, ff. de in offic. testa. & in c. si pater. de testa. lib. 6. & ultra Docto. vbique, hæc est vera limitatio secundum Tiraquell. vbi refert alios Doct. in legibus conubia. in glo. 5. nu. 60. Arnoldus Ferronius in d. §. 11. Jacob. de S. Geor. in l. fi. nu. 37. C. de edic. diui Adria. tol. licet contrarium, & male, teneat Ioan. Coras. in l. precibus, nume. 19. C. de impub. & alijs substitut.
- 8 Octavo limita in feudalibus: vt in c. 1. de natura success. feud. in vñib. feud. & quæ dicam in sequenti regula.

Regula L X I I .

ASCENDENTES in feudalibus non succeedunt descendentiis. Hanc regulam probat text. in c. 1. in princi. de natura success. fud. De iure regio text. in l. 6. titu. 26. parte 4. Circa quam regulam vide notab. Maturinum Montanum in authen. de hæredi. ab intesta. venien. collatio. 9. pag. 64. cum duabus seq.

Hanc regulam, vbi eam quadrupliciter limitat, ponit Bartholo. de Chassa. in tit. [des successions] Rub. 7. §. 6. fol. 251. col. 3. nu. 3. cum alijs, quas limitationes ad literam ante eum posuit Francisc. Curt. Iun. in tract. feudo. in 2. par. 3. partis prin. q. 17. nu. 42. cum seq. pag. 278.

Regula L X I I .

ASSESSORI ante finē officij salariū non debet solui. Hanc regulam ponunt Bal. Paul. de Cast. Alek. in 2. notab. in l. diem functio, per text. ibi ff. de offic. assesso. facit etiam tex. in l. si seruus communis meus, & Castrēsis, ff. de stipul. seruo. vbi probatur, quod ibi salarium debetur pro mercede laboris, tunc in fine tantum debet solui.

Amplia

1 Amplia primo, idem esse in Medico. Ita probat gl. in l. vnic. in verbo, consequantur C. de suffrag. & ibi Bald. in 8. q. vbi probatur, quod Medicus non debet habere salarium ab infirmo, nisi cum sanus fuerit. idem tenet Bart. in l. 1. in §. diuus, nume. 16. ff. de var. & extraord. cognit. pro qua opinione est tex. expressus, & ibi Bart. expresse eum ad hoc notat. in l. archiatri. C. de profess. & medic. lib. 10. ita tenet Ias. in §. tripli. nume. 56. institu. de actio. & vide Felic. in c. presbyterum, nu. 4. de homici.

2 Amplia secundo, idem esse in aduocato. Ita ponunt Docto. in locis supradictis, in prima amplia. facit text. in l. quisquis C. de postulan. quod etiam tenet Iason in d. l. diem functo, nume. 11.

Hanc regulam limita quatuor modis, ut per Franc. Purpura. in rubr. ff. de officio assesso. nu. 189.

Et circā quartam fallentiam ibi positam per eum, scilicet, quod si ante terminum potestas deceperit, & per accessum non stetit illo casu integrum salariū assessori debetur. Ita probat text. & ibi Pau. de Cast. & Ias. in 3. notab. in diem functo. & quia ista est quæstio necessaria, & difficilis, omissis fundamentis quæ in hac opin. solent pro vtraque parte adduci. Dico ei salariū deberi si est promissum, & si datum est, non competere repetitionem. Ita probat text. in l. qui operas, ff. loca. vbi qui operas locauit, totius temporis mercedem debet habere, si per ipsum non stetit quo minus operas præstet. idem probat text. in l. 1. §. diuus, ff. de variis & extraord. cogni. & in l. penult. & ff. de condic. ob causam, & in l. 4. & in l. si quis, C. de princ. agen. in reb. lib. 12. & in l. f. C. de domest. & pro præto. lib. 12. Et ultra Bart. in d. §. diuus, nu. 13. ita tenet Inno. in c. propter sterilitatem, & ibi Ioan. de Imo. nume. 13. vbi dicit communiter Legistas ita tenere. Eandem opinionem dicit esse communem Ias. in d. l. diem functo, nume. 36. Philip. Dec. in consi. 70. num. 2. Guido Papa in decisi. 112. Ludo. Bologni. notab. in consi. 71. Eandem opinionem dicit etiam esse communem Francis. de Ripa in tracta. de peste: in parte de privilegijs contractis in causa pestis, num. 114. Eandem opinionem dicit etiam communem, vbi latissime

D. Petri Duen.

eam examinat Lauren. Sylua. in cons. 28. nu. 17. & 18. & 20  
quæ opinio approbatur hodie de iure regio per text. in l.  
4. titu. 21. partita secunda. Et est etiam pro ista opinione  
glossa expressa & communiter approbata in §. diuus, in  
verbo. repeti. in medio.

Regula L X I I I .

A V D I E N D U S non est qui sine exceptione experitur, reo  
repugnante & inuito. Hanc regulam probat text. in l. si  
pupilli, in §. videamus ff. de nego. gest. & in l. si quis posses-  
sor. in §. penulti. ff. de petitio. heredita. & in l. quoties, in  
§. 1. ff. de administ. tuto.

Hanc regulam per supradicta iura, vbi eā limitat quin-  
que modis, ponit Zasius in l. si Titius, nume. 7. cum seq. ff.  
de verbo. obliga.

Regula L X V .

A V T H O R I T A S quando requiritur nō sufficit simpliciter  
consentire, sed sicut verbum sonat, debet expresse autho-  
ritas præstari. Hanc regulam probat tex. in l. 1. in §. mutus,  
ff. de tute. vbi mutus tutor dari non potest. Rationem redi-  
dit ibi text. quia authoritatem præbere non potest. Idem  
probab glo. in l. 3. & ibi Bartol. & alij ff. de authorit. tuto.  
Hanc opinionem regulę dicit esse cōmūnem Franc. Are-  
ti. in l. gerit nume. 7. ff. de acquiren. heredita. & circa ean-  
dem regulam vide notabiliter Syluestrum, in §. tutor au-  
tem per totum, institu. de autho. tuto.

Hanc regulam, vbi eam notabiliter examinat, ponit Ti-  
raquel. in legibus connubia. in glo. 3. in prin. vsq; ad nu. 16.  
& à nu. 16. ysque ad nu. 39. eam limitat octo modis.

Regula L X V I .

A V T H O R I T A S Doctoris, solum est probabilis, & nō  
necessaria. Hanc regulam ponit Bart. in l. 1. nu. 2. ff. si cert.  
peta. per text. in l. 1. C. de profess. & med. qui in vrbe Con-  
stantino. lib. 12. & per notata in l. 1. & in l. si de interpre-  
tatione, ff. de legib. quam opinionem Bar. dicit esse cōmu-  
nem Franc. Curt. Iun. in consl. 136. nu. 8. & in cōsl. 160. nu. 4.

Hanc regulam amplia tripliciter, & limita duobus mo-  
dis, vt per Franciscū Purpu. in d.l. 1. à nume. 134. vsque ad  
nume. 140. ff. si certum peta.

Regula

**A V C T O R I T A T E** propria nulli subdito Regis competit ius sibi dicere. Hanc regulam probat text. in l. si quis in tantam, C. vnde vi. in l. extat, ff. quod metus causa, in l. nullus. & ibi glo. C. de Iudæ. in l. vnicæ, C. ne quis in sua causa ius sibi dicat, & in l. Julianus, ff. de iud. De iure Regio est text. in l. 10. titu. 4. part. 3. & in l. 2. titu. 14. lib. 3 ordinamenti. Circa quam regulam vide Franciscum de Ripa in c. sæpe, nu. 68. de restitu. spoliato. Hyppoli. de Marisi. in singu. 167. Hiero. Cagnol. in l. non est singulis, num. 2 cum seq. ff. de regu. iur. Deci. in c. cum venissent, nume. 45. de iudi. Hanc regulam, vbi eam limitat septem modis ponit Soci. in regu. 34.

Limita viginti modis, vt per Ant. de Tremolijs in additionibus ad practicam Vberti de Bonacurso, in Rub. 9. quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur, fol. 54. colum. 1. in fine, in additione ad nume. 3. cum seq. Eandem regulam ponit, vbi eam limitat uno & viginti modis Matth. de Afflict. in constitu. Neapol. lib. 1. Rubr. 8. nume. 14. usque ad num. 47. Eandem regulam ponit idem Matth. de Afflict. vbi eā limitat octo & triginta modis, in c. 1. nu. 43. usque ad nu. 93. de pace iuram. firmam. in vñibus feudo.

## S E Q V I T V R   L I T E R A B. R E G U L A   L X V I I I .



**A N N I T V S** ex forma statuti potest impune occidi. Hanc regulam ponit Bart. Bald. Ias. & Phil. Dec. in l. vt vim, ff. de iust. & iu. Ratio est quia bannitus est transfuga & hostis, ciuitatis l. amissione §. 1. ff. de cap. dimi. Hostis autem ciuitatis potest impune occidi. l. 1. ff. de sicarijs & l. minime ff. de religio. & sympl. fune. Hanc opinionem tenet Bart. in l. vbi patrum C. de transac. & in l. 1. C. quando liceat vnicui. sine iudice se vindica. Abb. in c. si. de consuetu. Feli. in c. quæ in

D.Petri Duen.

in ecclesiarum, nu. 5. de consti. Iaf. in l. omnes populi, it re  
pe. nu. 46. ff. de iust. & iu. Hippol. in l. 1. ff. de siccari. & in sing.  
150. Marc. Mant. in consi. 206. nu. 1. Matth. de afflict. in con  
sti. Neapo. lib. 2. Rub. 3. per totum. Catellia. Cotta in Me  
mor. in uerbo, statutæ quod bannitus, circa quam regulam  
vide etiam notab. Io. Igne. in l. 3. in §. si ex stipulatore, nu  
me. 70. ff. ad Senatuscon. Syllan. Hanc regulam ponit Ber  
nar. de Loco in regu. 58. vbi refert Iaf. qui eā limitat quin  
que modis, in d.l. omnes populi, & Fel. qui eam limitat no  
uem modis, in d.c. quæ in ecclesiarum.

1. Quam regulam vltra eos amplia primo, procedere in  
occidente bannitum ignoranter. quia ignorabat euni bann  
itum esse. Ita tenet Bart. in l. inter omnes in §. recte, nu  
4. ff. de fur. & in l. genero per illum text. ff. de infam. Alex  
an. in l. volu. consi. 114. nu. 4. Hippo. in pract. crimi. nu. 3. & in  
l. 1. nu. 69. ff. de sica. & in consi. 55. nu. 6. Nellus in 2. par. 2.  
tempo. q. 25 nu. 25. in tract. bannit.

2. Amplia secundo, in occidente bannitum qui erat re bā  
nitus, non tamen adhuc erat cancellatus de banno: nam oc  
cidendo eum non punitur. Ita tenet Pau. de Ca. in l. si de  
eo. ff. de acq. pos. Bal. in l. Labeo, in f. ff. de pact. Alexan. in  
d. consi. 114. nume. 5. Hippoly. de Marfi. in l. 1. nume. 70:  
ff. de siccari. & in pract. crimi. in §. aggredior, nume. 4. & in  
consi. 55. nume. 7.

3. Tertio amplia, si bannitus fuisset indebite cancellatus  
à banno, nam occidens eum non punit, sicut si non fuisset  
cancellatus: Ita tenet Bal. in c. 1. in prin. hic finitur lex cor  
ra. in vslb. feu. Bar. post Ray. in l. si cum seruum, ff. de dona.  
inter vi. & vxo. Cępo. notab. in consi. 7. nu. 1. cū seq. in consi.  
crim. Nellus in tract. banni. in. 1. par. 3. tempo. q. 3. nume. 3.  
Hipp. in l. 1. nu. 71. ff. de sica. & in sing. 340. & in prac. cri. §.  
aggredior, nu. 5. vbi dicit quod dicitur iniuste cancellatus  
nō non appetet causa cancellationis, secundum Bal. in cap.  
cum super, nu. 8. de re iudi. & in l. si non sortem, in §. adeo,  
ff. de cond. indeb. & in l. si præsens, in f. C. quomodo, & quā  
do iudex. idem Hipp. in d. consi. 55. nu. 5.

4. Quarto amplia, ut et procedat si statutū dicat simplici  
ter bannitū offendī posse, licet non dicat occidi, nā occidi  
potest

poteſt. Ita tenet Io. And. in addi. ad Spec. in tñ. de conſtit. in addi. fi. in fi. Ray. & Bar. in l. 3. in §. fin. ff. de ali. & cib. leg. Alb. in 1. par. ſtatū. q. 5. & 8. Nellus de ſanc. Gemi. in tract. ban. in 2. par. 2. temp. q. 7. ver. examinatis quæſtionib. Pau. de Ca. & ibi Flo. in l. binas ædes nume. 4. ff. de ſcr. vrb. præ. Pau. Ale. & Iaf. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. Hipp. in l. 1. nu. 37. C. de rap. virg.

5 Quinto amplia, etiam ſi bannitus notificasset occifori cancellationem factam ab anno: nam non teneretur crede re ipſi bannito, niſi oſtenderet publicum instrumentum cancellationis & gratiæ. Ita Bar. quem ſequitur Iaf. ibi in l. nō ſolum §. morte ff. de noui ope. & ibi Ant. Rub. nu. 64. Maria. Socin. Iun. in consil. 58. nume. 12. volu. 1. Hippo. in l. 1. nume. 72. ff. de ſica.

6 Sexto amplia, in bannito occidente alium bannitum: nam poſteſt impune occidi. Ita Bald. in l. cum mulier. nu. 4. ver. ſtatuto cauetur. ff. ſolut. matr. & ibi Alex. Hippo. in practi. crim. in §. aggredior. nume. 53. Felin. in c. cum duobus. de ſenten. excom.

7 Septimo amplia, in occidente bannitum qui iniuste bānitus erat: nam propter bānum, etiam ſi eſſet iniustum, excusatur. Ita tenet Dinus in l. pen. ff. de adul. Bart. in l. ex hoc reſcripto. ff. de ventre in ſpi. & in l. ſiue vxor. ff. de dona. inter vir. & vxo. & in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. pos. Cin. in Auth. ſi vxor. C. de repu. Bald. in l. 1. C. de pœn. & in l. 1. ff. ſol. matri. Ang. in l. quis fit fugitiuſ. in §. item apud La-beonem ff. de edili. edic. Bar. in l. 2. in §. hæc aſtio. ff. vi bono. rapto. idem Bart. Ale. & Iaf. in l. 4. in §. condenmatum nu. 34. ff. de re iudic. & in l. 3. in §. ſi ſeruus. nu. 8. ff. de acqui. pos. Cepol. in consil. 7. nu. 7. in consil. crimin. Sebaſt. Vantiuſ in tract. de nullit. ſentētiarum rub. 8. quoties & intra quod tempus de nullita. agi poſlit. nu. 44.

8 Octavo amplia, etiam ſi quis occidat filium, aut patrē, aut dominum bannitum, vel fratrem, nō punitur. Ita Bar. & Alex. ibi, in addi. in l. ſi adulterium cum incestu. §. liber- to. ff. de adul. Feli. in c. quæ in ecclesiatarum. nu. 5. de conſtit. Hippol. in l. vnica nu. 20. C. de rap. vir. idem Hipp. in consil. 119. nu. 18. Iaf. in d. omnes populi. nu. 47. Hipp. in l. 1. in §. præterea

D. Petri Duen.

præterea ff.de quæst. Eandem opinionem sequitur Gerar.  
de Petra Sancta in sing. 2. pro qua opinione facit quod no-  
tat Marc.de Mant.in l.veluti ff.de iusti.& iur.Contrariam  
tamen opinionem tenet Angel.in d.S.liberto, & in Auth.  
de incest.nuptijs,in priu.nu.1.colla.secunda.Eandem op-  
inionem notab. examinat & tenet contra Bartol.Ludouic.  
Gomez.in d.S.rursus, nu. 22. quam opinionem sequitur &  
allegat plures docto.cam tenentes tanquam humaniorem  
& tuiorem . Bartholo.Cæpola. in consi.5. nu. 26. in con-  
si.crimina.Nellus in tracta.banni.in 2.par.secundi tempo.  
quæst. 10.num. 10. Quam intellige & declara, vt in fina.  
limitatione huius regule.

9 Amplia nono, non occidendo bannitum, sed etiam non  
bannitum . Verum de proximo banniendum. Ita Ias.in l.  
quauis, nume. 7. C.de inoffi.testa.& in Anthen.si qua mu-  
lier,C.de sacrosane.eccle.num. 23. Hyppol.in l.1. nu. 74.  
C.de rap. virg. & in consi.97.

Hanc regulam sic ampliatam vltra Ias.in d.l.omnes po-  
puli, nu. 45.vbi limitat eam quinque modis : & Feli.in d.c.  
quæ in ecclesiarum, vbi limitat eam nouem modis.

10 Limita primo , secundum Ias. in dicta l.omnes populi,  
nume. 46. quod tale statutum non valet de iure Canoni-  
co, nec procedit , dato quod de iure ciuili valeat . Ita te-  
net Hoitien.& cæteri cano. in c.f.i.de consuetud. quem re-  
fert & sequitur Bald.in l.1. nume. 9. C.si à non competen-  
tudi. iudica. esse dicatur.

11 Limita secundo , non procedere in foro conscientiæ ,  
quia iste occidens bannitum , etiam si faciat ex forma sta-  
tuti, peccat: & in foro poli nō est excusatus,maxime si hoc  
non facit respectu reipublicæ & animo exequendi statu-  
tum , sed animo fundendi sanguinem humanum . Ita te-  
net Ioan.And. in rubr. de constitut. S. Thoma 2. secundæ  
quæstio.64. Bald. in l. vt vim ff. de iustit.& iure. Alber. in  
4.part.statutorum,quæst. 19. Feli.in c qui in ecclesiarum,  
nume. 14. de constitutio. Pro qua opinione est gloss. in c.  
inter hæc, 33. quæstio. 2. vbi licet maritus defendatur à  
pœna homicidij propter adulterium vxoris'. Gracchus C.  
de adulte.non tamen defenditur à pœna æterna,d.c.inter  
hæc

hæc. & ita per illum text. tenet Abb. in repetit. c. cum esses.  
nu. 16. de testamen. Felin. in c. 1. nume. 2. de præscript. For-  
tu. Garzia in tracta. de vltimo fine iuris canonici & ciui-  
lis. illatione ir. Iaso. in l. vbi pactum nume. 16. C. de tran-  
sact. copiosissime Ioann. de Neuiza. in sua Sylua nuptiali.  
lib. 1. nume. 85. Ludoui. Gomez. in §. fuerat nu. 52. Insti-  
tut. de actio. Andrazas Tiraquel. in 9. lege concubinali. nu.  
4. Et ex Theologis idem voluit diuus Thomas in quarto  
sententiarum. distinct. 37. quæstio. 2. artic. 1. & ibi Richardus;  
omnes doct. Astensis in libro octavo suæ summæ. ti-  
tu. 2. articu. 4. Robertus Holcot in commentarijs in Sa-  
pientiam Salomonis, lectione 62. Angelus in Summa, in  
verbo, homicidium. el primo §. 6. & in verbo. vxo. in §. 4. &  
ante eos hoc tenuit diuus Augustin. in lib. 2. de adulterinis  
coniugibus. capit. 14. & sequen. Imo fortius etiam in fo-  
ro fori non excusatur, secundum Felin. in c. ecclesiæ san-  
ctæ Mariæ nume. 42. de constitu. Gomez. in d. nume. 62.  
& sic supra dictum statutum, & leges quæ permittunt vin-  
dictam, cum agatur de peccato in eis, non valent nec te-  
nent, sed attenditur dispositio Canonum. c. fina. de consue-  
tudi. c. nouit de iudic. c. per venerabilem, qui filij sint le-  
giti. & ita notabiliter concludit Rochus de Curte in tra-  
cta. de consuetu. nume. 149. vbi vult. quod dispositio l. 1.  
& 2. C. quando liceat vnicuique sine iudic. se vindica. non  
procedat in foro ecclesiæ, nec Cæfaris, tanquam nutritio-  
ua peccati. Nec ad hoc obstat text. in c. 2. de homici. vbi  
est dispositio iuris canonici, & permittitur fur nocturnus  
occidi: quia dico, quod non est verum, dato quod sit dis-  
positio Canonica, ac procedat in foro conscientiæ, imo  
non procedit. ita probatur in c. cum dilecti. & in c. ad no-  
stram. de empt. & vendit. vbi sunt iura canonica, & per  
illorum dispositionem permittitur contrahentibus se in-  
uicem decipere usque ad dimidiam. tamen illa disposi-  
tio canonica non procedit in foro conscientiæ. ita tenet  
Antonius de Butr. ibi allegando diuum Thomam. & Ioan-  
nes Crot. vbi plura refert, in repetit. c. 2. in. 1. notab. de  
constitut. lib. 6. Gomezius in d. §. superest. nume. 54. Ge-  
rardus de Petra sancta in singul. 22. Iason in §. sed istæ  
quidem

D. Petri Duen.

quidem nu. 104. Institutio de actio. Gomezius, vbi dicit istam esse communem opinionem, & eam latissime examinat, in c. 2. nu. 7. de consti. li. 6. Et in dubio presumitur bannitus potius occisus causa odij particularis, quam reipubli ca. vt in c. omnes. 6. q. 1. & ita tenet Antonius Rubeus in re pe. §. morte. l. non solum nu. 647. ff. de noui oper. nunt.

- 3 Limita tertio, quandounque bannitus esset de proximo rebanniēdus: nam tunc impune occidi non potest. Ita Bal. in l. 1. in §. serui. ff. ad Syllani. Cæpol. in consil. 39. in crimi na. Hippol. in singu. 106. & in practica criminali in §. aggredior. nu. 27. & 30. & in consil. 10. & 61. & 94. Quod tamē intelligo si sciebat rebanniendum esse de proximo, alias initiori poena punitur, vt ex supra dict. patet.
- 4 Quarto limita, in occidente bannitum qui communi extimatione reputabatur pro non bannito. Ita Angel. in l. si duo. ff. de acqui. hæredi. Hippol. in l. 1. nu. 11. ff. de sicar. & in d. §. aggredior. nu. 34.
- 5 Quinto limita, in bannito condemnato, qui ducitur ad supplicium: nam non potest occidi ab aliquo priuato, nec à familia potestatis. Ita tenet Bald. in l. addictos. nu. 3. C. de epis. audien. & in l. fideicomissa. in §. si quis, ff. de leg. 3. & in l. f. C. de malefi. & mathem. Bar. in l. cuiusque nu. 4. ff. ad l. Iul. maiest. Hippol. in d. §. aggredior. nu. 40. & in l. i. nu. 13. ff. de sicarijs.
- 6 Sexto limita, quando bannitus est captus & carceratus, quia talis bannitus incarcерatus non potest impune offendit, quia carcerati sunt sub protectione Curie. l. fin. C. de custodia reorum. Ita notab. dixit Bart. in l. in laqueum, ff. de acquiren. rerum dom. & in l. eiusdem. in §. transfugas. §. de sicarijs & in l. legis Iuliæ, ff. ad leg. Iuliam. de ui priua. Bald. in l. libertus. ff. de statu homi. Ioan. de Ana. in c. cū iumento. de homici. nu. 6. & ibi etiā Fel. Hip. in singu. 150. & in pract. in §. aggredior. nu. 24. & in l. 1. nu. 3. ff. de sicar.
- 7 Septimo limita, in foemina prægnante: nam licet foemina bannita possit occidi, tamen si est pregnans non potest. Ita tenet Nellus. in tracta. Banni. in l. parte secundi temporis, q. 56. & 45. Ioan. de Ana. in c. intelleximus nu. 7. de his qui filium occiderunt. Angel. in tracta. malchiorum, in parte,

parte, fama publica. nu. 102. Ioan. de Neuiza. in Sylva nupti. lib. 1. nu. 92 pro qua opinione est text. in l. Imperator. ff. de statu homi. & in l. prægnantis ff. de pœnis l. 2. titu. 30. parte 6. & Ioan. de Anan. supra extendit hoc etiā si partus esset adulterinus, vel in carcere conceptus. & etiam si esset prægnans decem vel viginti dierum. quod etiam tenet Alex. in Additionibus ad Bartol. in dict. l. prægnantis. Hippolytus in practica criminali, in §. nūc videndum. nu. 50. & in l. 2. in princ. nu. 13. ff. de quæstio.

8 Octauo limita nisi proditorie occidat, vel veneno, cum tunc etiam proditorie occidere dicatur. Ita tenet Angel. in additio. ad Bart. in l. si. per illum tex. C. de delato. lib. 10. quem sequitur Hippol. in rub. nu. 14. ff. de siccari. & in singu. 16. in consi. 1. in prin. & in consi. 132 nu. 16. & in consi. 131. Crpola in consi. 34. in consi. cri. nu. 6.

9 Limita nono, quandocunque aliquis occidit bannitum, cum quo habebat capitales inimicitias: nam tunc non iuuatur prædicto statuto, cum potius præsumatur offendisse propter vindictam priuatam quam publicam. Ita tenet Bar. in l. nulla. C. de delatori. lib. 10. quem sequuntur Lud. Rom. in l. si quis in graui §. vtrum. ff. ad Syllania. nu. 3. & ibi Alex. in addi. ad Bar. quæ per plura concludit Pau. Parisi. in c. dilecti. nu. 25. de except.

10 Decimo pro limitatione facit, nam licet denegare alia menta alicui sit cum necare. l. necare. ff. de liber. agnosc. tamen bannitus etiam itante supradicto statuto potest petere alimenta ab eis qui ante bannum eum alete debebant. Probat text. in l. inutus. in §. manente, ff. de iure dot. Et ita in uxore quæ teneatnr alere virum bannitum, tenet Bartol. in l. si costante. nu. 22. ff. solu. matri. facit etiam text. in Authen. de incest. nupt. in §. si vero contigerit. colla. 2. Id ē etiam est in filio qui debet alere patrem bannitum, vt tenet Bartol. in l. si quis a liberis. in §. sed vtrum ff. de liber. agnosc. allegat ad hoc supradicta iura. & in Authen. vt cū de appellatio. cognosc. in §. nūc de prædictis. colla. 3. gloss. in d. §. si vero contigerit. in verbo, alia necessaria. Idem est in patre qui tenetur alere filium bannitum, vt tenet Rayne. de Forli. in d. §. sed vtrum. Pro quo facit: nā bannitis interdi

terdictuntur ea, quæ sunt de iure ciuili. I. quidam. in f. ff. de pœnis. non autem ea quæ sunt de iure naturali vel gentium. Ita tenet Góme. in §. superest, nu. 32. Insti. de actio. In contrarium tamē facit, quia cum iste bannitus sit hostis ciuitatis, licitum est cuique, etiam filio, eum occidere, ut in l. minime ff. de relig. & sumpt. fune. de quo vide supra in 8. amplia. ergo possunt ei alimenta denegari, d. l. necare, & in l. nihil. ff. de sicarijs. Pro qua opinione est casus expressus in 10. colla. in c. de pace tenen. & eius viola. vbi Bald. ibi nu. 7. per illū tex. dicit, quod filius nō tenetur a le re patrem bannitum: & ibi hoc est introductum de nouo; & hoc etiam tenet Matth. de Affli. in d. c. 1. per illum text. in 11. notab. nu. 22. Sed nihilominus dicō primam opinionem esse veram & tenendam, quod filius tenetur alere patrem bannitum, quia licet bannitus sit, nihilominus pater est. d. §. si vero contigerit. & l. eas & l. legatum, ff. de cap. di min. & l. si adulterium cum incestu. in §. libe. to. ff. de adul te. Hanc opinionem tenet Angel. in d. Authen. incest. nup. nu. 1. Nellus in tracta. bannitorum, in prima par. 2. temp. nu. 3. §. Quam opinionem probat text. in l. si in metallum ff. de his quæ pro non scrip. haben. vbi probatur, quod licet alius sit incapax, ita quod de iure nihil possit habere, tamen legatum alimentorum, & sic alimenta habere potest, ita per illum text. tenet. Ioann. de Imo. in l. si victu nu. 3. ff. de re iudica. Ias. in l. 1. nu. 1. C. de hæred. institut. & in l. ex hoc iure. nu. 49. ff. de iustitia & iur. Alcia. in l. nihil aliud. col. si. ff. de verbo. signifi. Pro hac opinione etiam facit: nam filius tenetur alere patrem excommunicatum, etiam si iuste excommunicatus sit c. inter alia. de senten. excommunic. facit glo. 6. in c. Pastoralis. in §. verum, & ibi docto. præcipue Philippus Decius. Imo etiam hæreticum patrem filius alere tenetur. cap. non satis. & ibi expreſſe Archidiaconus. 86. distinctio. facit etiam text. in l. qui cū uno. in §. fin. ff. de re militari. vbi per illum text. ibi Raynerius de Forliujo, allegando S. Thomam tenet, quod frater existens in religione potest illam exire pro alendo. fratre: ergo à fortiori dicendum est posse exire pro alendo patre.

Et non obstat text. in l. minime, ff. de religio. & sumpt. fune.

fune. quia ille text. loquitur in patre contra patriam veniente: quo casu procedit alia opinio secundum Angel. in d. S. si vero, facit etiam tex. in l. veluti. ff. de iusti: & iure, vbi probatur, nos primum patris nasci, & potius patris quam parentibus tenemur obedire, ergo si pater alias deliquerit, licet patria eum hostem iudicauerit, si non uenerit contra patriam, non licet filio eum interficere. Ita Fortu. Garzia in d.l. veluti. nu. 17. & 18. ff. de iustitia & iure. Gome. in S. rursus, nu. 22. Institut. de actio. & ita debent concordari, opiniones adductæ in 8. ampliatione huius regulæ. Nec obstat text. in d. cap. 1. de pace tenen. quia ibi ponitur ius speciale. & sic ad consequentiam trahi non debet. l. ius singulare. ff. de legibus.

Ex quo apparet veram non esse opinionem Ioan. Crot. in l. si costante. col. 22. ff. sol. matri. vbi dicit, quod licet alias vxor marito absenti teneatur mittere alimenta, non tamen tenetur si sit bannitus, allegat tex. in l. amissione, in S. qui deficiunt, ff. de capit. diminutio.

Quem sequitur Marcus Mantua, in d.l. veluti. in 1. col. cum contrarium, vt supra dixi, teneat expresse Bartol. in d. 1. si costante. Et sic ex supradictis omnibus cōcludunt. quod licet aliquis sit bannitus, nihilominus alii. enta petere potest ab his, qui de iure. maxime naturali, eum alimentare tenentur, & ultra supradicta, hanc opinionem tenet Ioan. Jacobus de Leonardis, in consi. 114. nu. 417. inter consilia Alberti Bruni Pala. Ru. in l. 4. Tauri. nu. 14. Hodie autem de iure nostro regio quis dicatur bannitus. & qua poena debeat puniri, vide l. 1. ti. 17. li. 4. fori. & l. 4. ti. 13. li. 8. ordi. & in l. 48. styli. quod tñ intellige seruata forma. l. 77. Tauri.

## Regula L X I X.

**B A S T A R D I** non dicuntur nobiles, nec nobilitas patris in eos descendit. Hanc regulam ponit Bartol. in l. 1. nu. 50. C. de dignita. lib. 12. Bald. in l. cum legitimæ. ff. de statu homi. vbi dicit, quod bastardi nobilium, etiam ex persona matrum non sunt nobiles. idem tenet idem Bald. in c. innotuit nume. 15. de electio. & in l. cum antiquioribus. nume. 8. in 8. quæstio. C. de iure deliber. Antonius de Buz. & ibi. Præpo. in 3. notab. in e. per venerabilem. qui filii sunt

D. Petri Duen.

sunt legitimi. Eandem opinionem tenet Bartol. in l. pronuntatio. in s. familiis ff. de verb. signi, & in l. tutelas ff. de capitibus diminu. Floria. in l. qui testamentum. nu. 11. ff. de probationib. Franc. Aret. in c. super eo. el ij. nu. 11. de testib. & iibi Felin. nu. 5. idem Felin. in c. in praesentia. nu. 23. de proba. Guido Papa decis. 580. Carol. Ruinus in consil. 77. nu. 7. vol. 3. text. & ibi gloss. in c. vnicor. & ibi gloss. in verbo, liberi. in fine, de baptism. Circa quam regulam vide notabiliter Gulielm. Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo, Raynutius de clera. nu. 30. cum seq. Idem disponitur de iure nostro regio in l. 3. tit. 15. parte 4.

Hanc regulam ponit Andreas Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 15. nu. 10. vbi notabiliter tractat materiam: & ibi in nu. 17. usque ad nu. 31. ampliat eam dupliciter, & limitat etiam dupliciter. In quo est notandum, quod in 1. ampliatione quam ibi ponit, dicit supra dictam regulam procedere etiam si filius sit legitimatus, quia nihilominus non dicuntur nobiles, quod de iure nostro regio hodie est correctum, imo si filius fuerit legitimatus gaudet nobilitate parentum ita probatur in l. 9. in fin. titu. 15. parte 4. & in l. 14. Tauri, in fi. Quod tamen intelligo verum in filiis spurijs vel adulterinis, quia filii naturales tantum, etiam sine legitimatione, hodie gaudent nobilitate parentum. ita probatur in l. 1. titu. 11. parte 7. & in l. 7. in fine, titu. 22. li. 4. fori. Est tamen notandum, quod supra dicta prima ampliatio Tiraquelli, quæ, ut supra dixi, est correcta p. tex. in l. 9. in fi. titu. 15. par. 4. & per text. in d. l. 12. Tauri, approbat hodie & procedit non obstantibus supra dictis legibus, per prag. 9. anni. 1554. in qua dispositum fuit, quod quan- docunque aliquis filius natuſ fuerit ex damnato coitu, tam ex parte patris, quam ex parte matris, etiam si sint legitimi, non gaudeant nobilitate parentum, sed tenetur con- tribuere sicut si legitimati non essent.

Regula L X X .

B E N E F I C I V M ecclesiasticum pacifice per triennia possidens, non potest molestari in possessorio neque in pe- titorio. Tex. est, qui hoc probat. in Clem. 1. de sequestr. pos- ses. & fruct. & ibi gl. in verbo, triennio, & in regula Cacel- la.

1a.de triennali possessore. Circa quam regulam ultra Go-  
me.ibi,vide Boer,in decis.24.Ioan.Igne,in repet.1.neces-  
sarius,in §.non alias.nu.286.cum seq.ff.ad senatusc. Syll.

Quam regulam amplia 23.modis,& limita 20.modis,  
vt per Pet.Rebuff.in tractatu de pacificis possessa.nu.30.  
vsque ad finem.

## Regula lxxi.

BENEFICIA plura quis non potest habere ; & per  
ademptionem secundi vacat primum. Hanc regulam pro-  
bat tex.in clem.gratiæ.de rescrip.in c. de multa. de præb.  
& in c.1.& 2.21.q.1.& in c. sanctorum, 70, dist,& in c. quia  
in tantum.& in c.ad hæc & in c. præterea. de præb.& in c.  
vnio.in §.sed & hoc 10.q.3. Probatur de iure regio in l.3.  
tit.16.par.1. Circa quam regulam vide Ioan. de Lignano  
in tract.de pluralitate benefi.nu.1.Curiel.in tract.de plu-  
ralitate beneficiorum,per totum. notabiliter Bern.de Lu-  
co in tract.sua crimi.c.42.Lamberti.in tracta iuris patr.in  
1.par.2.lib.in 7.q.prin.ar.15.August.Berous in q.80.nu.1.  
cum alijs.Aluarus Pelagius in lib.suo de planctu ecclesiæ,  
art.9.in fi.Pau.Paris.in c.cum ecclesiastiq.nu.5.de except.  
cum seq.& notab.Io.Nicol.Gimoneus in tract.de plurali-  
tate benefic.à nu.1.visque ad nu.22.

Amplia primo,non solum vacare beneficium,sed etiam  
ipso iure vacat per additionē secūdi. Ita probat tex.in ex-  
trauag.Ioā.22.qvę incipit,execrabilis.in §.quia vero & ibi  
gl.in verbo,ipso iure,i Extrauag,cōmūnibus.i ti. de præb.

Amplia secundo.procedere etiam in dignitatibus supro-  
mis,vt in episcopatibus c.cū in cunctis §. cum vero de elec-  
tio.& c.sicut.de excessio. prælat,& per totum de trāsactio-  
ne episcopi.Ita tenet Ioan.Nicol.Gimon.in d.tract. nu.2.  
& notab.Läberti.in tracta.iur.patrona in 1.par.2.lib.in 6.  
q.prin.arti 15.nu.5.cum alijs.

Amplia tertio ,vt procedat hæc regula in Cardinali-  
bus.Ita tenet Abb.in c.ecclesia,el ij.nu.3.de elect.sequitur  
Felin.in c.ad aures.nu.11.de rescrip.& in c.quod super his,  
de fide instrumen ,quam opinione per plura tenet Go-  
me,in procēmio regularum Cancella.q.4.versi.ex quo in-  
fertur.& in regula de impetrando bēneficia vacantia per-

## obitum Cardinalis.q.12.

Amplia quarto , procedere etiam in alijs inferioribus dignitatibus, vt in diaconatu & archidiaconatu , & simili bus:vt in e.sicut de excess.præla.& in d.e.de multa. de præben.& in d.extraua.Ioan.22.in §.quibus. & in Clem. quia regulares.de supplen.negli. præla. & ita tenent doct. in c. cum singul.de præb.Dom.in c.gratia quam. de rescrip.lib. 6.Ioam de Im.in d.Cle.gratia.nu.12.de rescript. Abbas in repet.c.extirpandz. §.quia vero.nu.30. de præben . Lapus in alleg.116.nu.2.Feder.de Senis,consi.120.& 135.& 155. Bernar.de Luco in d.e.41.pag.73. Ioan. Coras.in tractatu de sacerdotibus in 1.par.c.10.nu.5.

Amplia quinto, procedere in beneficijs simplicibus,vni formibus sub vno , eodemque tecto:nam & in his est prohi bita pluralitas.c.literas.de concessio.præben. & Cle. fi.de præben.vt si quis velit habere duos canonicatus . vel duas præbendas in vna ecclesia,non potest per dicta iura:et iā si vna illarum sit connexa dignitati: per text.cum gloss.in d. Cle.fi.Neque episcopus in hoc casu potest dispensare , secundum eandem gloss. communiter approbatam , iunctis quæ ponit Abb.in c.literas.de concessio.præben.nu.2.& 3, & in c.cum iam dudum.nu.9. de præben.etiam si de hoc sit consuetudo:vt tenet Cardina.in consi.53.incipien.casus talis est.in prin.& nu.4.& in clem.vt hic in §.illi vero.nu.18. de ærat.& qualita.& ibi Ioan. de Imo.nu.33.Quod tamen intelligo verum in duabus canonicatibus , vel dignitatibus quæ in vna ecclesia quis non potest habere , noo valet consuetudo:sed hodie de consuetudine, potest quis habere in vna ecclesia duo beneficia simplicia, scilicet,dignitatem & canonicatum:quæ quidem consuetudo valet.tex. & ibi gl.in c.i.in verbo,nisi vnicum. de consuetu. li.6. & in c. super eo.in gl.fi.de præb.li.6.facit text.in c.eam te. de rescri. & ita tenet Paul.Paris.in 4.vol.consi.4.nu.15.notabili ter Lamber.in tracta.iuris patro.in 1.par.2.lib. artic.15. 7.q.prin.nu.5.In quo tamen est notandum,quod licet tex. in d.Extrauag.execrabilis dicat,quod quando quis obtinet plura beneficia ex ipso iure priuatus ab ambobus,hoc debet intelligi in beneficijs curatis :sed quando quis habet benefi-

beneficium simplex, & obtinet aliud beneficium simplex,  
tantummodo est priuatus secundo beneficio, & potest ha-  
bere primum: & sic in beneficijs simplicibus prædictæ Ex-  
trauagans non habet locum. Ita notabiliter determinat  
Cassiodor. vbi dicit, quod ita in curia Romana seruatur, in  
decis. i. in tit. de constitut. nu. 2.

6 Amplia sexto, habere locum etiam in beneficijs simpli-  
cibus, si tamen requirunt continuam residentiam de iure,  
vel de consuetudine, vel ex aliquo alio iure speciali: nam  
tunc est prohibita pluralitas beneficiorū pp possibilitatē  
residendi. Secundū Inno. in c. cū iā dudum, & in c. cū super  
ordinata. de præb. ita Domi. in c. gratia quā nu. 8. de rescri-  
ptis. li. 6. Imol. in d. Cle. gratiæ. nu. 12. Abb. in d. §. quia ve-  
ro. nu. 34. Ioan. Corasi. in trac. sacerd. in 1. par. c. 5. nu. 2.

Hanc regulam sic ampliatam limita 6. modis, ut per gl.  
in Summa. 2. 1. q. 1. quā sequitur Abb. in d. §. quia vero. nu.  
27. quas limitationes refert Ioan. Lignia. in tract. de plura  
litate benefi. nu. 2. Specul. in tit. de legato. in §. dicendum.  
nu. 7. easdem limitationes ponit 1. 4. titu. 6. par. 1.

Vltra quas limitationes fallit primo, quando unum be-  
neficium non sufficit habenti, quia tunc licet ei habere plus  
ra beneficia. Arg. tex. in c. postulasti. & in c. cum adeo. de re  
scrip. & in c. si cui. de præben. li. 6. & in hoc attendenda est  
qualitas personæ: nam nobiles literati, & virtute magna  
prædicti pluribus essent, quam alij inferioris conditionis;  
vt in d. c. de multa. & in d. c. sanctorum. 70. distinc. vel quia  
forte habent parentes, aut consanguineos suis expensis ali-  
mentandos: quia isti pluribus egent quam alij. Caieta. in  
2. 2. q. 10. art. 4. pro qua videtur tex. in c. studeat. 50. distinc.  
gl. in c. cum adeo. in verbo, sufficiente. de rescri. dicēs, q; be-  
neficiū dī sufficiens, quādo sufficit sibi & suis .i. oībus quos  
quis secū habere debet necessario, fm Abb. ibi: vel quibus  
iure naturę prouidere tenetur: vel quando requiritur ad  
suā decētiā vel honorē tot h̄e, arg. text. & ibi notatorū in  
d. c. de mult. & ita notab. tenet Ludo. Gom. ſ tra. de gratijs  
expec. nu. 107. Chassa. ī Catalo. glorię mudi, cōſideratione  
39. And. Tiraq. in trac. de nobilitate. c. 20. nu. 10. cum alijs.  
Ioan. de Selua in trac. de benefi. in 1. par. q. 5. nu. 213. cum  
alijs

- alij Ioan. Nicola. Gimon. notab. in supradicto Enchiridio  
sacerdotiorū, in d. t. i. 3. de pluralitate benefi. nu. 46. cū alijs.  
 2 Secundo fallit, quando ex dispensatione quis habet: nā  
tunc potest habere plura beneficia. Tenet gl. in c. quia tan-  
tum de præben. per tex. in c. dudum. el ij. de electio. & ibi  
glo. in verbo tetinere, & in d. c. de multa. iti fi. ita etiam te-  
net Lamberti. vbi notabi. hoc declarat, in d. i. par. 2. lib. at  
t. 15. q. 7. prin. Albertus Trotius. in tract. de vero & perfe-  
cto clero, in 2. par. c. 45. requisito. 6. Villadiego. in tract.  
de lega. q. 14. nu. 117.  
 3 Tertio limita, quando non reperiuntur alij idonei in  
tota diœcesi quia tunc potest quis habere beneficia illius  
diœcesis quæ alijs erant conferēda. Ita tenet Hostien. quæ  
sequuntur ibi Docto. in c. graue de præben.  
 4 Quarto fallit, quando unum beneficium est curatum in  
habitu & potentia, & aliud est curatum in actu: quia tunc  
ex quo non sunt ambo in actu curata, potest quis retinere  
duo beneficia donec alterum reducatur ad actum: Ita te-  
net Abb. vbi allegat alios doc. in c. de multa. nume. 24. de  
præb. Pro qua opinione est gl. in c. licet Canon. in verbo.  
parochialis. de electio. lib. 6. volens, quod dispositio lo-  
quens in ecclesia curata, non habeat locum in illa quæ alii  
quando habuit parrochianos, nunc autem desinit habere.  
idem vult glof. in verbo, collegiatas. in c. statutum de elec-  
tio. lib. 6. pro qua opin. est tex. in c. pastoralis. 7. q. 1. licet  
Inno. in d. c. de multa. quem sequitur ibi Cardin. in princ.  
nu. 2. versi. 3. quæro. contrarium teneat.  
 5 Quinto limita, non habere locum in beneficio simul  
cum præstimonio, vel pensione non concessa in titulum,  
quæ potest simul retineri; Secundum Imol. in d. Clem. gra-  
tia de rescript. nu. 20. Curiel in tract. de plurali. benefic.  
in fi. in s. conclusione arg. tex. in c. postulasti. de rescrip. Et  
circa hanc regulam ultra supradictum casum, alios in qui-  
bus beneficium in iure nostro vacare dicitur. ultra Ioan.  
Corasi. in allega. tract. sacerdotiorum. in 3. par. c. 6. & Ioan.  
Franc. de Pauinis in tract. de offic. & potesta. c. sede vacan.  
in 7. præludio. 33. casus per Petr. Rebuff. in glo. ad concor-  
da. in Rubrica de Regia ad prælaturas nominatione  
facienda.

Regula LXXII.

BENEFICIA sunt instituta, & ordinata à iure positivo,  
& non à iure diuino. Probatur in c. 1. iuncta gl. in 13. q. 1.  
vbi Dionysius Papa fuit inuentor, & diuisor ecclesiarum  
parochialium. facit tex. in c. pastoralis, de his quæ sunt a  
præla. & probatur in c. 2. de præben. lib. 6. & in c. 1. vt lite  
penden. vbi dicitur, quod Papa habet plenariam potestatē  
in beneficijs, per tex. in c. proposuit de concessio. præben.  
secus esset si essent ordinata de iure diuino: quia tunc non  
haberet ordinariam potestatem, cap. sunt quidam, 25. q. 1.  
Hanc opinionem tenet Abb. in c. cum olim, per illum tex.  
de constitu. in repeti. c. extirpandæ, in §. quia vero, de pre-  
bend. nu. 2. & in c. constitutus, nu. 13. de religio. domi. & in  
disput. incip. episcopus, col. 2. per tex. in c. 1. 22. dist. vbi Pa-  
pa instituit archiepiscopos, & alios in dignitate constitu-  
tos, facit etiam text. in c. in illis, 80. distinct. Hanc opinio-  
nem tenet Iōan. de Selua, in trac. de beneficio. in 1. par. q.  
4. nu. 22. Petrus Rebuff. in gl. ad concordata, in Rubr. de cō-  
stitutio. pag. 34. col. 2. in gl. in uerbo, parochias, & ita com-  
municiter teneri dicit Christo. Iacobatius, in suo lib. 4. de  
concilio. artic. 4. pag. 229. col. 2.

I Amplia primo, habere locum in beneficijs regularibus:  
quia beneficia regulatia habuerunt ortum & originem à  
iure positivo. Per tex. in c. cū de beneficio. de preben. lib. 6.  
facit etiam tex. in c. cum ad monasterium, de stat. mona-  
cho. versi. nec alicui & in Clem. ne in agro §. ceterum, eo.  
tit. tex. in c. inter quatuor, de reli. domi. inductis, vt per Sel-  
uam in d. 4. par. nu. 28. qui tenet hanc opin.

I Fallit in dignitate Episcopali, quæ dicitur instituta &  
ordinata de iure diuino: quia Episcopi successerunt in lo-  
cum Apostolorum: vt in c. in nouo, vers. iphs quoque 21. di-  
stin. & in Clem si quis suadente, §. nec super vers. Episcopi  
enim dicuntur sanctissimi Christi legati, de pœn. & episco-  
patus ante Christi adventum erat ordinatus: vt in psalmo  
118. fiant eius dies pauci, & episcopatum, &c. Et hæc opin.  
per plura tenet Barb. in tract. de præstan. Cardin. in 1. par.

D. Petri Duen.

- q. i. nu. 8. Selua in tract. de beneficio in d. 4. par. nu. 29. facit gl. in proœ. Sexti, in verb. episcopus, vbi dicit, quod in ecclœsia Dei nullus est maior ordo. quam sequitur Chassa. in Cata. Glorij mundi, in 4. par. considerat. 25.
- 2 Secundo limita, non habere locum in Archiepiscopatibus, & alijs superioribus dignitatibus quæ sunt institutæ de iure diuino, non autem de iure positivo, c. i. 80. distinct. & c. i. 99. dist. Facit, quia Archiepiscopatus est maior dignitas quam Episcopatus, c. placuit, 29. distinct. & sic dicitur Archiepiscopus, ab archos, quod est princeps, quasi princeps Apostolorum, ut concludit Iacuba. in suo lib. de concilio: artic. 22. pag. 31. col. 2. facit tex. in e. clerico, 22. distinct.
- 3 Tertio limita, non habere locum in Cardinalatu quia est de iure diuino, non autem positivo, c. per venerabilem, §. rationibus, qui filij sunt legit. & ita concludit Barb. vbi supra in prin. & in nu. 35. & notab. Iacobatius in suo lib. de concilio, lib. 1. arti. 12. pag. 33. cum seq. vbi in pag. 39. enumerat priuilegia Cardinalium.
- 4 Quarto limita, non habere locum in papatu, quia est de iure diuino, non autem de iure positivo. Patet, quia cū Redemptor noster à nobis sua corporali præsentia descendere decreuisset, suum vicarium, & ecclœsiam pastorem beatum Petrum summum Pontificem, & post eum quemcumque successorem dimisit, vt gregis periculis occurrere possit: quia Christus ante mortem suam dixit Petro, Tu es Petrus & super hanc Petram ædificabo ecclœsiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum: & quodcunque ligaueris, &c. vt habetur Matthæi 16. c. & in c. in nouo, 21. dist. & in e. quodcunq; 24. q. 1. & in c. solitæ, de maior. & obedien. & ipse est qui tenet vices Christi. c. ad apostolicæ, de re iu. cap. pro humani. de homic. libr. 6. & sic non puri hominis, sed ueri Dei uices in terris gerit, c. licet, & ibi Doct. de trâ. episco. & c. felicio, l. distin. glo. in e. ita Dominus, 19. distin. Circa quam limitationem vide notab. Iacobatium in lib. suo 7. de concilio, ar. 5. pag. 463. Ferdinand. Loaz. in tracta. de matrimonio Regis Angliae, in 2. dubio, in primo fundamento pro parte affirmatiua: nu. 9. Chassanæ, in Catalog. Glorij mundi: in 4. par. consideration.

## Regula LXXXII.

BENEFICIVM concessum principali, trahitur ad augmē tum: ut in decimis ecclesiæ cōcessis, & in alijs multis. Hęc regula probatur in c. quia circa de priuileg. vbi priuilegiū concessum ecclesiæ super decimis Episcopatibus retinendis, extenditur ad prædia post concessionem priuilegij quæsita, & superaddita.

Hanc regulam, vbi tractat eius materiam, ponit Albertus Brunus in tract. de augmento, in conclus. 9. nu. 1. cum alijs, & in nu. 8. cum seq. limitat eam tripliciter, & in conclusione 13. possunt colligi aliæ limitatio. ad hanc regulam, & alia circa eius materiam.

## Regula LXXXIII.

BON A possidens in alieno territorio, & non sub eadē iurisdictione sub qua conuenit, non relevatur à satisfactiōne. Hanc regulam ponit gl. in l. multis, in verbo, at iura torum cautione in f. C. de princip. egen. in reb. lib. 12. Quā gl. sequitur Bal. in l. sciendum, nu. 2. in f. ff. qui satisfactiō. cogan. & ibi Ias. in nume. 2. in 8. fallen. idem Ias. in d. l. sciendum, in §. 1. nume. 1. & in l. filius familias, nume. 7. eod. tit. pro qua opinione est text. in d. l. sciendum, in §. possessor. el j. iuncta gl. ibi. vbi text. dicit, qui in agro, vel ciuitate rem soli possidet, & ibi gl. dicit, in agro scilicet in villa. Hanc regulam vbi notabiliter eam declarat, ponit Roderi. Xuarez in l. 2. titu. [de los emplazamientos.] lib. 2. fori. fol. 176. colum. 3. versic. vltterius queritur, nume. 1. vbi in nume. 6. cum seq. limitat eam quinque modis.

## Regula LXXXV.

BONVS quilibet præsumitur. Hanc regulam probat tex. in c. dudum, de præsumpt. gl. in c. 1. in uerbo existimare, de scruti. & in l. cum pater, in §. rogo, ff. de legat. 2. & hęc est præsumptio naturæ: quia naturaliter quilibet est bonus, secundum gl. in l. f. C. quod met. cau. ita tenet Iaco. de Belloni. per illum tex. in l. omni modo, C. de inoffic. testam. Ang. in l. sciendum. in f. ff. de verbo, oblig. Hippol. in l. 1. nu. 67. C. de fica. Hanc regulam ponit Socin. cum, vni- ca ampliatione in regu. 39. & Bernard. de Luco. in

regu. 64. cum 4. limita. referens ad se Feli. in d.c. dudum, à  
nume. 11. vsque ad nu. 16.

- 1 Limita primo hanc regulam vltra cum, quando agitur  
de aliquo promouendo, quia tunc integritas non presumitur,  
sed debet adhiberi aliqualis informatio. Ita tenet  
Card. in clem. 1. in 2. notab. de concessio. præben. quem se-  
quitur Feli. in c. cum in iure nume. 3. de offic. delegat. circa  
quam limitationem vide And. Alciat. in tract. de præsum-  
ptio: in 3. regu. præsup. 2.
- 2 Secundo limita, non habere locum quo ad facultates.  
Secundum glo. communiter approbatam, in l. si vero, in §.  
qui pro rei qualitate, in verbo, dubitetur ff. qui satisda.  
cog. & ibi Ias. nume. 15.
- 3 Tertio fallit, quando contra eū esset aliqua infamia vel  
præsumptio: quia tunc oportet illam purgare. Ut per to-  
tum, 2. q. 5. & per totū, de purga. canon. Facit ad hoc quod  
notatur in l. qui iurasse, in §. quid tamen ff. de iureiurand.  
quod notat Bernard. de Lugo in regu. 140.
- 4 Quarto limita, nam licet sit verum quod quis præsuma-  
tur bonus, non tamen præsumitur optimus: & propterea si  
statutum requirat ad probationem alicuius negotij testes  
optimos seu optimæ opinionis, debet illa qualitas articu-  
lari & probari. Secundum Ang. in l. 2. in §. diem, ff. quem-  
admo. testa. aperian. quam opinionem sequitur Hippol. in  
singu. 187. & hanc dicit veram & communem Alciat. in d.  
præsumpt. 2. nume. 9.

*Regula* LXXXVII.

BONA præsentia & futura, in generali obligatione, &  
hypotheca bonorum continentur. Hanc regulam probat  
tex. in l. fi. C. quæ res pigno. obliga. possunt.

Amplia hanc regulam 7. modis, & limita 9. modis: ut  
per Anto. de Fano. in tracta. de pignori. in 2. par. princ. in  
2. membro: à nu. 1. vsque ad nu. fi.

Regulæ vtriusq; iuris selectæ. 54  
I N C I P I T L I T E R A C.

REGVLA LXXVII.



ANONICAM institutionem in beneficia libus vnuſquisque probare tenetur. Hanc regulam probat gl. in c. ex insinuatione, in glo. fi. de procurato. Ratio est, quia beneficium non est tenendum sine canonica institutione: vt in c. vni. vt eccles. benefi. & in regula beneficium. de regu. iur. lib. 6. Et licet quis non teneatur docere titulum suæ possessionis, l. co gi. C. de petitione hæredita, tamen in beneficialibus hoc locum non habet, c. ordinarij, de offic. ord. lib. 6. per quem tex. ita tenet Abb. in c. licet heli. de Simo. nu. 22. quem sequitur Iacobi. de S. Georg. in l. quidā quasi, nu. 6. ff. de probatio. & quia sola possessio in beneficialibus non sufficit; nisi adsit canonica institutio. c. ex frequentibus, de institu. & debet habere literas suæ institutionis: vt in c. legum, 2. q. 1. Et circa istam regulam vide Gome. in regula de triennali possesso, q. 42. Lamberti. in tracta. iuris patro. in 3. par. 2. lib. arti. 2. q. 3.

Hanc regulam limita quinq; modis, vt per Ioan. de Selua in tracta. de beneficio: in 3. par. q. 25. per totum.

Regula LXXVIII.

CANONICVS regularis non potest esse delegatus Pa pæ. Hanc regulam ponit Archidiaco. & Ioan. And. in c. statutum, de rescript. lib. 6. & ibi Domi. in 1. q. Ratio est, quia talis canonicus de iure antiquo prohibetur esse iudex, c. de præsentium. & ibi gl. 16. q. 1. Facit ratio c. 1. de syndico; & c. 2. de postula: quam opinionem dicit esse communem Gome. in d. c. statutum, nu. 32. licet Abb. in c. causam que cl j. de iudi. teneat cōtrarium, cuni quo ipse Gome. ibi tenet.

Hanc regulam amplia uno modo: vt per Gome. in d. c. statutum, nu. 32. & limita 6. modis, vt per eundem ibi, à nūtice, 48. vsque ad nume. 57.

Regula LXXIX.

CANONES abrogati obseruandi non sunt, Hanc regulam

D.PetriDuen.

- gulam ponit glo.in c.1.in verbo, statuta. de constitu.& ibi  
glo. allegat iura hanc regulam probantia.
- 1 Amplia primo, ut etiā procedat in statuto correcto. Tenet Bal. in 1. constitu. C. in §. quibus, nu. 2. Bart. in l. omnes populi, nu. 68. ff. de iusti. & iur. quos sequitur Gome. in §. in personam, nu. 17. insti. de actioni.
- 2 Amplia secundo, q tales leges vel canones correcti nō debent iferri in corpore iuris. Ita tenet Christoph. Porc. per illū tex. in §. sed neq; nu. 1. insti. de testa. Quod tamen intellige, & declara vt per Marc. Anto. Baueri. ibi nu. 5.
- 3 Tertio amplia, etiam si quis iurauerit servare illud statutum: quia si postea abrogetur non tenebitur illud obseruare. Tenet. Bal. in prælud. feud. nu. 15. cum statutum correctum non sit amplius statutum.
- 4 Quarto amplia, vt non solum non debeat obseruari talis lex correcta, sed nec etiam reformationes circa eas factæ obseruari debent, vt tenet Barba. in d.c. 1. de constitu. per tex. in l. vni. in prin. C. de latina liber. tollen.
- 5 Quinto amplia, etiā si canon, vel lex nō esset correcta: sed si non esset recepta à subditis. Ita tenet Aret. in cōs. 54 quem sequitur Anto. Baueria, in rub. insti. de testa, nu. 11.
- 6 Amplia sexto, vt non solum procedat in canone, vel in l. correcta: sed etiā in canone, vel in lege antiqua per desuetudinem antiquata: Ita per plura fundamenta concludit Io. Igne. in Repē. l. necessarius, in §. nō alias, nu. 122 ff. ad Syl. Et intra quantum tempus præscribatur contra legem per contrarium vsum, vide Docto. in c. i. de treuga & pace, cum alijs allegatis per Bald. in tracta. præscriptio. in §. par. 5. partis princip. quæst. 10. Anto. Baueriam in d. rubr. de testamen. nu. 11. Et quando lex tollatur per non vsum, vide ultra loca ordinaria Matth. de Afflīt. in tract. de iure protomiseos c. 1. §. scriptum, in 1. notab. ad finem.
- 7 Amplia septimo, vt non solum non debeat obseruari; verum etiā quod allegari nō debeat, nec ex eis argendum sit l. fi. & ibi Bart. ff. de fur. Archi. in c. frequens, de resti. spolia. in 6. glo. in c. nouit, in verbo quicunque, de iudi. & ibi docto. Quam ampliationem limita 7. modis, vt per Soci. in regu. 230. Alias 7. limitationes ponit Mar. Anto. Baueria

Baueria in allegata ru. inst. de testa. nu. 8. Alias ponit Felic. in c. 1. de constit. & in c. fraternitatis, de hęre. nu. 2. vbi ponit 4. limit. ad hanc ampliationem. Ias. etiam in §. in persona. nam nu. 18. Instit. de act. & ibi Gomez. nu. 17.

8 Amplia octauo, vt procedat in tantum quod illa qui vti tur constitutione abrogata vel lege incidat in pœnā falsi. Probat text. in l. fi. iuncta gl. 1. ibi, & ibi Bar. ff. de falsi.

Quam octauam ampliationem limita primo, quando ex tali allegatione legis nemini fieret præiudicium. Ita de clarat Gome. in d. §. in personam, nu. 17. Instit. de act. facit tex. in l. damnus, C. de falsi. qui probat, quod falsum nemini nocens non est punibile. Circa quam l. vide eundem Gome. in §. ex maleficijs nu. 18. instit. de actio.

Secundo fallit supra dicta ampliatio, vt non procedat quando talis allegatio fieret sine dolo, quia ex ea quis nō punitur criminis falsi. tenet Gome. in d. §. ex maleficijs, nu. 19. facit tex. in l. neque exemplum C. de fal. vbi probatur, quod falsum quod committitur sine dolo non est punibile & ita tenet Bar. in l. quid sit falsum, ff. de fal. Io. de Imo. in consi. 31. nu. 2. & in consi. 104. nu. 1.

¶ Porro supradictam principalem regulam limita primo, quandocunq; lex vel Canon. correctus, esset correctus in parte, & non in totū: quia in parte non correcta seruari debet. Ita concludit Deci. in c. 1. in 1. lect. nu. 37. de constitu.

### Regula lxxx.

CANONICI ecclesiarum Cathedralium ad Synodum Episcopi non tenentur uenire: quia Canonicatus dicitur simplex beneficium, & Canonicus dicitur simpliciter beneficiatus, ut no. Panor. in c. nouum genus, nu. 8. de decim. Hanc regulam ponit Henr. Bothæus, in tract. de Synodo episcopi, in 2. par. nu. 22. Pro qua regula facit, quod no. gl. ibi Card. in 3. nota. nu. 2. & Abb. notab. 1. Fel. nu. 1. in cap. quod super his, de maio. & obed.

Amplia primo, non solum procedere in Canonicis ecclesiarum cathedralium; verum etiam in canonicis ecclesiarum collegialiis, cum non solū isti canonici ecclesiarū collegialium dicātur habere simplicia beneficia, sed et dicātur clerici secundi gradus. Secundū Domi. de S. Gemin. &

Car.

## D. Petri Duen.

**C**ar. Alex. in c. epis. 17. dist. nu. 3. cum valeat argumentum de maiori ad minus negatiue, ut in gl. in verbo, fortius in c. cum in sanctis, & ibi doct. de elect. & in Auth. multo magis, C. de sac. san. eccl. Facit, quia canonici ecclesiarū collegialium non vocantur ad concilium prouinciale, ut nota. Car. in c. fi. in 1. nota. de his quæ fiunt à præla. Canonici vero ecclesiarum cathedralium vocantur, ut ibi.

Hanc regulam limita 7. modis, ut per Henr. Bothæu in d. trac. de Synodo Episcopi, i. 2. par. à nu. 23. usq; ad nu. 30.

### Regula LXXXI.

**C**ARDINALES ex consuetudine habent priuilegium, ut possint liberare damnatum ad mortem, dum ducitur ad supplicium.

Hanc regu. ponit Bal. in l. addictos, in fi. C. de appell. quæ sequuntur ibi Pau. & Sali. eandem opinionem Bald. sequitur Cæpo. in caut. 1. in prin. Chassa. in consue. Burgun. in tit. [Des iustices]. rub. 1. §. 5. nu. 10 1. col. 3. fo. 53. Catellia. Gotta in memorali. iuris, in verbo, Cardin. Corsettus in sing. incip. Car. Hippol. in sing. 272. Ludo. Gom. in §. pena-les nu. 50. Insti. de act. Ias. in l. 1. nu. 2. C. ne liceat potētio. Fel. in c. quærenti, nu. 6. de offi. deleg.

Hanc regulam limitat. 6. modis And. Barb. in tracta. de præstant. Cardi. in 1. par. quæst. 9. nu. 1. cum alijs,

### Regula LXXXII.

**C**A V S A cessante cessat effectus, c. cum cessante, de appell. c. magne in princ. de voto, l. generaliter, C. de epis. & cleri. l. adigere §. quamuis, ff. de iure patro. Circa quam regu. vide Alc. in l. 1. ff. de verb. signifi. fol. 7. in fi. Deci. in cōs. 24. nu. 1. Ias. in l. quod dictum nu. 2. ff. de pact. & notab. in l. 1. nu. 6. ff. de officio eius.

Hanc regulam ponit cum quinq; limitationib. Deci. in d. cap. cum cessante nu. 1. eandemmet regulam ponit. And. Tiraquel. in tract. de cau. cess. vbi in 1. par. tract. notab. materia: & in 2. par. à prin. usq; ad finē limitat eam 40. modis.

### Regula LXXXIII.

**C**AVS AB à sede Apostolica debet cōmiti personis existentibus in dignitate. Hanc regulam probat text. in c. statutum, in princ. de rescrip. liqr. 6. & iqi glo. & in Cle. 2. de

de rescrip. & ita tenet Abb. in c. suspicionis, nu. 9. de offic. deleg. Alex. in consi. 77. nume. 5. volu. 2. & in rub. ff. de offi. eius, nu. 3. & ibi Ias. nu. 5. Sebast. Vantius, in tract. de nullita. senten. in rubr. 10. de nullita, ex defect. iurisd. delega. pag. 177. nu. 66. cum sequen.

Hanc regulam ponit Ludo. Gome. in d. c. statutū, nu. 60. in s. vbi vsque ad num. 78. eam ampliat nouem modis. Et à nu. 78. vsque ad nu. 85. limitat eam 4. modis, postea ponit alias 99. in proposito, vsque ad nu. 89.

## Regula LXXXI. I. I. I.

**C A V S A;** quæ terminatur per testimonium unius, est nulla, quanvis testimonium sit legitimum. Hanc regu. ponit tex. in c. licet uniuersis, & in c. licet ex quadam, de testib. & tex. in l. iuslurandi, C. eo, titu. De iure regio, l. 32. titu. 16. par. 3. Circa hanc regu. vide glo. in c. tanta in verbo, filius 86. distin. Abb. & doct. in c. proposuisti num. 1. de prob. Anto. & Cano. in c. veniens el j. de testib. Ias. in l. 1. §. si absens nu. 9. ff. si ex noxa. causa aga. Hyppo. in sing. 112. Ludo. Gome. in §. in personam nu. 23. & 24. insti. de act. Bar. de Chafsa. in consue. Burgun. in titu. [Des iustices] Reg. 1. §. 6. fol. 69. colum. 1. nu. 1. cum alijs.

Hanc regu. vbi eam dupliciter limitat, ponit Soc. in Regu. 423. Et circa primam limitationē per eum ibi positam vide Bern. de Loco. qui cum ea dicit eſt com. op. & sublit. imitat uno modo in regu. 747.

Hanc regu. limitat sex modis, vt per Ioan. de Pla. in l. semel num. 3. C. de re milit. lib. 12. Viginti duas fallentias ad hanc regulam ponit Bonifa. de Vitali. in tract. malefic. in titu. de probatiō. & quod sunt genera probat. nu. 18. Et triginta fallentias ad hanc regulam ponit Specu. in tit. de test. §. restat, num. 7. vsque ad nume. 12. & in princi. vsque ad nu. 7. ponit. viginti casus in quibus requiruntur plures quam duo testes. Alios quam plures casus, in quibus vni testi creditur, vide per Iaso. in repeti. l. admonendi, nume. 187. cum alijs, ff. de iure iurant.

## Regula LXXXV.

**C A V S A E.** de partibus, in quibus extitit appellatum ad Papam nō dicuntur ad curiam deuolutę, nec in ea necessario

satio tractandæ, sed in partibus remittendæ sunt. Hæc reg. probatur in c. interposita, & in c. cordi. §. post. hæc, de appella. Hanc eandem regulam per tex. ibi, ponit Francus in c. sèpe nume. 25. de appell'. & in c. Nicolao, nu. 5, eo. titu. præposi. in d. c. sèpe nu. 1. & 15. & Rota in deci. 1. in nu. 2. titu. de elect. in nou. secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in deci. 38.

1. Limita primo, vt non procedat in causis maioribus, de quibus in c. quod translationem de offic. delega. & in causis beneficialibus ac spiritualibus, quæ de sui natura in Romanâ curia tractâdæ sunt, in quibus siue appelletur in partibus, siue à principio causæ huiusmodi inchoentur, in curiam dicuntur in bene deuolutæ, & ad partes non sunt vlojo modo remittendæ. Probatur in c. quanuis, & in c. 1. & in c. cupientes, de elect. lib. 6. & in elem. causam eo. tit. & in c. vt debitus, de appella. in fi. glo. in cap. 1. in verb. deuoluta de supplen. negli. prælat. lib. 6. Hanc limita. ponunt Rota, in decis. 1. nu. 2. Franc. in d. c. sèpe, nu. 25. & ibi Præp. nu. 16.

2. Limita secundo, in causis clericorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum: quia tales per viam appellationis ad Papam cum negocio principali & accessorio defacili, & quasi naturaliter deuoluuntur. vt est tex. in c. dilectis filijs, circa fi. ibi, ex parte Decani, cui etiam officia duxerat deferendum &c. de appellatio, & non loquitur in causa beneficiali.

3. Tertio limita non procedere, quando appellatum fuit à grauamine, & causa commissa in curia constituit, legitimate appellatum, quia tunc cognitio totius principalis negotij censemur deuoluta, & in curia est tractanda, c. vt debitus, de appella. Imo etiam quod pronuntiaretur male appellatum, nihilominus causa huiusmodi quo ad principale negotium in curia remanet: quia propter appositionem manus Papæ, & ex antiquo stylo ipsius curie causa semel in ea commissa non exiit, nec ulterius ad partes remittitur: vt inquit Rota in decis. 3. & in decis. 43. in tit. de appellatio, in nouis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decis. 11. & in decis. 321, & in d. decis. 1. in titu. de elec. Bal. in L. si vt proponis nu. 16. C. quo mo

mo. & quando indi. Feli. in c. quoniam Abbas, nu. fi. in fine, de offic. delega. Abb. in c. Nicolao, nu. 6. de appella. Deti. in consi. 689. n. m. e. 13. Et propterea licet appellatio deseretur, nihilominus negotium semel deuolutum non tollitur, nec reuocatur per desertionem, ita Rota in decisi. 17. in titu. de appellatio. in nou. secundum nouam impressio. nem: & secundum antiquam in decisi. 114. Aegidius Bellam. in decisi. 520. quanvis ad effectum, vt auditor appellatione deserta in negotio principali cognoscere possit, foret necessaria specialis commissio, secundum Domin. de Rot. in d. decisi. 17. & in decisi. secunda, & in decisi. 61. in titu. de appella. in antiquis secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisi. quinta, & decisi. 604. Gome. in regula de trienn. possess. questio. 54. Quod intellige nisi ex aliqua rationabili causa ipsi Papæ aliter visum fuerit, scilicet si causa modici momenti fuerit, seu pauperum vel miserabilium personarum, quæ expensas quæ sunt in curia pati non possent: nam is natura monetur ad miserendum, vt inquit Ioan. And. in c. significantibus, de officio delega. facit text. in c. 1. in fi. de postul. quæ in proposito notabiliter adducit Ioan. Staphzlaus in tractat. de gratijs expectati. in c. de rescrip. in forma breviis, incip. post commissione, nu. 55.

4 - Quarto limita, si litigatores fuerint in Romana curia presentes, quia tunc altero ex ipsis litem mouente, dubitandum non est quin causa sit in Romana curia tractanda, quia Roma est communis patria, vt in l. Ronia s. ad municipa. Ita tenet Rota in decisi. 19. & in decisi. 21. in decisi. de Bisignie. sub ti. de appell. facit gl. in c. 1. de appell. in 6.

5 - Quinto limita, in causis in Romana curia ex speciali mandato Papæ commissis, cù isto casu de deuolutione minus sit dubitandum, & nunquid causa sit in curia tractanda post quam de speciali mandato Papæ constat, quia hujusmodi specialis commissio satis deuoluit. Ut est decisi. Domin. de Rota 6. in titu. de dolo & contuma. in nouis secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisi. 2. in fi. titu. de præculta,

6. Sexto limita, si sententia definitiva fuerit ad Papam appellatum cum isto casu, si iudex non defert, deferant iura i. quoniam iudices, C. de appella. l. si cuius, C. de appella. recipien. & in Auth. de iudici. in §. nostros, colla. 6. nam ob eius reuerentiam deferenda erat, c. venies de iure. etiam si. interponeretur à laicis Papae temporaliter nō subiectis, vt in c. si duobus, de appella. in si. imo iudex nō deferens punitiri deberet, vt in c. de priore, cod. tit. Ita tenet Do. de Rota in decis. 50. in titu. de appella. in nouis, secundum nouam impressionem. & secundum antiquam in decis. 366. & in decis. 61. in titu. de appella. in antiquis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decis. 605. Cassiodorus, in decisio. 8. in titu. de appella.

7. Septimo fallit, si appellatio in grauamine vel alias quod modocunq; ad Papam interposita fuisset à iudice acceptata, quia tunc per delationem, seu acceptationem huiusmodi omnis cognitio transfruaditur in papam; & iudici taliter deferendi non est ulterius remittenda, d. c. cum applicationibus, de appella. in 6. licet Specu. in d. titu. de appella. in §. qualiter nu. 25. semper hoc variauerit. Istam opinionem tenet Rota in decisio. 49. cod. titu. in antiquis, secundum nouam impressionem: & secundum antiquam in decisio. 538. idem de Rota in decisio. 16. & 21. in titu. de appellat. de Bisigne. Et sufficit, quod unus ex pluribus iudicibus deferat ad effectum illum devoluendi, vt tenet Rota in decis. 9. in titu. de appellatio. in illis de Bisigneto. & in decis. 55. in ti. de appellat. in antiquis secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisio. 569.

## Regula LXXXVI.

Cavito prolatà à lege intelligitur de nuda. Hanc regulam probat tex. & ibi doct. per eum, præcipue Ias. in princip. in l. sancimus, C. de verb. sign. Pau. & Alex. & idem Ias. in l. diuortio, in §. interdum; nu. 8. solut. matrimo. Hierony. Cagnol. in l. plus cautionis, nume. 7. ff. de regu. iur. Ant. Corser. in sing. incipien. cautio.

1. Amplia primo hanc regulam, vt habeat locum etiam si à testatore proferatur, d. l. sancimus, & ibi doct.
2. Amplia secundo, etiam inter contrahentes habere locū, Secun-

- 1 Secundū Salī. in d.l.sancimus, notatur in l. i. G. de procūt.  
2 Limita primo, vbi persona esset suspecta, vt in l. diuus, &  
in l. cum idem ff. de petitio. hæredi. & in l. fideiussor, & in l.  
sciendum, ff. qui satisfia. cogan. Ita tenet Guliel. Mayne. in  
d.l. plus cautionis, nume. i.
- 2 Secundo fallit, quando lex dicit quod idonee caue-  
tur, vel sufficienter: nam talia verba important quod cum  
fideiussore, vel pignore caueatur, vt in l. si mandato Titij  
§. si ff. manda. & in l. 4. §. si sub conditione, in versicul.  
adijci, ff. de fideicommiss. liberta. & in l. si debitori, ff. de  
iudi. Ita notabiliter tenet Iason in d.l.sancimus, nume. 3.  
vbi sublimitat hanc limitationem 6. modis: quem refert  
Bernard. de Luco in regu. 73.
- 3 Tertio limita, quando lex hoc onus iniungēs esset præ-  
toria: quia tunc intelligitur cum fideiussoribus vel pigno-  
ribus l. i. §. iubet ff. de colla. bonorum, & l. prætoriae, & ibi  
Bart. ff. de præto. stipulat. & ita tenet Paul. de Castr. in d. §.  
interdum. Salic. in d.l.sancimus.
- 4 Quarto fallit, in quadrimestri quod datur condemnā-  
tis miserationis causa, nam intelligitur datis pignoribus,  
vel fideiussoribus, quia talis dilatio non debet esse nocua  
creditori, quia debeat esse cautus & securus quod aduenie-  
te tempore sibi satisfiat. Ita notabiliter tenet Ang. de Pé-  
ru. in l. debitori, nu. 2. ff. de iudi. vbi dicit ita se vidisse pra-  
cticari. Eandem opinionem, licet de eo mentionem non fa-  
ciat, tenet ibi Iacobi de S. Georg. num. 8. istam opinionem  
tenet idem Ang. in l. in omnibus, nu. 2. eo. tit. de iudi. quem  
sequitur Guliel. Mayneri. in d.l. plus cautionis, nu. 2.
- 5 Quinto fallit, in principe dante rescriptum, vt in l. vniver-  
sa, C. de præcib. impera. offeren. Nam si princeps dat  
alicui priuilegium, ne possit molestari intra annum à suis  
creditoribus, debet intelligi, dummodo ille cui est con-  
cessum satisfiat de soluendo post terminum tenet Bald. in  
d. §. interdum, Paul. de Castr. in d.l. in omnibus, Abb. in  
c. quod ad consultationem, nume. 22. de re. iudi. Hanc opi-  
nenet Iacob. de S. Georg. vbi dicit se ita in quæstione facti  
practicari fecisse in d. l. debitori, nume. 17. Quod tamen  
intelligo verum, quandocunque talis satisfactio petitur à

parte, alias ipse non tenetur. iste est glo. notabi. quam ibi sequitur Pau. de Castr. vbi dicit ita secundum eam practicas in civitate Paduæ, in d. l. vniuersa. Eandem glo. sequitur ibi Ias. & Aene. Fal. in addi. ab Abb. in d. c. quod ad consultationem, nume. 22.

## Regula h. i xxxvii.

**C**ESSIO debiti potest à patre in filio scolaftico fieri. Hanc regu. ponit Angel. in l. 1. nn. 22. in fi. ff. de solut. matr. & ibi Bald. n. 8. in s. col. & Raph. Cuma. nu. 14. Ludo. Roma. in l. donationis: in s. pater, nu. 4. ff. de dona. & in l. si donatione, nu. 8. C. de colla. Ioannes de Grassis in tracta. de cessione iu. & actio. §. 3. nume. 3. Iacobi. de Sancto Geor. gio in repeti. l. frater à fratre, nume. 33. ff. de condi. indebi. & in l. 1. nu. 62. C. ne liceat potentio. Socii in regu. 103. Fallen. 2. Joan. Crot. in repeti. d. l. frater à fratre. colum. 24 fallen. 9. Eandem opinionem dicit esse communem Ias. in l. 1. nume. 52. ff. solu. matrimo. & Petrus Rebu. in tracta. de priuileg. schola. in priuil. 60. nume. 2. & in priuil. 61. di. cit quod in tantum valeat, quod à patre retroari non po. test. Eandem opinio. approbatur hodie de iure nostro Re. gio in pragma. 25. in pragmatis antiquis, in vol. pragmati. carum, fo. 18. col. 1. Licet contrariam opinionem teneat Joan. de Imo. in d. l. 1. nu. 15. ff. sol. matr. & ibi Alex. nu. 55 Bart. in l. 1. in s. neque castrense nu. 3. ff. de coll. bono. Bar. Bal. & Salic. in l. filiæ cuius C. famil. erit sicut. Aret. in con. si. 17. nu. 6. Ias. in l. filiæ licet. in prine. C. de colla. eandem opinionem tenet Guliel. Ponta. in l. 1. nu. 88. & ibi Franci. de Rip. nu. 140. vbi dicit istam esse magis communem op. nionem post Alex. in l. in quartam, nu. 22. ff. ad leg. falcid.

Amplia primo procedere, siue pater fuerit naturalis, & legitimus, siue naturalis tatum: quia filius & pater sunt nomina naturalia, vt in l. tutelas, ff. de capi. diminu. in l. parentes, ff. de in ius vocan. Bart. in l. pronuntiatio. in s. familiæ ff. de verbo. significa. nam sicut naturalis filius ad. mittitur ad accusandum & vindicandum mortem patris na. turalis occisi, vt tenet Bart. per illum tex. in l. certis, nu. 3. & in l. hos accusari s. omnibus, nu. 8. ff. de accus. Bal. in c. de cætero, nu. 2. de testib. ita cæsio naturali filio fieri potest, facit

facit tex. in l. Lucilis §. si. ff. de leg. 2. & ita tenet Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus, num. 16. ff. ad Trebel. Qnod tamen intelligo verum, dum tamen prædicta cessio non excedat quintam partem bonorum patris, si habet alios filios legitimos ut l. 9. & 10. Tauri.

**2.** Amplia secundo, procedere in filijs spurijs, ideo sacerdos pater poterit filijs suis cedere, quia naturali vocabulo sunt pater & filius, & in vocabulis naturalibus non debet attendi rigor iuris civilis, nam hos etiam ius canonicum recipit, & alere disponit, postquam in lucem emisi sunt, vt in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quā pollu. per adulte. Et de iure Regio est hodie dispositū in l. 8. tit. 13. par. 3. & in d.l. 9. & 10. Tauri. & quia filiorum appellatione veniunt à nobis progeniti etiam sine nuptijs, vt in l. 1. in §. i. in naturale, ff. de iusti. & in. & in §. 1. insti. de iu. natur. licet de iure ciuili aliter sit dispositum, vt in Auchen. ex complexu C. de incest. & inuti. nupti. & in Authē. licet C. de natura. lib. qui tam de iure canonico quam Regio. rigor. earum non seruatur. Et quia fauor studij hoc adiuuat, qui potest etiam esse in naturali & spnrio, & publice vtile est, vt ipsi studeant, ne vitia parentum sectentur, vt in c. vnde cunque, & in c. nasci 57. distin. Quod tamē etiam intelligo, vt dixi supra in prima ampliatione.

**3.** Tertio amplia, non solum in patre & filio in potestate, sed etiam in emancipato, quia vterque filius pater est, & naturalia iura immutari non possunt, §. sed naturalia: insti. de iure naturali. Et donatio facta filio studenti, valet, siue sit in potestate, siue emācipatur: vt tenet Ang. & Ias in d.l. 1. ff. soluto matrimo. ergo cum donatō valeat, cessio etiam in facta valebit.

**4.** Quarto amplia, habere locum in Auio: nam patris appellatione, Auus continetur l. iuxta ff. de verb. signifi. maxime in fluorabilibus, vt hic, secundum Bart. in l. libero- rum nume. 21. ff. de verbo. signi. & hoc est fauorable respe- ctu nepotum, ergo valebit.

**5.** Quinto amplia, idem habere locum in Auia, tum idem sit iudicium: & Aui nomine Auia continetur, l. 1. ff. de verbo. significa. Ita tenet Bal. in l. Nescennius, col. 1. ff. de negri.

- 82
- gesl. Bar. in l. 2. in §. videndum. ff. ad Tertul. Alex. in consi.  
198. nu. 4. vol. 7. Deci. notabiliter in consi. 656. per totum.
- 6 Sexto amplia procedere etiam in matre , vt in filio stu-  
denti cedere possit : cum sit eadem ratio in matre , quæ in  
patre , & dispositio loquens in matre , eadem in patre pro-  
cedit: vt in l. 1. C. de rescin. vendit. & in l. si pater. C. de cu-  
rato. furio . Et sicut fratri nomine venit soror l. tres fra-  
tres. ff. de pact. sic & patris nomine mater , de quo vide Bal.  
post glo. ibi, in verbo, minus. in l. quisquis. nu. 2. C. ad legē  
Juliam maiesta. Ang. in §. interdum. nu. 16. Institu. de hæ-  
red. quæ ab intesta. defer. Alber. Bru. in tractatu Statu. in  
§. artic. princ. q. 13. nu. 17. Ias. in l. si quis id quod. nume. 1. ff.  
de iuris. omni. iudi.
- 7 Septimo amplia procedere regulam hanc econtrario,  
scilicet , quod filius possit cedere filio scholastico debitū .  
Ratio est, quia bonum est argumentum à correlatiis: vt in  
l. si. C. de indist. vid. tollend. quod est statutum in uno cor-  
relatiiorum, etiam in alio locum habet: vt in l. r. & 2. ff. de  
cupres. lib. 11.
- 8 Octavo amplia habere, locum in Monacho : nam Abb.  
& Conuentus possunt cedere debitum religioso si est scho-  
laris illius Conuentus vel monasterij , & tunc pater dicitur  
cedere filio: nam monachus in iure nostro æquiparatur fi-  
lio familias. Ita tenet Bartol. in l. 1. ff. de vulga. & pupilla.  
Et licet Innocen. in c. cum olim. nu. 4. de priuile. dicat qui  
parari seruo: dico debere intelligi, q. debeat æquiparari fi-  
lio, vel seruo, prout favorabilius fuerit monasterio. Ita no-  
tabiliter tenet Bal. in l. 1. nu. 42. C. qui admit. quem sequi-  
tur Iason in l. 1. nu. 42. ff. de vulgari & pupil. in l. cum fund-  
sus. §. 1. nu. 17. ff. si cert. peta. Romanus in l. is qui hære. in  
§. neque filius. nu. 11. ff. de acqui. hæredi. facit quod notat  
Cardinalis Parisius in c. in præsentia , nume. 206. in fin.  
de probatio .
- 9 Primo limita, non procedere in patre spirituali , quem  
patrinum vulgus vocat , is enim non cedit filio studenti  
quem de sacro fonte leuauit: quia verbum hoc , pater , in-  
telligitur de naturali, non autem de spirituali, vt in l. pa-  
tre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. Doc. 1 Rub.  
de

de cogn. spiritua. facit q; not. Galiel. Behed. in repet. c. Rai  
nutius. in verbo, & vxorcm nomine Adelaxam. nume. 761.

**2** Secundo limitat, in patre adoptiuo. filij enim adoptiuo  
non sunt sui, nec inter suos computantur. §. cum autem. &  
§. at 2. & seq. Institu. de hæred. quæ ab intest. defer. & l. ado-  
ptuum: vbi Doct. ff. de in ius vocan. & iura loquentia in pa-  
tribus & filijs, non extenduntur ad adoptiuos.

**3** Tertio fallit in vitrico, id est in marito matris: nec in no-  
uerca: tū quia nec vñus est pater, nec altera mater, de qui-  
bus loquitur hæc regula: nec patris nomine venit vitricus:  
per tex. in l. 1. in fi. ff. depos. vbi sub generali parentum no-  
mine non comprehenduntur.

**4** Quarto fallit, in patre sciētq; scilicet preceptore: quia  
non potest cedere suo discipulo, licet pater & filius inui-  
cem vocentur: vt in l. 1. C. de excu. artif. li. 10. quia hæc reg.  
intelligitur in patre naturali, tunc quia est quasi dominus  
bonorum paternorum. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. fi. C.  
de impub. & alijs substit. Marc. Anto. Bauer. in §. pater. nu.  
3. & 13. Institu. de testamen.

**5** Quinto limita, in patre non habere locum qui vult fi-  
lio suo priuilegiari, non tamen studenti: cum hæc regula  
loquatur in scholastico: ergo secus est in alio: arg. tex. in l.  
cum prætor. ff. de iudi.

## Regula LXXXIIT.

**C**ESSIO regulariter in potentiem facta est nulla.  
Vt in rubri. ff. de aliena. iudic. mut. causa fact. & per totum.  
**C**ne liceat potentio. & cedens actionem punitur pena co-  
tentia ibi, scilicet pena arbitratia, & iactura canse: vt in  
dict. iuribus. Et vide circa hanc regulam Mar. de Man. in  
lib. 10. obser. obseruatione 98. & Socin. in regu. 48. Lud.  
Gozad. in consi. 3. nu. 24. & de iure Regio in l. 13. cum seq.  
titu. 7. part. 3.

**x** Amplia primo, habere locum hanc regulam, tam in A-  
ctore, quam in Reo. Ita tenet Alber. & alij in l. 1. C. ne li-  
ce. potent. Dec. in c. 1. nu. 25. de offic. deleg. Ias. in d. l. 1. nu.  
1. reprobata gl. in l. penul. in fi. ff. de aliena. iudi. & in rubr.  
C. de his qui poten. nomi. & pro opinione Doct. contra gl.  
est gl. in l. non solum, in verbo, in eos. ff. de aliena. iudic.

- 2 Amplia secundo , procedere post sententiam durante appellatione vel executione,cū ibi cessio generaliter prohibetur:& quia integer debet esse status appellationis:vt in l. i. ff. nil noua.appel. penden. Ita tenet Alberic. in l. r. nu. 4. C. ne liceat potenti.licet contrarium teneat Ludo. Gomez in gloss.ad regulas Cancellariz, in regulz de subrog.colli.q. 1. in versicu. & ista quæ dicta sunt,vbi allegat dictum Abbatem post Spec. in c. 2. nume. 4. de aliena.iudic. quæ opinio Abbatis magis facit pro opinione Alberici, quam ipsius .
- 3 Amplia tertio procedere, tam ante litem contestaram , quam post:vt in l.ex hoc dicto.in §.ait prætor.& ibi glo. ff. de alien.iud.mnt. causa. Ita concludit Pau. Paris. vbi hoc notabiliter declarat ē e.aduersario.nu.5.& 6.de exceptio.
- 4 Amplia quarto , procedere quandocunque cessio facta est in clericum:nam tunc dicitur facta in potentiores . vt est gloss. in c.6.de aliena. iud.in glos.1. quam sequitur ibi collecta.nu.1.Sed illa gl.communiter reprobatur secundū Docto.ibi,principue Abb.nu.2.Ludo. Gomez. in d. regulz de subrogan.collitigati.q. 1.in versieū dicitur etiam. eandem gloss. dicit communiter reprobari Iacobin. de sancto Georgio in d.l. i. nu. 13. Quæ gloss potest saluari secundum Abba.& Iacobi.& Gomez.ibi, vt procedat in episcopis , vel in clericis habētibus iurisdictionem super laicos : nam tunc dicitur potentior, quod ante eos tenuit Inn.ibi, nu.5.& vide Xuarez in alleg.19.in princ.
- 5 Amplia quinto,procedere in minore:nam quis non potest facere cessionē minori de re immobili . Ratio est, quia non potest minor alienare rem immobilem sine iudicis decreto:vt in toto titul.C.de præd.mino.vt est gloss.in l.po-test. ff.de autho.tnt.& ibi Bart. Istam ampliationem ponit Iacobin.de S.Georgio per supradictam rationem in d.l. i. C.ne liceat potentio.nu.18. Facit vltra eum : nam minori in iure nostro competunt multa priuilegia,& ideo dicitur potentior. Quām ampliationem etiam in vidua habere locum,in vidua tanquam priuilegiata , concludit Aegid. de Bellamer in d.c.2.de alienatione iudic.nu.19.
- 6 Amplia sexto,quandocunque cessio est facta in personæ tutoris

- tutoris contra personā pupilli, nā tunc hæc talis cesso facta in tutorē dicitur in potentiorē facta: quia iste tutor potest se ostendere minacē vel terribilē pupillo. Ut notabiliter concludit Inn. in d.c. ex parte. nu. 5. de aliena. iudic. mūtā. cā fact. Pro qua opinione est tex. expressus ī Auth minoris debitor. C. q. dare tuto. vel curat. pos. & in Auth. vt h̄ q. oblig. se habe. perhi. r̄s min. in § si q. colla. 6. quā ophio nē tenet notab. Maria. Soc. inn. ī cōs. 148. nu. 13. & 14. vol. 1.
1. Limita primo, non habere locum quando quis solueret quod debet. l. nā & si obligatus soluero qđ à me petere vel les, huic edicto locus nō erit. ff. de alie. iud. mut. causa fact.
  2. Secundo fallit, quando quis rehauisset rem alienatam l. ex hoc edicto, in fi. cum l. seq. ff. de aliena. iudicij.
  3. Tertio limita, quando quis instituendo vel legādo rem alienauerit. l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alien. iudic. Ratio est, quia alienatio est necessaria, & non prohibetur. & l. fi. tit. 7. par. 3.
  4. Quarto fallit, quando res aliena periret sine culpa. l. nō solum ff. de aliena. iudicij.
  5. Quinto limita, quando quis rem suam possit recuperare: tunc enim permittitur in potentiorē cedere. Ita tenet Barba. in Rubri. de rescript. col. 19. & 20. versi. idem dicendum erit, quia tunc licet rem alienam furari & equiuallenti, quando rem meam aliter habere non possum propter opulentiam vel potentiam aduersarij detinētis eandem rem: vt est glo. in c. ius gentium. 1. distin. Ita tenet Inn. in c. olim. cl. j. nu. 8. de restitu. spolia. facit text. in c. Dominus noster. 2. 3. q. 2. ita notabiliter tenet Alex. in con. 135. nu. 1. vol. 1: Felin. in c. quoniarii. nu. 131 de Simo. & in c. 2. nu. 36. de sponsal. in fi. Chassanæ. in consuetud. Burgund. in tit. [des justices.] Rubri. 1. §. 5. fol. 48. colum. 2. nu. 32. Hippoly. de Marsil. in sing. 177. Mattheus de Affie. in constitu. Neapolit. lib. 1. Rubri. 8. nume. 36. Et in tantum hoc est verum, & procedit, vt etiam ille, qui huiusmodi rem furatus est, sit tutus in foro conscientiæ. Archidiacono. in c. non sane. nume. 4. 14. q. 5. quam opinionem ante eū tenuit Inn. vbi supra. & in c. quia plerique de immunit. eccl. quem sequuntur omnes supradicti Dot. Floriz. e. l. itaquin

D. Petri Duen.

1. Itaque, nu. 6. ff. ad l. Aquil. Hippol. in cōsi. 53. nu. 19. Abb. in c. 1. nu. 10. de dolo & contum. Ias. in l. 1. nu. 7. C. de testamen. Pala. Rui. in repeti. Rub. de donat. §. 65. nu. 5.
6. Sexto fallit, quando quis rem quæ à me petere volebat pro derelicto habuit. nam factum eius non improbat prætor, l. item §. potest, in f. ff. de aliena iudicij.
7. Septimo limita, qn cessio fuit inutilis: vt ind. non putauit. in §. non quæuis, ff. de bono. possel. contra tabul. & in l. continuus, in §. cum quis, ff. de verbo. oblig. tenet Bal. in l. quid ergo, in §. eum aut, in f. ff. de his qui nota. iufa. quem sequitur Ias. in l. cū dubitabatur nu. 140. C. de iure emphy.
8. Octavo limita, quando alienans paratus est se defendere ac si possideret, vt in l. quia etiam, in §. quid ergo, ff. de aliena iudic. & ita tenet Specul. in titu. de cessione, in §. 1. versi. cessat autem, nu. 17.
9. Nono fallit, quando talis cesso fieret bona fide, & non malitiosa ad opprimendum aduersarium, tunc enim bene valet, vt in l. qui stipendia, C. de procurato. tenet Specul. in titu. de cessione actionis, in §. 1. nume. 4. quem sequitur Jacob. de S. Georg. in l. 1. nume. 13. C. ne lice. poten. Abb. in c. ex parte, nume. 4. de aliena iudicij. vbi declarat quando dicatur cesso bona fide fieri.
10. Decimo & vltimo limita, & declara supradictam regulam, vt prædicta actio competat tantummodo contra alienantem: sed contra hæredē, vel bonorum possessorem non datur, l. non solum §. f. cum l. seq. ff. de aliena iudi. nec post annum datur l. vel post annum, ff. cod. titu.

Regula LXXXI X. . . . .  
CHARITATIVVM subsidium Episcopus non potest exigere à subditis pro expeditione Bullarum sive promotionis. Hanc regulam probat text. in c. vt præteritæ, de elec. secundum verum intellectum. nā tex. ibi dicit, q expensæ factæ pro negotio electionis, de bonis patriarchatus fiant totaliter. & verbum patriarchatus exponitur, id est, de bonis spectantibus ad camerā Patriarchæ futuri: secundum Goffre. ibi, & est vera expositiō secundum Card. nu. 2. quæst. 9. contra Hostien. Pro qua opinione facit tex. in c. cupientes, in §. ad hæc, & in §. f. iuncta glo. ibi in verbo, indicavit

dicauit, de elect. lib. 6. Hanc etiam regulam ponit Boeri. in decis. 134. nume. 6.

1. Fallit primo, quando fructus prælaturæ non sufficerent pro dictis expensis, & immineret necessitas pro eis solvendis: quia tunc posset episcopus petere charitatuum subsidium, iuxta tex. in c. cum Apostolus, de censi. & ita debet intelligi dictum Chassa. in consuet. Burgun. in tit. [des iustices.] rub. in §. 4. fol. 35. col. 4. nro. 36.
2. Secundo limita, quando esset consuetudo quod pro sumptibus seu expensis prædictis sit contributio, facienda per omnes subditos: vt tenet Hostien. Anton. de Butr. Ancha. Card. & Panor. in d. c. vt præteritæ Calde. in consi. 3. in tit. de censib. per text. in c. conquestus 9. q. 3. vbi dicit text. iuncta gl. in verbo, consuetudo, quod ratione consuetudinis potest aliquid peti. Facit tex. in c. fi. 18. q. 2. vbi text. dicit, q; monasteria debent exhibere episcopis consueta seruitia, & ibi glo. 2. dicit, quod consuetudo inducit annuas præstaciones: & sic omnes Docto. supradicti dicunt, quod si apparet de consuetudine, illa est seruanda, quem est optima legum interpres, c. cum dilectus, de consu. quam limit. sequitur Boeri. in d. decisio. 134. nume. 7. Remigius de Conny. in tracta. de charitati. sublido; q. 6. pag. 39. cum duabus sequen.

### Regula - xc.

**C H A R I T A** tium subsidium exigi non potest ultra taxam, nec ualeat consuetudo contraria, & hodie est taxatum charitatium subsidium per Extra. Vas electionis in tit. de censib. in Extrauag. commu. in §. præmissis quoque, de qua facit mentionem Boeri. in decis. 134. nu. 10. Remigius de Conny in tracta. de Charita. subfi. q. 16. Circa quam regulam vide Matthæ. de Afflict. in decis. Neapol. 136. Thoma. Gramm. in decis. 88.

Hanc regulam ponit Bartho. de Belencinis in tracta. de Charitati. sublido, q. 62. Facit pro ea glo. in d. §. præmissis, in verbo, uel consuetudine, vbi Papa uidetur reijcere & improbare tales consuetudinem facit tex. cum glo. in verbo consuetudinis, in c. dilecti. & ibi Hostien. & alij de maiori. & obedien.

D. Petri Duen.

¶ Fallit primo, nisi talis consuetudo esset antiqua, & tanta  
temporis cuius initij memoria non sit in contrariū: quia  
talis consuetudo inueterata habet vim priuilegij à principe concessi, capit. super quibusdam, §. præterea de verb. si-  
gnis. & l. ex hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidi. &  
æssi. & ita tenet Abb. in consl. 71. volu. 1. Et hanc limitatio-  
nem quod consuetudo inueterata habeat vim priuilegij,  
intelligo ueram in capaci. secus tamen in incapaci: ut declarat Hippo. in sing. 80. Pet. Rebuff. in tract. de deci. q. 13.  
nu. 68. Fel. in c. accedentes, nu. 6. in 2. limita. & in c. causam  
quæ, nu. 2. de præscrip. & ibi Abb. idem Abb. in c. quanto, no-  
tab. 1. de consueta. Hiero. Grat. in consl. 6. nu. 20. colum. 1.  
Fran. Balb. in rep. l. Celsius, in 3. par. nu. 10. ff. de usucap. Et  
supradicta consuetudo non solum habet vim priuilegij,  
sed habet vim legis, l. 1. §. si. ibi, vetustatem legis obtinere,  
& l. in summa, in prin. ibi, vbi, vetustas quæ semper pro le-  
ge habetur, ff. de aqua plu. arcend. Circa quam limitatio-  
est notandum, quod dicatur spatium tanti temporis cuins  
initij memoria non stat in contrarium. Cin. in l. 2. C. de ser-  
ui. & aqu. nu. 9. in 9. q. dicit, quod spatium tanti temporis  
cuius initij memoria non extat, dicitur spatium centum an-  
norum: quam opin. sequitur Cæpol. in tracta. Seruit. vrba.  
præd. c. 19. in prin. Rebuff. in tracta. de decimis, q. 13. nu. 94.  
Bertachi. in suo repert. in verbo, præscriptio. el. ij. colum.  
q. Chassa. in consuetu. Burgun. in tit. [des iusticæ.] Rub. 1.  
§. 2. nu. 8. fol. 68. nu. 1. licet contrarium teneat Fel. & forte  
male. per supradictas authoritates in c. ad audientiam, nu.  
27. de præscrip.

¶ Secundo limita, nisi esset consuetudo generalis, quod  
prælati exigenter, seu reciperent charitatiūm subsidium  
à subditis ultra taxam dictæ Extrauagantis. Quod intelli-  
go de consuetudine generali vniuersalit ecclesie, per tex.  
in c. contra morem, c. dist. quam Papa scit & tolerat. ut per  
Oldra. in consl. 254. nu. 8. & 26. ita etiam tenet Bartho. de  
Beleneti. in d. q. 62. Reimig. de Gonny in allegato tracta. de  
charita. subli. q. 16. in fi. & in q. 18. in fine.

Regula xcii

¶ CHARITATIVM subsidium non possunt petere  
infe-

inferiores Episcopis. Hanc regulam originaliter tenuit ex preesse Abb. antiquus in c. cum Apostolus. de censi. per tex. ibi, in §. prohibemus. in fi. ibi, archidiaconi, siue decani nullas exactiones, siue talias in presbyteros exercere presumant. reprobata glo. ibi, in verbo exactiones. Hanc opinionem tenet etiam Archidiaco. in c. iuxta sanctionem. 16. q. 1. nu. 1. Host. in d. §. prohibemus. Abb in d. c. cum. Apostolus. nu. 6. Belenci. in allegato tractat. de charitati. subli. q. 1. Hanc opinionem dicit esse communem. Nicol. Boer. in decisio. 133. nu. 2. & Chassa. in consuetu. Burgun. in tit. [des justices.] Rub. 1. § 4. fol. 25. col. 2. nu. 6. eandem op. tenet Io. Mauritius in repet. I. vnicæ. pag. 100. C. quo loco muni. lier. mune. subi. sole. lib. 10. Que opinio approbatur hodie de iure regio in l. 3. in fi. t. t. 23. par. 1.

1. Fallit primo, in casu ubi laicus domino suo subuenire tenetur. Secundum collectarium in c. conquerente. nu. 5, de offic. ordi. quem sequitur Remig. de Gonny in tract. de charitati. subsid. q. 28. pag. 91.
2. Secundo limita, nisi in hoc sit priuilegiatus, vel habeat consuetudo. Ita tenet Hostien. in d. c. cum Apostolus. & ibi Henricus Boer. hic. nu. 5. & Abb. nu. 6. Boetius in d. decis. 133. nu. 2. Ioann. Mauritius, ubi supra.
3. Tertio fallit, nisi isti essent superiores & capita alicuius ordinis, vt Priors generales totius ordinis. Tenet id Calder. in consl. 4. in titu. de censib. quem sequitur Chassa, ubi supra. nu. 28. Boer. in d. decis. 133. nu. 3. & sic si fecit magnas expensas in promotione pro communi utilitate religionis, poterit exigere charitatium subsidium a tota religione, si non potest soluere de bonis prelature.
4. Quarto fallit, in ecclesijs patronatis: nam debent subvenire dominis suis: & sic possunt petere charitatium subsidium. Ita tenet Innocent. in c. cum & plantare. de priuileg. nu. 2. Quod est verum interueniente episcopi consensu: quod etiam sequitur Anto. de Butrio ibi nu. 19. & ibi etiam Ancha. nu. 12.

Regula xci.

CITARI debet qui pretendit interesse, & sic pars que ex actu potest prejudicari ad validitatem processus & pro

& pro ordine substantiali: alias actus non valet. Hanc regulam probat text. in l. nam ita diuus, ff. de adoptio. in l. de vnoquoque, ff. de re indi. in l. fina. C. de legit. hæredi. in l. tres denuntiationes, C. quo. & quā. iudex. in l. si quando, C. de testibus in c. 2. & in c. dilecti. eod. titu. in c. dilecta. de senten. excommu. in c. Romana, in cap. constitutionum, de sentent. excommu. in Clem. s̄epe, de verbor. significa. in Clem. pastoralis, de re iudic. in c. porro de diuor. & ibi glo. in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ de constitu. & ibi gl. in c. 1. de causa posse. & proprie. in c. quoniam contra, de probation. in c. nos in quenquam, & in c. Deus omnipotens, 2. q. 1. & sic ille qui vult litigare contra aliquem, ante omnia debet citare suum aduersarium, alias processus non valet: quia citatio est inuenta de iure naturali, & est species defensionis: & nullo modo potest omitti, etiam per principē, ut est text. in clemen. Pastoralis in §. cæterum de re iudic. ita tenet Bal. in l. cum fratrem, in fin. C. de his quib. vt indig. Ale. in cons. 5. vol. 1. nu. 2. Ias. in l. 2. quam legit cū l. r. C. quando libel. princi. dat. & in l. rescriptum, in 2. nota. ff. de part. pro quo facit quod dixi in Regu. 43.

Circa hanc regulam vide Tho. Gramma. in decis. 45. Fran. Niconi. in repet. c. quoniam contra, in verbo, citationes, nu. 49. Paul. Paris. in consi. 1. nu. 32. vol. 1. & melius quā aliqui Sebastia. Vantium in tract. de nullitate sententiæ, in rub. 12. de nullitate ex defectu citationis: per totam.

Hanc regulam cum 11. limitationibus ponit Socin. in reg. 20. in posterioribus. Hanc etiam ponit Zasius cum una ampliatione & 9. limitationib. in l. de vnoquoque, nu. 10. cum alijs, ff. de re iudi. quem refert Bernar. de Luco cum illis limitationibus in regu. 77. Hanc regulam cum 12. ampliatio. & 60. limitatio. ponit Hippo. in d. l. de vnoquoque, nu. 8. vsque ad nu. 113. Hanc etiam regulam cum 7. limita. ponit Catel. Cotta. in Memora. iur. in verbo, citatio. Hanc etiam regulam cum 47. ampliatio. & 35. limitat. ponit Ma- ria. Soc. in tract. de citatione, arti. 7. per totum.

Quam regulam in sententijs etiam habere locum po-  
nit Bernar. de Luco in regula 673. per text. in d. cap. nos in  
quenquam, & in d. c. Deus omnipotens, & in d. c. i. de causa  
pos-

possess. & proprie. Quam limitat secundum eum ibi Ias. 19. modis, in l. nec quicquam, in §. vbi decretum. nu. 23. ff. de offi. procon. & legati, eandem regulam limitat alijs 19. modis Franci. Nicon. in repeti. cap. quoniam contra, in gl. in verbo citationes, hu. 54. vsque ad nu. 97. Eandemmet regulam limitat 115. modis Anto. Nice. in concord. gl. cōcord. 52. nu. 224. vsque ad nu. 371. & in repet. testium, vt in c. 2. de testib. Ponit regulam cum 6. limita. Roma. in singula. 394. Soci. cum 9. in regu. 407.

## Regula XCIII.

CITATIO regulariter in scriptis fieri nō debet: quia est in arbitrio iudicis citare viua voce, vel in scriptis, debet tamen in actis scribi vt ex eis appareat. Hanc regulam probat tex. in c. cum dilecti, in versic. spectantibus, in verbo viua voce, de dolo, & contuma.

- 1 Limita primo, non procedere in Iudice delegato, qui debet citare inserto tenore sue commissionis: qui tenor non potest apparere nisi in scriptis: vt in c. præterea. & ibi Abb. & Docto. de dilatio. Bar. in auth. qui semel C. quomo. & quād. iud. Alex. & Ias. in l. ex quacunque, ff. si quis in ius voca. non ierit.
- 2 Secundo fallit, quando Nuntius vellet citare realiter, faciendo capturam in bonis vēl in personam: quia debet ostendere commissionem in scriptis. Secundum Barto. in l. palatinos, C. de collat. fundo. fisca. lib. 11. nu. 1. & 2. Philip. Franc. in c. cum parati, nu. 30. de appella. De iure regio est tex. in l. 3. tit. 14. lib. 5. Ordina.
- 3 Tertio fallit, quādo citatur aliqua persona illustris, vel clarissima: quia debet citari in scriptis: alias citatio non vallet. Ita notab. tenet Bar. per tex. ibi, iuncta gl. in l. quoties, C. de dignit. lib. io. nu. 7. quem sequitur Ias. in §. quadrupli. nu. 24. Insti. de actio.
- 4 Quarto fallit, quando destinatur nuntius ad capienda bona Fisco delata: nam non creditur ei sine literis, l. prohibitum in fine, C. de iure Fisci. lib. 10. Similiter quando aliquis mittitur ad exigendas pecunias Fiscales, d. l. palatinos, tenent Doctores in d. c. cum parati.
- 5 Quinto fallit, quando citatio fit in domo, & non personali-

D. Petri Duen.

paliter:nam non valet ad effectum reddendi citatum con  
tumacem nisi fiat cum literis. Secundum Bal. & Ang. in l.  
vt perfectius, C.de ann. excep. col. 2. Alex. in addi. ad Bar.  
in d.l. palatinos, nu. 3.

6 Sexto limita, in nuntio electo specialiter, qui non est nū  
tius consuetus: nam sibi non creditur, nec valet eius citatio  
sine literis. Tenet Bald. in d.l. vt perfectius, num. 18. & Bar.  
per illum tex. in l. eum qui in §. si epistola ff. de furt. & l. iu-  
ste possidet, ff. de acqui. possess. & ibi Ale. nu. 30. idem Bart.  
in extraug. ad reprimendum in versi. per literas, facit tex.  
in c. prudentiam, in princ. ibi, per certum nuntium, de offi-  
deleg. tenet Fran. in d.c. cum parati. nu. 29.

7 Septimo fallit, quando citatio fieret extra prouinciam,  
quia non valet, nisi fiat in scriptis. Secundum Bart. in d. Ex-  
traug. ad reprimendum, in gl. in verbo, per nūtium, in me-  
dio, qui sint rebel. in Vtibus feud. per tex. in auth. de colla-  
tio. §. eos, colla. 9. quod etiam tenet Francus in d.c. cum pa-  
rati, nume. 31.

Regula xci i i i.

CITATIO partis requiritur in executione sententiaz.  
l. 1. ibi, si coepiris ex sententia conueniri, C. de iur. & facti  
igno. & l. meminerint, C. vnde vi. Pro hac regula allegatur  
tex, licet parum faciat, in l. defendant, ff. de auth. tuto. vbi  
iudex debet interrogare partem, an velit satisfacere. Hanc  
regulam ponit Bar. licet cum distinctione, in l. à diuo Pio.  
§. in venditione, nume. 2. ff. de re iudica. idem Bart. in d.l.  
meminerint, & in extraug. ad reprimendum, in verbo exe-  
cutionem, qui sint rebell. quem sequitur Alexan. in d. §. in  
venditione, nu. 35. & ibi Ias. nume. 9. & ibi Vinc. de Her-  
cula. nume. 32.

Prima ratio huius regulæ est, quia aliter pars ledi poter-  
it propter multas exceptiones quas opponere poterit, sci-  
licet, in competentiā iudicis qui sententiam protulit, iux-  
ta gl. si in Clem. vnica, de sequestr. possesi. & fract. & in l. si.  
C. si à non compe. iudi, & sic alias exceptiones quas scribit  
Petr. de terra. in pract. in forma execut. senten. glos. & Do-  
cto. in d.l. 1. C. de iur. & fact. ignoran. & Matth. de Afflict.  
in constitu. Neap. lib. 2. ru. 17. nu. 15.

- 1 Amplia primo, siue executio fiat in actione personali, si ue in reali, cum sit eadem ratio. Secundum Cin. in l. ab executione, C. quornm appell. non recip. quem sequitur Ioan. de Im. in d. §. in uendit. & ibi Alex. ubi dicit, quod hæc opinio est verior in iure: & ibi Ias. nu. 9. licet Bart. teneat contrarium in d. §. in uendit. & in alijs locis, supra allegatis, quæ opinio est communior secundum Ias. ibi. Sed opinio Cin. approbatur de iure regio in l. 2. tit. 14. lib. 5. Ordin.
- 2 Secundo amplia procedere, etiam si in illa in qua fuit condemnatus fieret executio, cum etiam pars in hoc ledi possit, forte propter hypothecam, uel aliud ius quod in illa re habet, & ideo ad hoc debet citari, ut in l. de unoquoque ff. de re iudi. & ita tenet Ioann. de Imo. in d. §. in uenditione. nu. 13. quem ultra Ias. ubi supra, & Alex. sequitur Vinc. de Hercu. nu. 35.
- 3 Amplia tertio, et iam si index qui eam protulit exequetur, cu exceptiones possint allegari in executione: quod fieri non posset si pars non citaretur. Secundum Ale. in d. §. in uenditione. Car in cle. sicut q. 2. de appell. Philip. Frā. in c. ex ratione, nu. 83. de appell. Dec. in cons. 97. nu. 2.
- 4 Amplia quarto, et iam si executio fieret contra eundem condemnatum: & sic in omni executione tutius est quod fiat citatio. Secundum Soci. in tract. de dilation. articu. 7: quæst. 19. Alex. & Iaso. in d. §. in uenditione.
- 5 Amplia quinto, etiam post desertionem appellationis: scilicet, si pars intra tempus non fuit prosecuta appellationem, & sic remansit deserta. Secundum Bar. in l. 1. in ff. nihil noua. appell. penden. quem sequitur. Deci. in d. cōf. 97. nu. 2. Matt. de Afflic. in constitu. Neap. lib. 2. rub. 17. nu. 20. Ale. in d. §. in uenditione, nu. 32.
- x Limita primo, nisi constaret notorie nullam absenti cōpetere defensionem. Ut est gl. in c. ad nostram, cl. iiiij. & ibi docto. de iure iuran. & in c. cum sit de appella. Facit tex. in l. si cum seruum, in §. si quis seruum, ibi, vt si præsens esset, & in §. iusta, ibi, non est necesse vocare, ff. de fidei comm. liberta. in l. recusare in princ. ff. ad Trebel. in cap. cum olim secundum unam lecturam glo. de re iudi. Inno. in cap. eva de cohabita. cleri. & muli, quem sequitur Matthæ. de

D. Petri Duénz. nro 29

Afflct. in constitu. Neapol. in d. rub. 17. nu. 2. i. Néco. Bello. in consil. 70. nu. 16. Pau. Parí. in consil. 1. nu. 33. volu. 1. Vin. de Hercu. in d. S. in véditione. nu. 36. & Ioan. de Aima Vaionensis in proclam. concordatarum, fol. 49. col. 1.

2. Limita secundo, quando præcessisset cognitio super executione, & non restaret nisi executio facta, tunc enim non est necessaria citatio e ynde tunc index potest committere ad petitionem partis nuntio ut exequatur, nulla facta partis citatione, & tunc executor poterit manu militari exequi sententiam per tex. in l. qui restituere. ff. de rei. vendi. Ita eleganter tenet Matth. de Afflct. in d. rub. 17. nu. 17. in d. S. in vend. nu. 2.

3. Tertio fallit, quando prius citato aduersario esset facta executio de parte, tunc si in alia parte fiat, non requiritur citatio secundum Dec. in c. ex ratione. nu. 72. de appell.

4. Limita quarto, non procedere de iure regiom:nam absq; citatione sententia mandatur executioni: vt in l. 5. tit. 8. li. 3. Ord. vbi ponitur tempus 10. dierum, intra quem terminum debet reus comparere coram iudice ad opponendam executionem, & hanc practicam communiter seruari tenet. Roderi Xarez in repetit. l. post rem iudicatam. in duodeci ma limitat. fo. 1. 48. cul. 3. nu. 1. & decem dies enumeratur à die factæ oppositionis, vt in l. 9. in legib. de Madrid. quæ l. transumptiue habetur in l. 64. in legib. Taur.

Regula xcv.

C I T A T I O quis non potest, vt personaliter compareat: quoniam liberum esse videtur citato comparere per se, vel per procuratorem: vt in c. querelam. de procu. & in l. 1. ff. eod. tit. & no. in c. 1. de iud. li. 6. & in l. fi. C. de procur. Circa quam reg. vide Ber. de Luco in prac. c. 113. Matt. de Afflct. in const. Neap. li. 1. rub. 96. nu. 14. & 50. Pau. Parí. vbi limitat. 3. modis, in consil. 120. nu. 1.

Hanc reg. amplia. 4. modis, & limitat 8. modis, vt per Maria. Socin. in tractat. de citatio. articu. 20. nu. 25. usque ad nume. 39.

Regula xcvi.

C I T A T I O ad hoc vt valeat, requiritur requisitio partis. Hanc regulam ponit Abb. in c. 1. nu. 4. de iudi. & in nume.

nume. 33. Ade. in l. si finita §. Julianus, ss. de dām. infect. facit tex. in l. ad peremptorium. ss. de iudi. & in c. licet. de accusati. & in l. fi. C. de bonis authorit. iudi. possiden. & in l. prope randum §. & si quidem in verb. requirente parte. C. de iudi. gloss. in l. sancimus. in verb. per contumaciam. C. ad Tre bellian. melior tex. de iure in c. prōposuisti. in verb. ad petitionem cuiusdam aduersarij. de foto competen. & ibi. Abb. Feli. in d.c. 1. nu. 1. de iudi. Deci. in 1. lect. nu. 25. & in 2. lect. nu. 14. & ibi Franc. Are. nu. 10. Sebastia. Vant. in tracta. de Nullitat. sententiarum, in rubr. 12. de nullitate ex defectu citationis. nu. 44. pag. 256.

Hanc regulam limitat quinque modis Franc. de Ripa in d.c. 1. nu. 20. de iudi.

## Regula xcvii.

C I T A T I O . ad hoc vt valēat, requiritur authoritas iudicis & commissio. Hanc regulam probat tex. in l. neminem. C. de exhib. reis & in §. si vero quidam iuran. in Abtheo. tit. coll. 5. tex. in c. ex parte. de rescrip. Hanc regulam ultra Abb. ponit Felin. vbi ponit rationem eius in c. 1. nu. 1. de iud. & ibi Deci. in 2. lect. nu. 92. Aret. in nu. 41. vbi dicit, quod op. Bart. qui ita tenet in d.l. neminem, communiter à doctoribus approbatur: Hanc etiam regul. ponit Francis. Niconi. in repe. c. quoniam contra in gloss. in verb. citatione. nu. 5. eandem opinionem tenet etiam Ias. in §. quādrupli. nu. 12. Inst. de act. Chassa. in consue. Burg. in tituli. [Des iusticēs.] rub. 1. §. 6. fo. 66. coll. 4. nu. 61. Sebastia. Vāt. in tracta. de nullita. senten. rubr. 12. de nullitate ex defectu citationis. nu. 32. pag. 253. Pau. Par. In c. quoniam contra. nu. 43. de probat. Matth. de Afflict. in consti. Neap. lib. 1. rubr. 90. nu. 2. Hanc regulam cum tribus ampliationibus, & duabus limitationibus pónit Francis. de Ripa in d.c. 1. nu. 85. de iudi.

Amplio hāc regulam ultra eum, vt procedat sue causa sit ciuilis, siue criminalis. In ciuibib probat tex. in d.c. posuisti de foto compē. & in c. ex parte ei i. de rescricula. lijs iuribus supra adductis. & in criminali pbat text. in c. 1. de iud. fin cōmunem intellect. facit quod notati Bal. in d.l. neminem nu. 4. facit etiam tex. in l. absente. si de poenit.

D. Petri Duen.

1. Limita primo ultra ripam, ut non procedat in citatione, de novo reiterada propter nullitatem primae: quia ubi prima citatio sit facta authoritate iudicis, licet nulliter ex aliqua causa, poterit per nuntium alia de novo fieri sine alia authoritate. Ita tenet Roma. in l. qui per salutem ss. de iure iuxta per tex. ibi facit tex. in c. ex literis. de offic. deleg. quem sequitur Ias. in d. l. qui per salutem. nu. 4.
2. Secundo limita, quando aliqua cause cognitione requiriatur in citatione, alias secus, vnde simplex citatio ad comprehendendum potest fieri per nuntium absque alia speciali commissione iudicis. Ita tenet Phil. Dec. in d. c. 1. de iudi. in 2. lect. nu. 95. ubi dicit, quod ita Florentiae practicatur; & ibi Aret. nu. 41. Bal. in l. si quando nu. 13. C. de testib. Phi lip. Franc. in c. cum parati. nu. 14. de appellatio. Ias. in §. quadruplici. nu. 35. Institut. de actio. Quod notabi declarat Sebastianus Vantius. ubi tenet hanc opinionem, in tractatu de nullitatibus sententiarum rub. 12. de nullitate ex defectu citationis nume. 38. pag. 254.

Regula x c v i i i .

C L E R I C I non habentes curam animarum, sed beneficia simplicia, non tenetur ire ad Synodum episcopi. Hac regulam ponit glo. & ibi Card. in 3. nota. nu. 2. & Abb. in 1. notabi. Felin. nu. 1. in c. quod super his. de maiori. & obed. Hanc opinionem sequitur Henri. Bothæus in tracta. de Sy nodo episcopi. in 2. par. nu. 18.

3. Limita primo quando episcopus aliquid vellet statuere concernens totum clerus, vel procedere ad reformati onem morum. Ita Abb. post Io. And. & Host. in d. notab. 1. quos sequitur Hen. Both. in d. 2. par. nu. 17. & 20.

4. Secundo limita, quando episcopus in sua Synodo notificaturus & publicaturus est statuta, & ita in Synodo prouincia li seu archiepiscopal, ut in c. fi. ibi, diaconos, & clericos. 18. dist. & ibi hoc tenet Vgutius, & vterq; Card. pro quo facit, quia tunc est laici tenentur venire: fm Archid. in d. c. fi. & Ab. in d. 1. notab. quos seqtur. Henr. Both. in d. 2. par. nu. 33.

Regula x c i x .

C L E R I C U M percutiens est excommunicatus, & non nisi a Romano Pontifice debet absolvi. Hanc regulam pro bat

bat text. in c. si quis suadente. 17. q. 4. & in c. nō du-  
biūm. & in c. ex tenore. de senten. excom. in c. religioso eo.  
ti. li. 6. De iure regio tex. in l. 3. tit. 9. par. 1. Hanc regu. po-  
nit Nico. Plotinus in tracta. de excom. in prin. nu. 23. vsque  
ad f. vbi eam limitat 14. modis. eandem regulam etiam cū  
alijs. 14. limitat. ponit. Io. de Lignano in trac. de censura  
ecclesiastica. §. 6. nu. 1. Alias 14. limita. ad hanc reg. ponit  
tex. in l. 3. ti. 9. par. 1. & 10. limitatio ponit. gl. in d. c. si quis  
suadente. in verbo, violentas: & 7. limitationes ponit Ber-  
nardus Laurentius in tracta. in quibus casibus index secula-  
ris possit imponere manus in personas ecclesiasticas. nu. 7.  
Hanc regul. cum 20. ampliat. (licet. 8. tantum videantur) &  
22. limitatio. ponit Steph. Aufred. in tracta. de potestate  
seculari super ecclesiast. personas. in 3. regu. per totam. vbi  
dicit tantummodo ponat. 12. limitatio. sunt 22. vt supra  
dixi in effectu.

1. 9. Ultra quās ampliationes, & limitationes, amplia Pri-  
mo hanc regulam, vt non solum percutiens sit excommu-  
nicatus, verum etiam ipso iure sine aliqua denuntiatione.  
Ut est tex. in extraug. Martini. 5. quæ incip. insuper ad eui-  
tanda. Vbi probatur quod ad hoc vt quis sit excommunicata-  
tus, requiritur quod denuntietur. Sed extraua. illa excipit  
supra dictum casum, nisi fuerit excommunicatus pro vio-  
lentia manuum injectione in clericum: quia tunc non re-  
quiritur denuntiatio. & extraug. illam ponit ad literam  
Archiepis. Flo. in tracta. de excom. nu. 16. & in Summa in  
3. part. ti. 26. c. vlti. vbi ponit etiam approbationem illius  
extraugantis: & illam refert Fel. in c. Rodulphus. nu. 39.  
de rescript. Ang. in Summa, in verbo, excommunicatio. el  
. viij. Philip. Deci. in c. à nobis. nume. 20. & ibi. Pau. Pari. nu.  
13. de exceptio:

2. Amplia secundo habere locum, etiam si percussus sit  
primæ tōsuræ. Ut in c. quisquis. 17. q. 4. in c. de persona. 11.  
q. 1. in c. clericos 11. distin. in c. cum nō ab homine. ibi, quo-  
cunque ordine. de indi. in c. 1. de cleri. coniuga. lib. 6. gl. in  
clem. 2. in verbo. clericos. de vita & hone. cler. & in c. 2. in  
verbo. clericos. de præb. & ita expresse tenet Ioan. Lupus  
Segouiensis in tractat. de censu ecclesia. quæstio. 2. & 5.

Thom. Gram. in decisi. 10. nu. 1. Matthæ. de Afflict. in consti. Neap. lib. 1. Rab. 19. nu. 21. Ioan. de Imo. in c. ex literis, nu. 6. de uita, & honest. cler. Lamber. in tract. iuris patro. in 1. par. 2. lib. in 2. artic. in 7. q. nume 6. Hanc opinionem tenet etiam Ioan. Mauri. in repeti. l. vnicæ, pag. 75. C. quo loco mulie. inunc. subi. sole. lib. 10. eandem opinionem dicit esse communem Alber. Trotius in trac. de uero, & perfecto clericu. ia 1. lib. dub. 2. ii. n. 1. os 1. 1

3 - Amplia tertio, habere locum in personis quæ regulariter viuunt, licet non faciant professionem: nam isti gaudet priuilegijs clericorum: & manus iniijcentes in eos violentias, incurruunt sententiam excommunicationis. Ita Anto. de Butr. quem sequitur alij Doct. in c. 2. nu. 6. de foro comp. Quam opinionepr dicit esse communem Nicola. Boeri. in tracta. de vita & honesta. Eremitarum, nume. 14. Lamber. in tracta. iur. patron. in 1. par. 2. lib. in 7. q. artic. 4. nu. 2. Idem est in mulieribus, quæ ut Deo seruiant se recludunt in una domo ad ieiunandum & orandum, quæ tamen habent privilegium monachorum: ita ut eas percutientes incidat in penam huius regulæ, & sub iudice seculari conueniri non possunt. Ita probat text. in c. indemnitatibus, in §. supradicta, de eleæt. lib. 6. Ita tenet Ang. in Auth. apud quos oporteat causas dicere monachos, in prin. nume. 4. colla. 6. Ant. de But. in d. nu. 6. Cardina. de Turre Crema. in c. qui vere. in vlti. q. 16. q. 1. sequitur Nicol. Boerius in d. tract. de statu. & uita Eremita. nu. 15. licet contrarium teneat Rota in decisi. 167. in antiq. secundum veterem impressionem, & secundum nouam in tit. de regularibus, in decisi. 1. de qua decisione facit mentionem Cæsar Lamberti. in d. tracta. in 1. par. 2. lib. in 7. q. prin. artic. 6. nu. 4.

4 - Amplia quarto, etiam si clericus sit degradatus, non tamen potest percuti, & percutiens eum incidit in d. c. si quis suadente. Tenet Bald. in c. sedes apostolica, de rescrip. nu. 4. & allegat Innó. ibi. Ratio est quia priuilegium dignitatis durat finita dignitate, glo. est expressa in c. accedens, in glo. 1. 50. dist. & est glossa. expressa, quicq. hoc probat, in c. dictum. 81. dist. Pro quibus glossa. est tex. in l. viiius, in §. seruum, s. de questio. & in c. ostenditur, de consecra. distinct.

4. tex. notabi. in l. s. in versi. non esset torqueatum in memoriā pristinæ dignitatis, ff. de decurio. Facit etiam glossa. in c. contingit, el. j. de senten. excom. & in c. ad abolendam, de hæreti. in verbo, prærogatiuꝫ, & hanc opinionē tenet Hip. pol. in singu. 107. & in l. eiusdem, in prin. nu. 7. ff. ad l. Corn. de Sica. & in l. etiam si redhibitus, nume. 2. ff. de quæstion. Andr. Tiraquel. in tracta. de causa cessione in 2. parte, limita. 15. nume. 4.
- 5 Amplia quinto, etiam si percussus sit coniugatus, dum tamē contraxerit cum virgine semel, & non bis, & deferat tonsuram, & vestes honestas. Ut in cap. 1. de cleri. coniuga. lib. 6. & est l. 49. tit. 6. par. 1. l. 13. tit. 3. lib. 1. Ordi. & est Pragmatica. 27. in uol. Pragmaticarum, ybi taxatur habitus clericalis. Ita tenet Matthæ. de Afflictis in constitu. Neapol. Rubr. 3. nume. 2. 1. Quod tamen intelligo verum, in percutiente ipsum clericum coningatum, non tamen in persona uxoris eius. Ita Ioan. Andr. & ibi Domi. in c. 1. de cleri. coniuga. lib. 6. Ioan. de Imol. in c. 2. de for. compe. Tiraq. in gl. 1. post leges connubia. nu. 59.
- 6 Amplia sexto, etiam si clericus percussus sit mortuus: durat enim priuilegium, in cadauere, ut percutiens iniuria, incidat in pœnam huius regulæ. Ita tenet Feli. in c. 2. nobis, el. ij. nume. 4. de sententia excomm. Alber. Brunius in tractat. de augmento. nu. 95. Hippol. in l. vnic. nu. 53. C. de raptu. virgi. & in l. fina. nu. 56. ff. de quæstio. pro qua opinione est tex. in c. quod in te. de pœnit. & remissio, ubi clericus qui potest tempore interdicti ingredi ecclesiam uiuus potest in ea sepelire mortuus, facit etiam tex. in l. 2. ff. de cadaue. puni. gl. in c. licite. 32. q. 7. .
- 7 Amplia septimo, etiam si percutiens sit clericus, c. cum pro causa & c. porro. & c. monachi. de senten. excom.
- 8 Amplia octauo, et si clericus percussus sit excōmunicatus: Ita Inno. in nu. 3. & cbis opinio in c. si vere nu. 1. de senten. excō. & est tex. p. ista opinione 1. c. 1. & in c. de Monialibus, eo. tit. facit glo. in c. si quis deinceps. 17. q. 4. & in c. si quis vestrū 23. q. 5. & in c. 2. ne cleri. vel mona. lib. 6. Fel. in c. 1. de senten. excom. Ratio est, quia priuilegium hoc ordinis non clero cōceditur; c. contingit, el. j. de senten. excōmis.

9. Amplia nono, in percusiente nouitium ingressum reli-  
gioneim, & si nullum ordinem habeat. Ut in c. religioso, de  
sen. excom. lib. 6. sunt enim de foro ecclesiæ, & personæ ec-  
clesiasticæ, c. duo sunt 12. q. 1. Ita concludit Anch. in cons.  
68. Andr. Tiraquellus in tracta. de vtroque retra. in titu.  
[de retreat lignagier.] in §. 1. glo. 8. nu. 22. & nu. 30.
10. Decimo amplia, etiam si non sit vere clericus, sed desti-  
natus clericatui, & sic gerat se pro clericis, ut sunt pueri de  
seruientes in choro, deferentes habitum & tonsuram, quia  
percusiens eos est excommunicatus. Ita concludit Archi-  
dia. in d. c. si quis suadente, nu. 8. Fel. c. cum adeo, de rescrip.  
faciente cumulata per Ias. in l. diuortio, §. interdum, ff. solu.  
ma. Pala. Ruios in repe. Rubr. de donatio, §. 38.
11. Amplia vndecimo, non solum si percussiat clericum, sed  
consanguineum clericis causa eiusdem clericis, vt in c. sciant  
cuncti. de elect. lib. 6. gl. in clemen. 2. in verbo, quomodoli  
het, de senten. excom. facit etiā tēx. in c. quicunque, de sen-  
ten. excomm. lib. 6. tevet Matth. de Afflict. in tracta. de ig-  
re protomi. in Rub. nu. 27 quod intellige solum in casibus  
specialibus in illis iuribus, secundum Sylvestrum in sua Sū  
ma, in verb. excommunicatio. el ix. Caieta. in eo. verb. cap.  
34. Iason in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori. nu. 12. ff. de  
pouli oper. nunt.
12. Limita primo, non habere locum quando quis insequi-  
tur clericum, sed non percussit. Ut est gloss. in cap. felicis,  
in verb. inseguitione, de poenis, li. 6. quam sequuntur ibi  
Ioan. Andr. & communiter Doct. Ionocen. Abb. & Doct. in  
cap. nuper, de senten. excom. licet contrarium tenet gloss.  
in cap. si quis pulsatus, de poenitent. distin. 1.
13. Fallit secundo, in eo qui capit clericum, vt obvietur de  
licito committendo. Tenet Abb. in c. si uero, et j. de senten.  
excom. idem Abb. & Philip. Dec. nu. 36, in c. cum nō ab ho-  
mine, de iud. facit gl. notab. in c. 2. de hæreti. vbi probatur,  
quod quilibet tenetur aliuo corrigeri in delicto commis-  
tendo. Et ex hoc patet quod familia potestatis potest cape-  
re clericum incidentem de nocte cum armis, sine metu ex  
communicationis, tenet Abb. in c. vt in fam. de senten. ex-  
comm. in c. 1. nu. 7. de deposit. Bal. in l. si qua per calūsiam,

C. de episcop. & cleri. Dec. in d.c. cum non ab homine, nu.  
40. Montaluuus in l. 5. t. tit. 6. parte 2. quæ opinio hodie ap-  
probatur per l. 15. tit. 3. lib. 1. Ord. Et 20. casus, in quibus  
iudex secularis potest imponere manus in ecclesiasticas  
personas, sine metu excommunicationis, ponit Bernard.  
Lauren. in tracta. quibus casibus iudex secularis possit im-  
ponere manus in ecclesiasticas personas, in 14. volumi.  
Tractatum.

3. Limita tertio, quando clericus primæ tonsuræ exercēs  
officium carnificum, seu macellariorū, aut tabernarij  
publici, & personaliter tertio monitus proprijs nominī-  
bus expressis à diocesano non dimiserit illud officium, nā  
isti tales non gaudet priuilegio clericali. Ut est tex. & ibi  
glo. in uerb. publice, & in verb. nominatim in elemen. 1. de  
vit. & honest. cleri. sed hodie sufficit si in genere moueantur:  
vt in Extrauagan. Leonis X. quam refert. Boer. vbi ea  
ad literam ponit, in decisio. 69. nu. 36. & ideo si fuerit ter-  
tio monitus & non destiterit tali officio, si est coniugatus  
perdit statim priuilegium, & percutiens non incidit in Ca-  
nonem, & si non est coniugatus, tantummodo perdit priu-  
ilegium clericale, scilicet, in rebus suis, vt ibi dicit clemēt.  
quam declarat Bernar. de Luco in tract. c. 67. Cæsar Lam-  
bert. in tract. iuris patrona. in 1. par. 3. libr. in arti. 26. 9. q.  
prin. nu. 3. fol. 250. col. 1. & circa hanc regulam vide tex. in  
l. 4. tit. 9. par. 1. quæ ponit casus in quibus percutiens cleri  
cum possit absolui ab alio quam à Romano Pontifice.

## Regula c.

CLERICI, & personæ ecclesiasticæ, & ecclesiæ nō debet  
subire munera personalia, sed sunt immunes, & sic non te-  
nentur soluere collectas, neq; aliud tributū. Hæc reg. pro-  
batur primo de iure diuino. Nume. c. 3. & c. 7. Secundo de iu-  
re naturali: vt testatur Caius Cæsar in lib. 6. suorum Com-  
menta. Tertio probatur de iure Canonico. in c. non minus,  
& in c. aduersus, de immunit. ecclesi. & in c. puenit. 86. dist.  
& in c. quanquā, de césib. lib. 6. Quarto probatur de iure ci-  
uili, in l. placet, C. de sacrosan. eccl. canonizata in c. gene-  
raliter, in §. placet. i6. q. 1. facit et̄ tex. in Auth. itē nulla cō-  
munitas, C. de epis. & cle. Probatur etiā de iure regio, i. l. i.,  
titu.

titu. 3.lib. 1. Ordina. & in l. 3. in quaterno Gabellarum, & in l. 5 r. tit. 6. par. 1. Hanc regulam ponit Bar. in l. vnicæ, nu. 32. C. quo loco mulier munera subi. debe. lib. 10. idem Bart. in consil. 180. & in l. 1. in §. f. ff. de muneri. & honori. Panor. & alij, in d. c. non minus, nu. 1. 17. Ias. in l. placet, in r. lectu. nu. 10. C. de sacrosan. ecclæ. Ioan. de Platea in l. f. C. de exæ. citoribus tributo, lib. 10. Guido Papa q. 372. Fran. Cur. Iun. in consil. 61. nume. 2. Matthæus de afflictis in c. 1. nume. 32. quæ sint regal. in Vtibus feud. Thòmas Gram. in decisil. 19. nume. 14. & in consil. 1. posito post decisiones nume. 32. & 33. Io. Mauritus in repe. d. l. vnicæ, pag. 51. cum sequen. C. quo loco mulier munera subire debeat. Ioan. Bassianus in consuetudi. Auerhiæ, c. 25. artic. 8. Petrus Antibolus in tra. etia. de muneribus, §. 4. nu. 26. cum sequen. Franc. de Platea in tracta. de excommunicatione, §. 36. Chassane. in consuet. Burgund. in titu. [Des iusticæ.] Rubr. 1. §. 5. nume. 4. fo. 49. & in §. 4. Rubric. 5. nu. 17. fol. 29. Cardi. in repe. c. perpendi. mus, nu. 9. de senten. et cõm.

- 1 - Amplia primo, etiam si clericus vellet sponte soluere dictam collectam: nam non posset, nec communitas debet recipere. Ita tenet Thomas Parpalia, in rep. d. l. placet. ver. & tertium, C. de sacrosan. ecclæ. Ratio est quia, hoc priuilegium est inductum in fauorem totius cleri, prout in dubio presumitur, & sic illi non potest renuntiare, vt in c. si diligenti. cum alijs, de foro compe. Facit quod no. Ias. in l. ad egregias, nu. 2. ff. de iure iur. & in l. 1. §. & post operis, nume. 12. ff. de noui ope. nuntia. pro qua limitatione est text. in c. Exigit, de censibus, lib. 6. licet contra eam velit tenere Ioan. Mauri. in repet. d. l. vnicæ, pag. 82.
- 2 - Amplia secundo, habere locum etiam in collonis, & uxoribus & filijs clericorum: nam eis non possunt imponi collecte propter bona, quæ habent à clericis vel ecclesijs. Ut in d. c. generaliter, in §. nouarum, 16. q. 1. Bal. in l. t. C. de episco. & cleri. & in l. bipennes per illum tex. C. de agri co. & censi. lib. 1. q. 1. tex. dicit, quod domini, non coloni, vel censiti pro eorum praedijs tributa soluere tenetur. Circa quam limitationem: vide Mauri. in d. repe. l. vnicæ, pagina, 46.

- 3 Amplia tertio, in Emphiteutis, vel vasallis ecclesiæ, scilicet ecclesiarum: nam sunt exempti a mulieribus sordidis. Tenet Bart. in l. senatoribus. C. de dignita. lib. 12. vbi expressè dicit, quod vasallus ecclesiæ est exemptus. & non dicit à quibus, sed de necessitate intelligentum est à sordibus. & de emphyteuta idem tenet Bal. in l. quæro. ff. de vñfruc. lega. Bart. per illum text. in l. priuate de excusa. munē. C. nu. 2 quem sequitur Thomas Parpalia in repeti. l. placet. in princ. quod etiam sequitur Ioan. Maurit. vbi allegat alios Doct. in d. rep. pag. 187.
- 4 Amplia quarto, in oblato qui se & sua obtulit religio- ni. quia tunc tam persona ipsius oblati, quam eius bona monasterio collecta sunt libera & exempta ab omnibus oneri bus secularibus, sicut sunt reliqua bona ecclesiastica & personæ ecclesiastice: vt in c. 1. & ibi gloss. de decimis, tenet Abb. in consil. 54. nu. 2. vol. 1.
- 5 Amplia quinto, in fratribus Hierosolymitanis, quod Rhodianos vulgus nominat: nam ipsi sunt immunes, & non tenentur soluere collectas: cum pro Christianæ fidei incolumentate eos passim videamus militantes, nam sunt de ordine clericali, & separati à lege matrimonij, & obligati ad horas dicendas, & habent certum & limitatum ordinem viuendi à Pontificebus institutum. Ut in cle. 1. de religio domi. nam computantur inter personas ecclesiasticas. c. duo sunt genera. & ibi glo. 1. 12. q. 1. Bart. in l. semper in §. quibusdam. nu. 1. ff. de iure immunita. tenet Ioan. Mauri. in repe. d. l. vnicę. pag. 96. in fi. cum sequen. Quod intelligo in fratribus, quos assidue pro diuini cultus augmentatione & salute operam dare agnoscimus, vt per Alexan. in lnc quidam. C. de milita. testamen. Doct. in cle. cum ex eo. de senten. excommu. & in clem. 2. de foro competen. quod hodie est derogatum, quantum ad collectas. in omnibus Comendatarijs, tam sancti Ioannis, quam sancti Iacobi. & alijs in l. 3. in fi. quaterno Gabellarum.
- 1 Fallit primo, nisi aliud habeat consuetudo: nam si consuetudo est quod clérici consueverunt soluere collectas pro eertis bonis ad eos translatis, valeret cōsuetudo. Hoc voluit sentire Bart. in l. ad collationem. C. de auro corona. lib.

D. Petri Duen.

lib. 10. Ale. in additio. ad Bar. in l. rescriptum. in 6. sciendū, ff. de mune. & hono. Bal. in cōsi. 112. nu. 4. vol. 2. Spec. in ti. de cleri. coniug. nu. 5. Rochus de Curte in tract. de consue. nu. 511. vbi tenet, q̄ in conflictu opinionum illa est tenēda. quam sequitur consuetudo, etiam si sit contra ecclesiam, quod ante eum tenuit Abb. post Ioan. And. in c. at si cleri. ci. de iudic. Hanc opinionem sequitur Remigius de Con. ny. in tracta. de charita. subfi. pag. 238. cum seq. Paul. Paris. cons. 27. nu. 27. volu. 1. & in nu. 32. licet contrarium teneat Abb. in c. non mirum, nu. 17. de immuni. eccl.

2. Limita secundo, quando aliqua possessio x̄stimata, seu ascripta, & appretiata, & regiſtrata in libro communi seu cōunitatis, deueniat ad clericum, seu ecclesiā ex quounque titulo: nā tunc tenetur clericus vel ecclesia, penes quā est dicta possessio, ad collectas soluendas per laicos impo. nendas, sicut sui antecessores debeant. Ita tenet Spec. in ti. de cleri. coniuga. nu. 11. vers. alij dicunt. Lucas de Penna in l. fi. C. de exacto. tributo. lib. 10. Guido Papa in decisio. 79. Contra quā fallentiam dicit esse cōunem opinionem Remig. de Conny in trac. de charita. subfi. pag. 247. vbi eā no. tabiliter examinat vſq; ad pag. 253. Sed pro hac limita. est tex. in l. 1. tit. 3. lib. 1. ord. & videtur etiam l. 5. tit. 6. par. 1.
3. Fallit tertio, quando ex vetusta consuetudine, seu antiqua præscriptione debetur domino per vasallos terrarum suarum annis singulis quādam præstatio vocata collecta, pro qua soluenda omnia bona immobilia ipsius terre sunt taxata & appretiata in certa summa præstanta pro ipsis collectis, si possessiones illorum bonorum ex aliquo titulo inter viuos vel in vltima voluntate transferantur in ecclesiās vel clericos, aut alias ipſi clericī in eis legitimo iure succedant, pro bonis eisdem tenentur clericī vel ecclesiās ad soluendam taxationem pro rata illorum bonorum, prout prædecessores laici pro illis bonis antea persoluebant. Hanc fallentiam in eisdem proprijs terminis ponit Lucas de Penna in l. fi. in princ. C. de exactori. tributo. lib. 10. quem sequitur Remi. de Conny, vbi latissime eam examinat. in tract. de charita. subfi. pag. 254. cum sequen.
4. Fallit quarto, quando clericī possedissent de facto & nō de

de iure: nam tunc non excusantur ab istis muneribus, vt  
sunt fratres Minores, si possiderent immobilia quæ sunt  
eis prohibita: vt in clem. exiui, de verb. signifi. facit text. in  
c. recolentes, in fi. de statu mona. Ita tenet Anchar. in con-  
fi. 109. nu. 2. quem sequitur Ias. in l. vbi pactum, nu. 30. C.  
de transac. Thomas Parpa. in repe. l. placet, C. de sacrofanc.  
eccle. Ioan. Maurit. in repe. l. vnicæ pag. 92. C. de mulie. &  
in quo loco munera subire debeant, lib. 10.

5 Limita quinto, quando fraudulenter fieret translatio  
bonorum per laicum in clericum vel ecclesiam. Tenet Spe-  
cul. in titu. de cleri. coniuga. nu. 16. quem sequitur Thom.  
Parpalia in repe. d. l. placet, versi. item limites. Ioā. Mauri.  
in d. rep. l. vnicæ, C. de mulie. & in quo loco, pag. 78. De iu-  
re regio est tex. in l. 59. titu. 5. par. 5.

6 Fallit sexto, quādō alienans vel donans, seu legans tem-  
pore contractus apponit conditionem, quād ecclesia sol-  
uat onera seu collectas: tunc si ecclesia vult acceptare, de-  
bet cum onere suo. Ita tenet Anchar. in consi. 2 17. nume. 5.  
quem sequitur Feli. in c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nume. 77.  
de constitutio. quam op. sequitur Thom. Parpalia in alle-  
ga. l. placet, in versi. sextam limita. pro qua opinio. allega.  
text. in l. fi ista stipulatio. in fi. ff. de operis liber. vbi acce-  
ptans contractum debet in totum illud ratificare. quem  
sequitur Bellon. in consi. 40. nu. 4. licet Mauri. contra eam  
teneat in d. l. vnic. pag. 83.

7 Fallit septimo, quando communitas imponeret collec-  
tas pro certis annis successivis, si interea medio tempo-  
re transeat ad ecclesiam tenebitur ecclesia soluere. Te-  
net Ange. in consi. 206. & in consi. 24. quem sequitur Felin.  
in c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ, nu. 77. de consti. Thom. Par-  
pa. in d. l. placet, vers. aliam & septimam limitationem, Ni-  
cola Bellon. in d. consi. 40. nu. 4.

8 Fallit octauo, quando princeps indicit collectam va-  
fallis suis: nam si ecclesia tenet feudum ab eo siue media-  
te siue immediate, ecclesia tenetur ad talem collectā sol-  
uendam. Tenet Ioan. Faber nume. 8. in d. l. placet, C. de sa-  
crofanc. eccles. Pro qua opinio. facit tex. & ibi Docto. in c.  
nimis, de iurciu. de quo vide Caro. de Grassalio in suo lib.  
Regalium

Regalium Franciae lib. 2. ius 11. Francis. de Platea in tra-  
cta de excommunicata. §. 36. nū. 6.

- 9 Fallit nono, quando esset statutum quod omnia prædia  
alicuius territorij essent tributaria, scilicet quod soluant  
annuatim certum quid communictati. Tenet Bar. in l. rescri-  
ptum, in §. 6. ff. de mune. & honor. nu. 5. & ibi Alex. in eius  
additio. idem Bar. in l. fi. C. de exactori. tributo. lib. 10. An-  
cha. in c. 1. de immunitate ecclesie. lib. 6. idem tenet Bal. in l. fi.  
C. siue censu vel reliquis nu. 7. & hoc vult dicere glo. in l.  
munerum, in §. patrimoniorum, in verbo, pontifex ff. de mu-  
ne. & hono. idem tenet idem Bald. in l. confi. 280. volu. 2. vbi  
tenet, quod opinio Barto. propter publicam utilitatem &  
necessitatem est in vsu: alias esset dammare totum mun-  
dum, & hanc opinionem Bart. sequuntur alij Doct. relati  
per Philip. Deci. in c. ecclesia Sancte Mariæ, num. 2 14. de  
constitu. quam op. latissime defendit Ioan. Mauri. in rub.  
l. vnicæ, pag. 57. C. de mulie. & in quo loco, lib. 10. Contra-  
xiām opinionem tenet Iacobus Butr. in authen. item nullā  
cōmunitas C. de Episcop. & cleric. quam dicit esse com-  
munem Iaso. in d. l. placet in 2. lectu. nu. 2 1. Feli. vbi lati-  
tissime eam examinat, in d. c. ecclesiæ Sancte Mariæ, nu. 76  
& eam dicit esse falsam Bal. in d. l. placet, & in l. neminem  
C. de sacrosan. eccles. & in d. Authen. item nulla commu-  
nitas, & in d. l. fi. C. sine censo vel reliq. & d. confi. 280. vbi di-  
cit, quod hæc est tutior opinio, Ludo. Rom. in l. fi. publicanus  
§. 1. num. 7. ff. de publi. & vectig. Abb. nu. 13. & Ioan. de  
Imo. nu. 16. versi. an autem, in c. fi. de vi. & honest. cler. pro  
qua op. contra Batt. est tex. in l. 2. titu. 3. lib. 2. ordi.
- 10 Decimo fallit, in clericis coniugatis, c. 1. de cleric. con-  
iuga. lib. 6. quod tantum excipit eos in duobus casibus, de  
quibus ibi. & ibi: glo. in verb. cæteris. Hanc op. tenuit Ab-  
ba. antiquus in c. ex parte, in princ. de cleric. coniugatis, &  
ibi Panor. hot. 1. Ang. in Auth. de monachis, §. penult. col-  
la. 1. num. 15. Bal. in sua Margarita. in verb. clericus. Guido  
Papa in decisi. 73. & 283. Bertachii in tract. de Gabellis, in  
7. par. prin. nu. 19. Ioan. Mauri. in repet. l. vnicæ, C. de mulie-  
rib. & in quo loco, lib. 10. Quæ op. approbatur de iure re-  
glæ per tex. in l. 13. tit. 3. lib. 1. ord. & l. 23. tit. 4. lib. 4. ordi.  
Fallit

11.1 Fällit vndeclimo<sup>o</sup>, in clericis negotiaturibus. Ita tenet Fed.de Senis in consi.207.facit tex.in c. quanquam à contrario sensu, de censi.lib.6.& in clem.f. eod.titu.& ibi glos tenet Panor.in consi.6.vol.1.Bertachi. in tract. de Gabellis,in 6.q.septimæ partis princ.num. 10.idem in 2.q.tertia part.princ.Spec.in tit.de immunit.eccles.nu.3.text.in l.3. in quaterno Gabellarum.Ratio est,quia est prohibita negotiatio in clericis,cum distrahat à diuinis, d.c.quanquā, & c.f.& ibi Docto.de vita & honesta.cler.& in summa 14. q.4.& in c.1. 88.distinct.

Porro dicitur quis negotiari, quando rem emit,& integrum lucrando reuendit, non mutata forma: non qui emit vt sibi sit materia operandi cum ea, etiam si in venditione lucretur, vt in c.eiciens 88.dist. Ita firmat Domin. in d.c. quanquam, Card.in d.clem.præsenti, in 3.notab.Bertachi. in d.7.part.nu.11. Quod tamen intelligo verum quando clericus portat res proprias causa negotiandi: quia talis tenetur soluere gabellam: non si ex dicta causa portaret res ecclesiæ, ita tenet Ancha.Imol.& Panormi. in d. c. f. de vita & honesta.cleri.Bertachi. vbi supra.

12.1 Limita duodecimo , ratione belli imminentis , vt in c. peruenit, de immunita ecclesiarum, in c. non minus, in versicu. nisi episcopus.eo.tit.& in l.neminem, C.de sacrosanc. eccl. De iure regio est tex.in l.52.titu.6.par prima, facit etiam tex.in c.adversus eod.tit. de immu.ecclesia.pro quo etiā facit quod habetur 4.libro Regum.capitu.12.vbi Ios Rex Israel pro necessitate tulit omne aurum & argétum , & vniuersa Vasa, quæ inuenta sunt in domo Domini, & c. 16. vbi similiter Ezechias Rex Israel dedit omne aurum & argentum quod repertum fuerat in domo Domini pro necessitate patriæ, & vt eius subueniretur. Facit pro hoc, nam bona ecclesiæ , & facultates sunt deputatæ vt oppres sos & captiuos redimant, c.sacrorum, & c.sicut, & c.aurum, & capi.gloria episcopi 12.q.2. Hanc opinionem tenet Nicola.Bellon.in consi.1.nu.1.Ioannes Mauritius in d.livni ca,pagi.63.Chafla.in consi.64.nu.2.Curtius iunior in consi.61.nu.14. vbi dicit hanc esse communem opinionem Sq ci.& Docto.in l.s. ex toto, ff. de leg.1. Matt.de Afflic.in c.1.

D. Petri Duen.

in §. similiter, de Capita, qui curi. vend. in vñib. feud. Paul. Paris. in cōsī. 78. nu. 14. & 17. vol. 1. Ioan. Iacob. de Leonar. in consī. 16. nu. 26. inter consilia Alber. Bru. Pro qua limitatione facit tex. in c. in omni timore, & in c. si nulla necessitas 23. q. 8. text. expressus de iure ciuiti in l. nullus pe-  
nitutis, C. de cursu publico, lib. 12. vbi probatur, quod tempore expeditionis nullus cuiuscunque ordinis vel dignitatis, vel sacrosan. ecclesia, vel domus regia excusationem angariarum seu perangariarum habeat: & sic non solum tenentur contribuere, verum etiam custodire muros ciuitatis, & eandem defendere.

Sed contra supradictam limitationem est tex. expressus in c. reprehensibile 23. q. 8. vbi dicit tex. quod clerici non tenentur ad custodiam ciuitatis, etiam contra piratas maris: quia cum sint milites Christi, debent Christo, in diuinis seruire. In quo est distinguendum, aut queritur utrum clerici debeant ire ad belligerandum, ita ut velint alios impugnare; & dico quod non, etiam si ageretur pro recuperatione terrae sanctae: tu clericalis ordo reddat eos inhabiles ad pugnandum, etiam contra Saracenos, ita probatur in c. ex multa, in §. 6. de voto. Aut queritur utrum teneantur ad custodiam ciuitatis seu opidi vbi morantur, ut in casu nostrae limitationis, & tunc si maxima necessitas non subest excusantur: quia non debent auocari ab officiis diuidi. c. reprehensibile, facit et tex. in c. Cyprianus 21. q. 3. Aut imminet magna necessitas, ita ut sine eis non possit com mode ciuitas ab oppressione & inuasione custodiri, & tunc eos puto teneri: ut in d. c. peruenit, & in d. l. nullus, quae debet intelligi propter necessitatem instantem, ne alijs iuribus contradictionem. Pro quo facit tex. in c. penul. de homicid.

Hanc opinionem tenet Abb. in d. c. peruenit, & in c. si-  
cūt nu. 6. de iureiur. Angel. de Claua. in summa, in verbo,  
immunitas §. 34. Ias. in l. si ex toto, nu. 15. ff. delega. 1. Ca-  
rol. Ruin. in consī. 209. vol. 1. nu. 12. & Mauritius in repeti.  
l. vnicæ, pagi. 55. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. Pro  
quo facit, nam quilibet tenetur defendere patriam suam,  
præsertim cum ex ipsius defensione protegantur orphani,  
& viduæ, & miserabiles personæ, pro quibus episcopi &  
cleri-

clericis debent summopere laborare. vt in c. 1.87. dist. facit etiam tex. in c. 1. & fina. de postulan.

**13** Fallit decimotertio , quandocunque princeps imponit collectam pro redemptione sua: nam omnes etiam ecclesia stici debent contribuere : quia ecclesia est mater captiuorum: vt in præcedente limitat. dixi. Ita notab. cōcludit Nic. Boer. in decis. 126. nu. 9.

**14** Fallit decimoquarto in tributis , seu collectis præteritis: nam si possessor non soluit tributum seu collectam, potest pro præterito anno exigi ab ecclesia. Tenet Bart. in l. incola. la ij. nu. 5. ff. ad municipa. Ias. in d.l. placet in 2. lect. nu. 21. & ibi Thomas Parpa. in vers. aliam limitationem. Anto. de Butr. Panor. & Ioan. de Imo. in d.c. fin. de vita & ho- ne. cleri. facit tex. in l. Imperatores. ff. de publica.

**15** Fallit decimoquinto , quoties ecclesia transiret iterato ad priuatum. Ita tenet Dyn. quem sequitur ibi Bar. nu. 3. in l. Paulus, ff. de acquir. hæred. vbi ponit regulam, q̄ licet sta tira ex quo res est apud ecclesiā sit priuilegiata , statim ex quo recidit ab ecclesia, desinit esse priuilegiata, quē sequi tur Tho. Parpa. in d.l. placet, in vers. nonam limitationem.

**16** Fallit decimosexto, in oneribus in quibus est pietas, vel publica versatur utilitas, vt in vijs , & itineribus instruen- dis, vt in l. ad instructionem, C. de sac. sanc. eccl. & in l. ad portus, C. de operi. publ. & in l. absit, C. de priuile. domus Aug. lib. 11. & in l. fi. C. de quibus mune. nem. liceat se ex- cusa. li. 10. glo. in c. non minus, in verbo, relexandas, de im- munis. eccl. De iure regio tex. in l. 55. tit. 6. par. 1. & l. 20. tit. 32. par. 3. & in l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordi.

Hanc limitationem ponit Lucas de Péna in l. fi. in sine, C. de exactio. trib. li. 10. Fran. de Ripa in li. 1. rispon. c. 20. nu. 5. & 6. & eā tenent Bart. & Doc. in d.l. ad instructiones, de quo latissime & notab. per Aegidiū Bella. in cōf. 45. incip. Cōsu. ciuitatis Aluinianus Guido Papa in q. 78. Contrariū tamen consuluit Abb. in cons. 3. in 1. volu. pro qua opinione est glo. in d.l. ad instructiones. Et ideo pro concordia est di ffiguendum, aut mœnia fiunt, seu reparantur ad ornatū ci uitatis , & tunc protedit opinio illa q̄ ecclesia nō tenetur: Aut vero pp necessitatē bellis , & tunc secus , ita videtur

D. Petri Duen.

sentire Cinus, & Bal. in d.l. ad instructiones, vbi dicunt quo tunc sunt compellendi clerici per episcopum, allegant c. 1. de immunitate ecclie. lib. 6. & ita notab. concludit Carolus de Grassatis in suo Regal. Franciq. lib. 2. ius 6. pag. 255. in versic. cogit.

17 Fallit decimo septimo, in collecta imposita pro liberanda civitate à peste, quia talis collecta propter communem clericorum & laicorum utilitatem videtur esse imposta, & quia pietatem respicit, nam nulla est maior pietas, quā pauperes, & debiles, infirmosq; tueri, & patriam subleuare. c. fortitudo, c. nou inferenda, 22. quæstio. 3. Ratio est, quia ibi concurrit pietas & communis utilitas. Ita concludit Panot. in d. consil. 3. v. 1. n. 1 quem sequitur Ripa in d. 2. lib. responso, cap. 20. n. 8.

18 Limita decimo octavo, non habere locum in fratribus tertij ordinis Sancti Francisci, nam isti non excusantur à collectis. Ita notabi. tenet Petrus de Ancha. in c. 1. de immunitate ecclie. lib. 6. vbi tenet, quod isti non sunt personæ ecclesiasticæ, & ideo non sunt exempti à datijs seu collectis, quia isti licet dicantur fratres, vt in cle. cum ex eo, de sen. excom. tamen nō sunt proprie, atque stricte religiosi, sed fratres de penitentia, neque proprie dicuntur habere regulam, sed potius quendam modum viuendi, vt est gloss. notab. in clem. prima, de religio. domi. & in dicta clemen. cum ex eo. Barto. tamen in l. semper in §. quibusdam, ff. de iure immu. dicit se vidisse consilia plurimorum Doctorum Iuris. Canonici & ciuilis, afferentium quod isti a talibus exactionibus sunt exempti, nam sunt Deo deuoti, cap. duo sunt genera, 12. quæst. 1. Pro qua opinione est text. in c. 1. de immunitate ecclie. lib. 6. dum dicit personis ecclesiasticis, nā non potest negari q; prædicti non sunt personæ ecclesiasticæ, licet non sint clerici, quam opinionem Bar. ultra alios Docto. sequitur Franc. de Platea in tract. de excommu. §. 36. n. 3. & Abb. in c. vnico. n. 6. de obliga. ad ratioci. Est tamen verum quod Bartol. notab. in d. §. quibusdam, in fine, in versi. puto tamen, dicit, quod quandoconque apparet prædictos assumptissime habitum, seu ordinem in fraudationem, q; eis non prodesse, & sic procedit nostra limitatio,

tio, quem sequitur Corne. in consi. 120. nn. 10. vol. 3. & in  
consi. 205. nu. 1. cum sequenti. volu. 1. Pro qua opinione ex  
tex. ibi glo. in l. cura. in §. qni obnoxius. ff. de muniti. & ho-  
nor. & in Extra. loā. 22. qua incip. Sancta Romana &  
universalis ecclesia, sub tit. de religio. domi. & hanc opinio-  
ne tenet Nic. Boer. in tractatu de vita & actu Eremita. nu.  
15. pro qua opinione est tex. in l. 9. tit. 4. lib. 4. Ordina.

Ex quo confirmatur notab. dictum Federi. de Senis in  
consi. 97. nume. 4. in fine, nam cum verum sit, quod quādo-  
mata est contra eum inquisitio, & secuta condemnatio, ef-  
fori non excusat à potestate secularis indicis quin possit  
eum punire. Ita notabil. tenet Bartol. in l. eum quēdam  
puella. ff. de iurisdicō. omnium iudicium, & in l. 1. ff. de  
penis. Abb. & Canonist. in c. vnico, de obliga. ad ratio-  
nem. nume. 4. pro qua opinione est tex. in l. si quis decu-  
tione à indice ecclesiastico, secundum Docto. vbi supra,  
quod indubitanter procedere dicit Ias. in d. l. cum quēdam  
puella. nume. 10. Item verum intelligo nisi ille qui com-  
misit delictum, antequam id commiserit fecisset votum cle-  
ricalē, vel intrandi religionem: quia tunc non punitur per  
iudicem secularē, quasi votum trahatur retro, hoc tenet  
notab. Bald. in l. 1. in fine, C. an seruus ex suo facto post ma-  
numi. tenea. quem ultra multos Doctores antiquos sequi-  
tur Iacobi. in d. l. cum quēdam puella, & in l. si quis po-  
stea. nume. 10. ff. de iudi. Thomas Ferra. in caute. 23. Ge-  
rar. de Petra fault. in sing. § 1. Ioan. de Neuiza. in Sylva nu-  
ptia. lib. 1. nume. 62. Chassa. in consuetu. Burg. in tit. [des iu-  
stices.] Rubr. 1. §. 5. fol. 51. nu. 67. maxime quia in hoc ca-  
su statut iuramento suo, an votum emiserit ante commis-  
sum delictum, sicut stari debet iuramento in his quē de-  
pendent à voluntate & conscientia nostra, ut est glosi. no-  
tab. quam ibi sequitur Ias. nume. 100. in §. sed iste quidem.  
Iustit. de actio. & in c. significasti ei ij. de homicidi. sed Fede-  
ric. de Senis, ut supra dixi, tenet hoc esse verum, nisi talis  
delinquens esceatur de fratribus tertij ordinis: nam si

D. Petri Duen.

assumpit habitum tertij ordinis. non obstantibus supra-dictis, puniri poterit a seculari iudice, quam opinionem Fideri. de Senis in consi. 97. nume. 4. in fine, sequuntur Doc. Canon. præcipue Cardinal. in repetit. cap. perpendimus, nūme. 8. de sententia excom. Iason in d.l. cum quædam puer-la-nu. 13. Hippo. in sing. 533.

Regula c.i.

C L E R I C I propter fornicationem, aut concubinatum deponendi non sunt. Hanc regulam probat text. & ibi glossa in c. Maximianus. 81. distin. & in c. lator. 2. quest. 7. in verbis in corporali est similis gloss. secundum Cors. in singulo. incipit. Fornicatio, vbi ponit hanc regulam in c. præsbyter. 82. distin. pro quibus glossa est text. in d. c. præsbyter. Hanc etiam regulam ponit Ioan. de Imo. & ibi Docto. in c. vt clericorum mores. de vita & honesta. cleric. & eam dicit esse communem opinionem post Doct. ibi, Felin. nu. 8. in c. at si cleric. de iudi. & Bernard. de Luco in practica. cap. 72. circa quam regulam vide notabiliter Cæsa. Lamberti. in tracta. iuris patronat. in 1. part. 2. libri: in articulo. 20. 19. q. princ. nume. 14. Bemonum, vbi hanc dicit esse communem opinionem, in tracta. de public. concubi. pagina. 251. nume. 10. cum alijs. Hanc regulam ponit, vbi eam limitat tribus modis Ioannes de Selua in tracta. de beneficio, in 3. part. q. 3. nume. 16.

Vltra quas limitationes limita primo, non habere locum si clericus fornicatus fuerit cum Moniali. Ut est glossa in c. virginibus. & in c. si episcopus. & in c. si quis rapuerit. & in c. si qua monacharum. 27. q. 1. & ita per illas glossas tenet Bernard. de Luco in practica. c. 75. Paul. Grillan. in tracta. de pœn. ob nefas. coitus. q. 1. nu. 17.

Limita secundo, non procedere in virgine, & in nuptiis propter stuprum & adulterium. Ut in c. si quis clericus. 81. distin. & in c. lator. 2. quest. 7. & ibi glo. 1. quam ibi sequuntur Archidia. & Doc. & hanc esse communem opinionem tenet Bernard. de Luco in prac. crimi. c. 99. vbi latissime causa examinat. eam etiam dicit communem opinionem Paul. Grillan. in d. tracta. q. 7. nu. 1.

3 Limita tertio, si cum soluta & virgine de facto contraxerit

que sunt à præla. vbi dicit, non requiri & capituli consensum, sed Episcopi tantum. licet in vera alienatione contrarium sit. d.c. sine exceptione. 12. q. 2. Et cum decimæ sint cibus clericorum, proinde sicut de alimentis futuris nō potest transigi sine iudice. l. cum 2. ff. de trans. ita nec de decimis. Anch. in c. cum homines. col. 2. eod. tit. & episcopi presentia loco iudicis habetur. quod est verum nisi inferior habere iurisdictionem quasi episcopalem gloss. in clem. r. in verbo. proprij. de rebus eccles. non alienan. in c. significati de foro compétent. quia tunc cum autoritate illius valeret compositio. Et si fuerit facta sine episcopi vel superioris consensu mortuo eo qui eam fecit, successori non præjudicat. c. de cætero. & c. veniēs. de transact. & c. ad hæc. de offic. vica. & hoc super futuris decimis, secus de præteritis, gloss. & docto. in cap. vt super de rebus ecclesi. non alien. Deci. in c. venerabilis in quarto notab. de confir. vtili, vel inuti.

### Regula CXXXVIII.

**C O M P R O M I S S U M** annullatur per mortem alterius compromittentium, vnde non transit ad hæredes. Hanc regulam probat tex. in c. fin. de arbitr. & in l. diem proferre. §. 1. & in l. si interpellatur. ff. de arbitr. Circa quam regulam vide Spec. in tit. de arbitris in §. finitur. versi. item morte. nu. 2. Barcol. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig. Bapt. de san. Bla. in tract. de arbitr. quest. Lanfran. in tract. de arbitr. in 3. questio. 4. quest. princi. Anto. de Butr. in c. Quintualis. nu. 23. de iure. Maria. Socin. Iun. in consil. 66. nu. 9. vol. 1.

- 1 Amplia primo procedere, etiam si in causa conclusum sit, nam instantia compromissi ad hæredem non transit. Ita tenet Bart. Bald. & Alberi. in d.l. idem proferre. post Innoc. in c. ex parte de arbitr. Abb. in d.c. fin. vbi post Anto. ponit rationem huius regnæ, quare compromissum extinguatur, & non transeat ad hæredes, dicens quod est, quia arbitrium est stricti juris, & non extendibile nisi exprimatur, quod secus in iudicio, vt in c. cum dilectus. de arbitr. & ibi. Abb. ponit alias rationes.
- 2 Amplia secundo, etiam si compromittentes post stipulationem

Iationem promiserit facere compromissum in vnum vel in plures usque quo causa expediatur: nā si alter mortuus fuerit, hæredes non possunt compelli ad compromittendum: nam si expirauit compromissum iam factum, ergo & promissio de compromittendo, quia non debet esse maioris efficacitæ quo ad transmittendum in hæredem spes compromissi faciendi resultans ex dicta promissione, quam sit ipsum compromissum iam factum. Ita per plura fundamen ta consuluit Paul. de Cast. in consil. 31. nu. 4. uolu. 2.

3 : Amplia tertio, etiam si alter ex compromittentibus ingrediatur monasterium, quia tunc etiam annullatur compromissum: arg. tex. in l. Deo nobis, C. de episco. & cle. & in authen. ingressi, & in aut. si qua mulier C. de sacr. sanct. eccl. Ita concludit Bap. de sanct. Blas. in d. tract. quest. 53.

4 : Amplia quarto, etiam si alter ex compromittentibus esset mortuus cimiliter, nam tunc annullatur compromissum, & non transit ad hæredes. Ita concludit Baptism. de san. Bla. in d. quest. 53. Aegid. de Bellam in d. c. fina. nume. 1. de arbitr. Quod tamen intelligo uerum, si bona morientis cimiliter sint publicata seu confiscata, ita ut fiscus habeatur loco hæreditis: per tex. & gloss. in l. inter eos, in §. ff. de fideiuss. & in l. quoties. ff. de nouatio. quod habetur in §. relegati. Institu. quibus modis ius patriæ potest. solui. ita tenet Ioan. de Imol. in d. c. fina. nu. 7. in fin. de arbitr. Facit pro hoc quod notat Bartol. nume. 14. in d. l. si quis arbitratu, in fine, ff. de uerborum obligatio. ubi tenet & determinat, in compromissio facto in arbitrarem, ut stante bâno cum publicatione honorum annulletur compromissum, quem sequuntur ibi Alexand. Roman. Iaso. & Socin. assertentes hanc communem opinionem. Quod si hoc procedit in arbitratore, quanto magis dicendum est in arbitrio, cuius compromissum facit, annullatur, vt notant doctor, in dicta l. si quis arbitratu.

5 : Amplia quinto procedere, quandocumque pro vna parte compromiserunt, si unus ex illis moriatur, & res erat individualia, tunc finitur compromissum. Ita concludit Alber. Galeot. in tracta. de arbitris versic. antepe. quem sequitur Io. And. in additio. ad Spe. in tic. de arbit. in §. finitur, nu. 2. Ange.

D. Petri Duen.

2. Ange.de Peru.in consi.248.nu.1.in fi. pro qua opinione  
est glo.in l.diem proferre in §.1.in verbo,morte,in fi.ff.de  
arbit.quam sequuntur ibi Barto.Bald.& docto. & hanc es-  
se communem opinionem tenet exprefie Maria.Socin.Iu-  
nior in d.consil.66.nu.13.vol.1.

1. Limita primo non procedere , si in compromisso dictū  
sit per partes , quodd compromittunt pro se & hæredibus  
suis:quia tunc non finitur morte, sed transit ad hæredes, vt  
probat tex.in d.c.fi.de arbit.& in d.l.diem proferre in §.1.  
ita tenet Specu.in d.§.finitur.nu. 2. Abb. & alij doctor. in  
d.c.fina.Bald.in consil.102.vol.3.Bart.& alij in d.§.1.Hip-  
pol.in singu.54.Marian.Socin. Iun.in d. consil.66. nume-  
7. vol. 1. Quod tamen intelligo verum , quando ab vtra-  
que parte ex compromittētibus compromissum sit pro hæ-  
redibus : secus tamen quando vna pars tantum de hærede  
mentionem fecit, nam tunc non comprehenduntur hære-  
des.tex.est in l.sed interpellatur in §.si ab altero. ff. de ar-  
bi.& ibi Bar.& Bal.Henri.Bohic in d.c.fin.nu.1. Ratio est,  
quia non debet compromissum claudicare, secundum Bal.  
in c.vno delegatorum.& ibi Barb.nu. 24.de offic.deleg.

2. Limita secundo,quādo post compromissum est lata sen-  
tentia,nam & si moriatur compromittēns, hæres eius suc-  
cedit in emolumenta vel damna,quod ex sententia contin-  
git, argu.tex.in d.l.diem proferre in princ. Ita tenet Spec.  
in tit.de arbit.in d.§.finitur.nu.3. Hent. Bohic & Abb.in d.  
c.fi.idem Abb.in c.ex parte.de arbit.

3. Limita tertio,quando per capitulum vel vniuersitatem  
esset factum cōprōmissum , nam tūc si aliquid de capitulo,  
vel de vniuersitate deficiant,& alij subrogentur, attamen  
compromissum tenet. Ita probat tex.& ibi hoc tenent Ange.& Pau.& Iaco.de S. Georg. in l.proponebatur ff. de iu-  
dic.& ita determinat Din.per illum tex. in l.si grege.ff.de  
lega.1.allegat etiam tex.in §.si grex.Insti.de leg.& ita etiā  
tenent Bal.Pau.& Imo.in d.l.si grege .

4. Limita quarto , quandocunque prælatus sub nomine  
dignitatis compromisit,quia tunc trāsit ad successorem eo  
mortuo.Tenet Are.per tex.ibi,post Ant.& Abb. in c. præ-  
sentata,nu.6.de testi.in l.notab. Quod tamen est verū,quan-  
docun-

docunque compromissum est factum de rebus ecclesiæ, nā tunc præsumitur factum nomine ecclesiæ. & durat: secus si requireret utilitatem canonicorum vel alicuius de vniuersitate, nam tunc mortuo aliquo ex ipsis exprimit compromissum. ita tenet Aret. in d.c. præsentata. Ang. & Bald. in d.l. si grege ff. de leg. 1. & notatur in c. querelam, ne præla. vices suas.

## Regula CXXIX.

**C O N S T I T U T I O**, vel dispositio ignorantes non ligat. Hanc regulam probat tex. in c. in lectum 34. q. 2. in c. si vero. el secundo. de senten. excom. bonus text. in l. si ignorans. iuncta glo. ff. loca. Hanc regulam ponit Panor. in consi. 35. nu. 1. vol. 1. Roma in consi. 473. nu. 1. Signorol. de Homod. in consi. 134. nu. 2. Io. de Ana. & ibi Ludoui. Belog. in addit. in consi. 72. Hier. Gra. in consi. 151. nu. 9. vol. 2. Albert. Brun. in consi. 20. nu. 2. Phil. Dec. in consi. 63. nume. 5. Philip. Corne. in consil. 106. nu. 10. vol. 3. Pau. Pari. in consi. 49. nume. 2. vol. 4.

- 1 Amplia primo, ut procedat si lapsus fuerit tēpus dñorum mensium à tempore promulgationis, quia nihilominus probata ignorantia excusatnr. Ut probat tex. in c. proposuisti. in f. 82. dist. glo. in c. secundo. in nerbo, ante prohibitionem. in f. de constit. Facit quod notat Ancha. in Clem. 1. nu. 13. de rebus eccl. non alic. ubi concludit, quod quando statutum est antiquum & inusitatum, licet sit inclusum in uolumine statutorum, quia tamen iuste ignorari potest, non ligat ignorantes, & valet actus contra tale statutum factus, quem sequitur Hippol. in consi. 49. nu. 49.
- 2 Amplia secundo, vt procedat etiam in sententia generali quæ non ligat ignorantes Phili. Fran. in c. 2. nu. 5. de consti. lib. 6. per glo. in c. à nobis el j. de sen. excom.
- 3 Amplia tertio, etiam si ignorans fuerit in leui, vel leuissima culpa. Ita concludit Decius in c. 1. 2. lectu. nu. 34. de constit. facit quod ante eum notat Cyn. in l. data opera. C. qui accusa. non possunt.
- 4 Limita primo hanc regulam, vt non procedat in l. habente clausulam decreti, quia illa ligat etiam ignorantes. Ut in c. 1. in §. adiiciebat, de concess. præben. lib. 6. & in c. si pult-

D. Petri Duci.

- postquam de præben. codem lib. glo. in e. si eo tempore, in verbo ignoranter, de elect. lib. 6. Contrarium tamen tenet Cardi. in cle. 1. quæst. 18. de elect. Ioan. Crot. in repet. 1. omnes populi col. 26. in prin. ff. de iusti. & iu. & in c. 2. in 1. li- mit. ad 3. notabile, de constitu. lib. 6. Mouentur, quia sicut de natura legis est ut non liget ignorantes. & hæc condi-  
tio tacite inest in lege, ergo etiam tacite inheret in clausu-  
la Decreti, facit gl. in verbo, Pauliana, in l. si patronus, in §.  
patronum, ff. si quid in frau. patro. & quod per eam notat  
Curt. Iun. in consi. 74. nu. 18. Et tenendo hanc opinionem  
ad iura supra allegata responde ut per Cardi. & Ioann.  
Crot. vbi supra.
2. Limita secundo, ut procedat quando agitur de damno  
vitando, secus si statutum auferat lucrum alii, quia tale  
statutum comprehendit etiam ignorantes. Ita tenet Ioan.  
Crot. in repet. l. omnes populi col. 27. versic. secunda con-  
clusio, ff. de iusti. & iure. Quæ limitatio videtur directo cō-  
tra doctrinam Bar. in l. anunculo, in f. nu. 4. ff. de condit.  
sine cau. vbi tenet, quod habens iustum ignorantiam excu-  
satur à pœna quæ consistit in amissione lucri. & ideo cre-  
do, quod Ioan. Crot. voluerit aliter loqui, scilicet in casu  
in quo statutum affert lucrum, quia tale statutum compre-  
hendit etiam ignorantes in eorum commodum, ut est tex.  
in l. pen. C. de decurio. li. 10. quem ad hoc notat Ancha. in  
c. cognoscentes nu. 7. de consti. allegat not. per Iano. & do-  
cto. in c. cum in cunctis, de concessio. præben.
3. Limita tertio, ut procedat quando ignorantia esset iu-  
sta, secus si esset crassa, supina, & affectata. Ut plene decla-  
rat Ioan. Crot. in d. c. 2. in 4. & vlt. not. de constit. lib. 6.
4. Limita quarto, ut non procedat quando lex imponeret  
nouam pœnam super actu à l. veteri prohibito, quia talis  
lex etiam comprehenderebat ignorantes. Tenet Dec. in d. c.  
. 2. in prima lect. nu. 35. de constit. In contrarium tamen fa-  
cit tex. in l. item apud Labeonem, §. si quis uirgines, ff. de in-  
iu. & in c. si vero, el ij. de senten. excom. de cuius veritate vi-  
de Ioan. Crot. in d. c. 2. super gl. in verbo, ignorantes, de cō-  
stit. lib. 6. Hier. Gra. in conf. 49. nu. 39. vol. 2.
5. Limita quinto, ut procedat quando sumus in casu du-  
bio,

bio, secus vbi certum esset, quod lex voluit comprehendere ignorantes. Ut est gl. in cle. 2. de hereti. ita tenet Dec. in d.l. 2. lect. nume. 34.

- 6 Limita sexto, ut licet ignorans excusatetur à pœna ordinaria, tamen ignorantia ad cautelā imponitur pœna, ut probat tex. iuncta glo. ibi, in c. lectū. 34. q. 2. & ita per illum tex. tenet Dec. in d.c. cognoscētes, in 2. lectura, nu. 33. de consti.
- 7 Limita septimo, ut procedat vbi & procedit imponēdo pœnā pro culpa, secus si lex procedat inferendo damnū ex causa sine culpa, quia talis lex etiam ignorantes ligat. Tenet Ang. in prin. ff. si quis omissa causa testamenti, quem se quitur Decius in d.c. 2. in 2. lectu. nu. 33. de consti.
- 8 Limita octauo, ut non procedat in sententia speciali, quæ ligat etiam ignorantes. Tenet Phil. Franc. in c. in animalium, nu. 5. de constituta lib. 6. allegat tex. in c. ad Apostolice, de cleri. excom.

## Regula CXXX.

C A P. quamuis, de pact. lib. 6. limitatur per Soc. in reg. 150. 36. modis. Quæ tex. limitat, vbi notabiliter tractat materia Matth. de Affl. in c. si quis inuestiterit, de feudo dato in ui. l. commisso. in Vtibus feudo, à nu. 20. vsque ad nu. 43; vbi limitat, eum 16. modis, & ibi per totum tractat materiam. Et istum tex. limitat Pau. de Cast. in l. Paulus, §. 1. ff. de acqui. hære. & in l. 1. in §. inde Neratius, & ibi Ripa, ff. ad Trebel. Octo limitationes ponit Roma. in l. qui superstitionis, nu. 1. vsque ad septimum, ff. de acqui. hære. & circa materiam huius tex. & eius intellectū, & alias limitationes quæ in varijs locis ponuntur, vide vltra loca ordinaria, scilicet doct. in l. fin. C. de pactis, & in l. pactum quod dōtale. C. de colla. vbi Romanus notab. nu. 10. cū alijs Bar. & Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. in Authen. sacramenta p̄uberū, C. si aduer. vend. & c. cū cōtingat. de iure in. vbi Alcia. nu. 66. Et vltra alia loca, & remissiones quæ ponit ipse Matthæ. de Affl. vbi supra, nu. 42. vide Doct. in l. 22. Tauri. notabiliter Corn. in cōs. 29 1. nu. 1. cum alijs, in 4. vol. Fortu. Garsia in tracta. de ultimo fine iuris cano. & ciuili. nu. 304. cum sequen. Ioan. Crot. in repe. l. frater à fratre col. 16. fall. 1. ff. de condi. indeb. Philipp. Deci. in con-

si. 180. nu. 3. & in consi. 181. nu. 1. cum alijs. & in consi. 184.  
 & consi. 796. nu. 3. & in consi. 475. nu. 5. cum seq. & in l. frau-  
 dis interpretatio. nu. 2. & 3. ff. de regul. iur. & in c. causam  
 matrimonij. nu. 23. de offi. deleg. Felin. in c. 1. nu. 6. de iu-  
 reiu. Ripa in l. 1. nu. 69. ff. de vulga. & notabiliter in lisi yn  
 quam. in prin. nu. 9. cum sequen. C. de reuo. dona. vbi latissi-  
 mè Tiraquel. in prio. nu. 150. cum seq. Palo. Runi. in repe-  
 til. Rub. de dona. §. 64. & latissime Rode. Xarez in repe-  
 til. quoniam in prioribus. in 4. limitatione. nu. 1. cum alijs  
 fol. 70. col. 4. C. de inoffi. testa. Montaluus in l. 6. tit. 11. lib.  
 1. fori. in gloss. si. & in l. 9. tit. 6. lib. 3. fori Matth. de Afflict.  
 in decis. Neapolita. decisio. 322. nu. 11. Gomez. in §. item si  
 quis in fraudem. nu. 2. Insti. de actio. Chassa. in consue. Bur-  
 gun. in tit. [dos droiz] rub. 4. §. 7. fol. 165. col. 3: nu. 8. & in  
 tit. [des successions.] rub. 7. §. 12. fol. 273. col. 2. nu. 34. Gu-  
 liel. Benedict. in repe. c. Rainutius in verbo, duas habens si-  
 lias. nu. 190. cum alijs. Paris. in consi. 26. nu. 77. volu. 3. Za-  
 sius in consi. 1. vol. 2.

## Regula. cxxxii.

**C O N F I R M A T A.** ea, quæ sunt iuri contraria, non in-  
 telliguntut per simplicem confirmationem. Hanc regulā  
 per illum textum ponit Bal. in c. 1. in princ. nu. 2. per quos  
 fiat inuesti. in vslb. feudo. allegat notata in l. 1. ff. de his qui  
 sunt sui vel alie. iur. vbi notatur, quod illa regula quæ di-  
 cit, quod quicquid acquisit filius, acquirit patri, intelligi-  
 tut de acquisitione iusta & non iniusta. idem tener. idem  
 Bald. in d. 1. 1. allegans tex. in l. diuus. in §. sed nec ff. de fal-  
 sis. facit tex. in l. quod scruius ff. de acqui. posses. notat idem  
 Bal. in l. 1. ff. de cōsti. prin. vbi allegat notata in l. 2. C. de di-  
 uersis prēd. lib. 12. idem Bal. in l. cum oporteat. col. 3. C.  
 de bonis quæ liberis. vbi dicit ita tenere. Cyn. Pro quo fa-  
 cit, nam in confirmatione ea iura intelliguntur confirma-  
 ri, quæ valida erat tempore confirmationis: vt in l. Aure-  
 lius §. testamento. ff. de libera. lega. & in l. si quis priore. ff.  
 ad Trebel. quæ iura allegat Alberi. in tracta. statuto. q. 21.  
 & hęc regula probatur in l. 2. C. de fundis & saltibus rei  
 domini. lib. 12. De iure canonico probatur in c. ad nostrā.  
 de confirmatio. vtili de inuti.

Fallit

- 1 Fallit primo, nisi princeps, ex certa scientia confirmasset actum nullum vel infirmum: nam tunc confirmatio supplet omnem defectum. Ita tenet Inn. in c. 1. de confirmat. utili vel inuti. & ibi gl. Bald. d.c. 1. per quos fiat inuesti. nu. 2. allegat in arg. tex. in d.l. Aurelius in §. testamento idem tenet Imo. in l. quidam consulebant. ff. de re iudica. notatur in c. si motu proprio. de præben. in §. facit quod notat Iason in l. 1. nume. 3. ff. de constitu. princip. in l. fin. hum. 12. ff. de pactis. tenet Curtius Iunior in l. hæres absens. in principio. nume. 16. ff. de iudic. Quam limitacionem intelligo veram; si predicta confirmatio facta super re invalida ex certa scientia; si sit facta cum cause cognitione & citatione partis: alias secus, tenet Innocen. in d.c. 1. nume. 1. Specul. in titulo. de legato. in §. nunc ostendendum. nume. 14. Archidia. in c. Cenomanensem. nume. 1. 56. distinctio. Romanus in singula: 424. pro quo facit quod posui in regul. 44.
- 2 Fallit secundo, nisi Papa confirmaret factum proprium. Secundū Bald. in d.c. 1. nu. 2. per tex. in l. legata inutiliter. ff. de legat. 3.
- 3 Limita tertio, nisi in confirmatione esset clausula, confirmamus, & de nouo concedimus, de quo per Andra. de Isernia in c. 1. Vassallo decrepitæ ætatis, in vñi. feudo. doct. in c. inter dilectos. fide instru. Sed an & quando ille qui confirmat videatur de nouo dare, vide singularem distinctionem. Cy. in l. & quia quem refert & sequitur Bald. ibi. ff. de iurisd. omn. iudi.
- 4 Limita quarto, quando peteretur confirmatio a domino, qui teneret & possideret feudum, quod petitur confirmari, qui fuit spoliatus præter patentis confirmationem, tunc talis confirmatio per quam restituitur possessio videatur noua traditio feudi. & hoc per tex. in l. 3. in §. Nerua si lius. in verbo. nancisci. ff. de acqui. posse. secus quando possessio esset vacans, tunc dicitur cotinuari, secundum Abb. in c. cum venissent. de restitu. in integ.
- 5 Fallit quinto, quando confirmatio fieret successore, qui non tenebatur confirmare feudum quod ipse dominus possidet, nam tunc confirmando dicitur noua concessio. ar. M 2 . 16.

D. Petri Duen.

1. si ante, ff. ad leg. Fal. & in l. stipulatio ista, in §. si quis ita, ff. de uerbo. obligatio. & in l. si cum vno, ff. de except. rei iudic. Ita tenet Old. in consi. 178. nu. 1. Ioan. de Imola in c. inter dilectos, de fide instrumen. nu. 24. ubi tenet, quod quando successor potest primam inuestitutam reuocare, tunc confirmando dicitur de nouo concedere: quem sequitur ibi alij Doctores.

6. Sexto fallit, nisi priuilegium confirmationis; quædam confirmaret, & quædam infirmaret: argu. text. in l. tribunus, in §. vlti. ff. de testa. milit. Ita tenet Bal. in d. c. 1. nume. 2. per quos fiat inuestit.

Sed supra dictæ limitationes in minore non vèndicant sibi locum, quia tunc talis confirmatio dicitur potius noua concessio, quam minor facere non potest, d. cap. 1. maior autem, qui habet legitimam administrationem bonorum suorum, bene posset ex certa scientia facere confirmationē iurium inualidorum, vt in iurib. supra alleg.

Regula cxxxii.

CONSORIS sine mandato potest agere; & excipere pro cō sorte. Hanc regulam probat tex. in l. 2. C. de consorti. eiusdem litis. Et circa hanc regulam vide Nicolaum Bellon. in consi. 26. nu. 5. & 6.

Hanc regulam cum quatuor limit. pónit Bernar. de Luco in reg. 135. referendo se ad Fel. in c. cum M. Ferrariensis, nū. 8. de constit. Eandem regulam cum quinque limit. pónit Ripa in d. c. cum M. Ferrariensis, nu. 53. de constit.

Regula cxxxiii.

CONSTITUTIONES; leges, vel canones facti per uerba generalia, dicuntur generales. Hanc regulam ponit Deci. in c. 1. lectu. 1. nume. 28. de cōstitu. Ratio huius regulæ est, quia ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de Publicia. & in l. 3. §. si liber homo. iunct. glo. in uerbo, accepisset, ff. de conduct. ob. caus. & lex edicta lis appellatur generalis, vt in l. hac edictali, C. de secun. nup. secundum Matthæum de Afflic. in consti. Neapol. lib. 1. Rub. 82. nume. 1.

Amplia primo vt procedat, etiam si esset aliqualis ratio dubitandi, an lex sit generalis, vel non, quia solemus dicere

re quod lex simpliciter facta comprehendit omnem casum, dato quod in uno sit maior ratio quam in alio. Ut in l. i. in §. quod autem, ff. de aleato. in l. in fraudem, in §. si. ff. de testamen. mili. & in l. i. in §. generaliter, ff. de lega. præstan. bonus text. quem ad hoc ponderat ibi Galiaula in prin. in l. i. in §. si. ff. de verb. obl.

- 2 Amplia secundo ut procedat, etiam si talis lex ita generaliter intellecta contineret rigorem, & esset dura. Ut est text. in l. prospexit, ff. qui & à quibus.
- 3 Amplia tertio, etiam si lex sit solum generalis in fine, & specialis in princ. Ut est glo. in Rub. C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri posse & ibi Alberic.
- 4 Amplia quarto ut procedat, etiam si lex si solum generalis in sui præfatione, & initio: quia licet loquatur postea per uerba specialia, tamen tota lex erit generalis. Ut probat tex. quem ad hoc ibi ponderat Bar. in l. regula, in §. fini ibi, nam initium constitutionis, ff. de iur. & facti igno. ita tenet Philip. Deci. in c. i. in r. lect. nu. 35. de constitutio. Cur. iun. in consil. 85. nume. 1. facit quod notat Signo. de Homo deis in consil. 6. nume. 6.

## Regula cxxxiiii.

**C**ONS V E T V D O Ecclesiæ, vt Canonici si non residēant percipiāt fructus beneficiorum suorum, valet. Hæc regulam probat tex. & ibi Abb. in r. notab. in c. cum omnes de constit. & per illum tex. tenet gl. in c. dudum el ij. in verbo, retinere de electio. Eandem opinionem tenet gl. in c. gratia in uerbo, de iure, de rescrip. lib. 6. gl. in c. conquerente, in uerbo, deseruat, de cleri. nō residen. Et sic per supra dicta tenet Pano. in c. extirpandæ, in §. quia uero nu. 15. & 31 de præben. & in consil. 96. nu. 2. vol. 2. in medio Federi. de Senis in consil. 246. nu. 1. Ioan. de Imo. in c. quia nonnulli nu. 6. de cleric. non residen. & ita concludit Rochus de Curte in c. si. nu. 500. de consue. Ioan. Selua in tract. de benefi. in 4. par. nu. 1. quæst. 2. Et circa hæc regulam vide Pau. Paris. in consil. 32. vol. 4.

- 1 Amplia primo, habere locum in statuto de non residen do, quia valet statutum permittens licentiam non residen di. Ut est glossa in d. c. gratia in uerbo, retineri.

- 2 Amplia secundo etiam si in fundatione sit expressum, quod fundator dotabat Capellam, & donabat praesbitero eligendo pro Missis ibidem celebrandis. Ita tenet Lopus in allega. 37.nu.2.in titu. de probend. quem sequitur Ioā. Selua in d.2.q.nu.5. & sic procedit etiam, si ex ordinatione testatoris ecclesia deberet conferri vni, ut ibi quotidie celebraret; quia valet consuetudo ut per alium celebret.
- 1 Limita primo non habere locum in beneficio curato. Ut tenent Archidiaco. Geminia. & Praeposi. in c. sacerdotibus, 3.1. distin. idem Domini. in c. fi. nu. 8. de rescript. lib. 6. Abb. in d. c. quia vero. nu. 32. Felin. in c. cum olim. nu. 33. de constitutio. & ibi Dec. in 2. lectu. nu. 6. Ioan. Selua in d.2. quæstio. nu. 3. Franē. Ripa in lib. 1. responso. cap. 14. nu. 33. facit tex. in c. licet. Canon. de electio. lib. 6. Sed iusta ex causa episcopus. potest dispensare cum curatis, ut deseruit per substitutum. d. c. licet Canon. in fi. & c. cum ex eo. de electio. li. 6. de quo vide Francis. Rip. in c. cum M. Ferra rialis. nu. 29. de constitu. Porro 171. casus, in quibus episcopus potest dispensare cum clero de non residendo in suo beneficio. ponit Ioan. Selua in tracta. de benefic. in 4. par. quæstio. 7. per totam.
- 2 Limita secundo, in ecclesijs cathedralibus, seu canonicealibus, quando ecclesia pateretur defectum in ministris. Ita concludit Felin, in d. c. cum omnes, nu. 33. per not. in d. 9. quia vero. & in c. peruenit. el ij. de appella. quem sequitur. Ioan. Selua. in d.2.q.nu.8.
- 3 Limita tertio, quando talis consuetudo præberet occasioem vagadi; ut quia permitteret quem sine causa se absentre a beneficio. Ita Jan. in c. ex tu. nu. 3. de cler. non resi. & ibi Anch. & Doc. Ioan. de Imo. Philip. Dec. & Felin. nu. 33. in d. c. cum omnes. Ioan. Selua in d. nu. 8. Abb. in §. quia vero. nu. 32. & sic talis clericus potest reuocari ad residentiam: & si non redierit, priuari beneficio. facit tex. in c. fi. de reg.
- 4 Limita quarto, quando consuetudo esset sine aliqua iusta & rationabili causa. Ita Deci. in d. c. cum omnes. nu. 5. in 2. lect. Syluester in verbo, residentia. 2. q. facit quod not. Bald. in d. c. cum omnes. nu. 9. quæd consuetudo hæc debet intelligi de absentia ignominiosa vel dissoluta.

- 5 Limita quinto, in beneficijs regularium, et iam manu-alibus, & sine cura. Ut est tex. in Clemen. ne in agro. in §. sa-ne el. ij. de statu monachorum , nisi dispensetur causa stu-dij, ut ibi dicitur .
- 6 Limita sexto, nō procedere in distributionibus quotidia-nis: quia non valet consuetudo, quod clericus non residens illa percipiat. Ut est tex. & ibi glo. in c. i. de cleri. nō resid. lib. 6. facit etiam tex. in c. de cætero. & ibi Doct. eod. tit. vbi dicitur , quod illi qui singuntur residere, si non resident, non percipiunt distributiones quotidianas, & ita notabili-ter tenet Pau. Paris. in consil. 33. nume. i. cum sequ. & in cō-sil. 32. nu. 6. vol. 4. & ibi ponit, quę propri dicantur distri-butiones quotidianæ . Et sic licet aliquis sit priuilegiatus, ut percipiat fructus sui beneficij non residendo, tamē non percipiet quotidianas distributiones, & ita tenet Feli. in c. Iacobus, nu. i. de simo.

## Regula cxxxv.

**CONSVETVDO** laicorum non ligat cléricos. Hanc regu-lam ponit Cin. in l. 2. ad f. C. quę sit longa consue. Abb. & Cano. in c. ecclesia sanctæ Mariæ de constit. Domi. in c. i. de iure iur. libr. 6. Baptista de S. Seuer. in repet. l. cunctos. populos, col. 85. versi. tertia conclusio Bar. C. de sum. Tri. & fide cathol. Anto. de Butr. in Rub. de consuetu. nume. 3. & 12. Ratio huius regulæ est, quia iurisdictio spiritualis & temporalis distincte sunt & diuisæ: vt in c. celebritatem de conse. dist. 3. & in auth. de instr. caute. & fide, in §. quis igi-tur, coll. 6. vbi dicit tex. quod Imperator habet potestatem à Deo. Facit pro hac op. tex. in c. fi. de vita & honest. cleri co. in fi. vbi dicitur, quod clerici non subiacent statutis nec consuetudinibus patriæ, facit tex. in c. fi. de reb. eccles. non alienā, tex. & ibi Abb. in c. peruenit, de arbitr. & ita tenet Remi. de Cöny in tracta. de charitatuo subsidio, pag. 266.

Hac regulam cum decem ampliationibus, & duodecim limitationibus ponit Rochus de Curte in tracta. de cōsue-tu. in 11. q. à nu. 653. vsque ad nu. 697.

## Regula cxxxvi.

**CONSVETVDO** contra ius non extenditur ut in l. quod non ratione, ff. de legi. in cap. quod translationem de offic.

lega. & ita communiter teneat Doctor. excepto Fulgo. in l. de quibus. ff. de legi. ad quem ibi respondent Docto. præmissam tamen regulam tenet idem Fulg. sibimet contrarius in consl. 66. incip. Ser Guarnerius. vbi dicit quod consuetudo de qua in l. dos à patre. C. solu. mat. nō extéditur.

Hanc regulam cum decem limitationibus ponit Rochus de Curte in c. fi. de consuetu. nu. 321. vsque ad nume. 351. Hanc etiam regulam ponit Aymon Craue. in tracta. de antiquitate temporis. in 4. parte. in prin. fol. 110. & ibi in nu. 48. vsque ad nu. 151. limitat eam uno & viginti modis. Est tamen notandum quod decimam quartam limitationem. quæ est ibi in nu. 98. sublimitat decem modis. & eam declarat vsque ad nu. 136.

*Regula* CXXXVII.

**C**ONS V E T V D O contra ius naturale non valet. Ita probatur in c. fina. & ibi Abb. & Doctor. de consuetud. Et intelligitur ius naturale ibi, cuius transgressio inducit peccatum: & illud ius naturale appellatur ius diuinum. secundum Ioan. Andra. Ant. & alios Doctor. in d. c. fi. facit tex. in c. 1. 1. distinct. glo. in princip. Institu. de iure naturali. & ita concludit Rochus de Curte in tracta. de cōsuetu. nu. 78. & hanc esse communem opinionem tenet Laur. Sylvanus consl. 10. nu. 39. Et circa hanc regulam vide Albertum Brunum in consl. 43. nu. 20. Guliel. Mayne. in l. quoties. nu. 86. ff. de regul. iur. Paul. Parisium in consil. 78. nu. 193. vol. 4. Alex. in consl. 196. nu. 13. vol. 2. Sigismundum Lofredum in consl. 50. nu. 52.

Hanc regulam ponit Rochus de Curte. in d. tracta. de consuetu. nu. 78. vbi vsque ad nu. 98. eam declarat: & à nu. 98. vsq; ad nu. 141. ampliat eā 8. modis. & limitat 5. modis.

*Regula* CXXXVIII.

**C**ONS V E T V D O inducitur de iure ciuili spatio decem annorum. Hanc regulam ponit Panor. quem sequuntur ibi alij Doct. in c. fi. de consuetu. nu. 11. Bartol. in l. de quibus. nu. 14. & ibi Ias. nu. 41. ff. de legib. & prædicta conclusio est communis, siue consuetudo sit contra ius, siue præter ius: secundum prædictos docto. facit id quod habetur in l. diurna ff. de legib. & in Rub. C. quæ sit longa. consue-

- consuetu. & opinionem huius regulæ dicit esse communem  
Syluester Aldobrand. in §. ex non scripto. nu. 19. Institu. de  
iure natu. & ibi Christopho. nu. 4. Et circa hanc regulam  
vide Tho. Gram. in dec. 64. & notab. Aymo Crauet. in trac.  
de antiqui. temp. in 4. part. in princ. nu. 9. fol. 105. col. 4.
- 1 . Limita primo, ut procedat in consuetudine propria, &  
ueras secus in consuetudine facta, & in titulata, quæ momen  
to induci potest. Exemplum, ut si populus uno momento  
dicat uelle obseruari pro consuetudine, quod maior na  
tus succedat, uel si id ex populi consensu eligatur, & sic de  
similibus. Ita cōcludit Anto. de But. post Pet. de bella per.  
& Guliel. de Cugno in repe. c. si. nu. 17. de consue. Bart. in  
d.l. de quibus. nu. 14. quæ sequitur ibi. Ias. nu. 41. ff. de legi.
  - 2 . Limita secundo, nisi consuetudo tendat contra ea quæ  
sunt reseruata Principi: quia tunc requiritur tempus cuius  
initij memoria non extat: ut in c. super quibusdam. in §. pre  
terea, cum simil. de uerbo. sig. Ita tenet Alex. in consil. 6,  
vol. 1. Iacobi. in l. de quibus. nu. 31. ff. de legi. Porro quæ  
sint ea, quæ principi reseruata sunt, traditur per Bald. in  
l. rescripta. C. de preci. Impera. offeren. per gloss. & docto.  
in c. quod translationem. de offic. lega. tex. in c. vnico, quæ  
sint rega. in vlib. feu. Paul. de Cast. & ibi Ias. nu. 24. in l. 1.  
ff. de offi. eius. Circa quam fallentiam vide quæ dixi in re  
gu. 90. fallen. 1.
  - 3 . Limita tertio, quando consuetudo detrahit iura alicu  
ius ecclesiæ: quia tunc requirentur 40. anni. Ita tenet In  
noc. in c. cum dilecti. de consuetudi. quem sequitur Abb.  
in d. nu. 11. Iacobi. in d.l. de quibus. Et licet secundum Abb.  
Inno. intelligat hoc, quando consuetudo venit ad detra  
hendum iura alicuius ecclesiæ particularis: secus si veni  
ret contra ecclesiam vniuersalem. sed Panor. dicit hanc ra  
tionem diuersitatis inter istos casus non esse bonam: quia  
non minus favorabile debet esse totum corpus ecclesiæ,  
quam aliquod membrum ipsius ecclesiæ. & illud dictum  
Abba. dicit esse notandum Iacobi. vbi supra nu. 30.
  - 4 . Limita quarto, ut non procedat, quando consuetudo  
contra ius est irrationabilis, & sumus in foro ciuili: quia  
eo casu requiritur tempus 30. annorum. Tenet Bal. in c. 1.  
quali.

quali. seu. olim poterat aliena. idem Bal. in c. cleric. de iudicatu. 3. per glo. in l. domini prædiorum, in uerbo, consuetudo, C. de agrico. & censi. lib. 11. quem sequitur Areti. in consi. 63. nu. 1. in fine :

5. Limita quinto, quando consuetudo est contra legē, quæ nunquam fuit recepta in obseruantia ignorāte superiore, quia tunc requiritur præscriptio 40. annorum. Ita tenet Abb. in c. 1. nun. e. 4. in medio, de treu. & pace, quam opinionem conatur defendere Rochus de curte in tracta. de consuetu. nu. 303. sed in contrarium est communis opinio secundum eūdem ibi : a qua opinione in practica durum esset recedere, vt ibi dicit.

## Regula cxxxix.

CONVENTUO quæ est præter ius, de iure Canonico, in ducitur spacio decem annorum. Hanc regulam ponit Panorm. in c. fina. nu. 11. de consuetu. per gloff. in c. fina. eo. tit. lib. 6. in verbo. consuetudo, quæ loquitur in consuetudine optandi, quæ solum decem annos requirit. & ita tenet Oldrad. in consi. 285. nu. 3. facit etiam glo. in c. cōsuetudo 124 distin. & in c. litigantes in verbo, statuimus de offi. ordin. lib. 6. & ita tenent communiter Doct. in d. c. fi. Abb. & Felin. in c. statuimus, de maiori. & obediē. tenet etiam Aret. in consi. 23. nu. 11.

1. Limita primo, quando consuetudō tendit ad detrahendum iuri alicuius ecclesiæ : quia tunc requiritur tempus 40. annorum. Vt in c. de quarta, de præscrip. tenet Abb. post In nocēn. in c. dilectus, de consuetu. Fel. in d. c. statuimus, in 1. limit. facit pro hoc quod dixi, supra in præcedenti regula.

2. Secundo limita, vt non procedat quando dispositio requirit consuetudinem legitime præscriptam: quia tunc, licet non esset contra ius, requireret spatium 40. annorum, facit tex. d. c. fi. de consuetudi. & in c. Cumana. & ibi Abb. de electioni. & in c. non est putanda, de consuet. lib. 6. & in c. cum de beneficio. præben. eod. lib. ita concludit Roch. de Curte in tract. de consue. nu. 245.

## Regula cxi.

CONVENTUO contra ius, de iure Canonico requirit spatium 40. annorum. Quam regulam ponūt Abb. Ioan. And. &

& Doct. in c. fi. de consue. nume. 1. i. vbi assignat rationem, quia clerici inducendo consuetudinem contra ius: quasi præscribunt contra legem superioris: ideo requiritur tempus, quod in præscriptione contra clericos vel ecclesiam requiritur, & quare talis consuetudo requirat maius tempus quam consuetudo de iure ciuili, colligitur ex doctrina Inno. in c. cum dilectus, de consue. & ex Hosti. ibi: vbi refert Rotam in decis. 6. in tit. de consuetu. in nouis, secundum nouam impressionem, & secundum antiquam in decisio. 469. Et præmissam conclusionem firmant Bar. & Doct. in l. de quibus, ff. de legi. Alex. in consi. 68. vol. 2. nu. 6. licet Barba. teneat contrarium in d. c. fi. de consuetu. sed pro opinione huius reg. facit tex. in d. c. fi. ibi, non sufficit consuetudo longæua quo ad præiudicandum iuri posituo: ergo probat, quod non sufficit tempus decem annorum, vt præponit ibi Barba. & probatur supra dicta conclusio ex ijs quæ tradit Iac. de Bel. in c. 1. in prin. qui feud. dare poss. vbi dicit, quod ad hoc ut res ecclesiæ dicatur consueta concedi in emphyteusim, requiritur tempus quadraginta annorum, quem sequitur Alex. in consi. 10. nu. 6. volu. 3. probat etiam ex tex. in argu. cum ibi notatis in c. cum de beneficio, de præben. lib. 6. Circa quam regulam vide Aymo. Crav. in tract. de antiqui. tempo. in 4. par. prin. nu. 7. & 8. fol. 105. vbi ponit 2. limita.

Hanc regulam cum vnica ampliatione, & septem limitatio. ponit Soc. in regu. 29. in posterioribus. Hanc etiam regulam cū una amplia. & 8. limita. ponit Rochus de Curte in tract. de consuetud. à nu. 293. vsque ad nu. 308.

## Regula CXL I.

**CONSVETVDO** potest induci, & ualet etiam si non inducatur sciente Principe, vel illo qui potest ius condere. Hæc regulam ponit Abb. in d. cap. fina. nume. 13. de consuetu. quem sequuntur ibi Docto. & ibi Barba. nu. 21. dicit, quod hæc est communis opinio. Hanc opinionem tenet Alexan. in consi. 6. nume. 4. volu. 1. Corne. in consi. 155. nume. 7. volu. 4. & hæc fuit opinio glossi. in istis, in §. leges, in gloss. fina. 4. distinct. & ibi Doctor. quam opinionem tenet Gemini. in cap. frustra. 8. distinctio. vbi dicit, quod gloss. & similes

les contrarium tenentes communiter reprobatur, vbi adducit alias authoritates ibi Præposi. nume. 9. & sequitur Abb. in consi. 7. volum. 2. licet contrarium teneat gloss. in cap. fina. de consuetu. & in d. cap. frustra, 8. distin. & Ol-dra. in consi. 237. nume. 3. in consi. 244. nume. 7. Sed opinio. glossarum approbatur hodie per l. 5. titu. 2. part. 1. In quo est notandum, quod licet non requiratur scientia Principis, ut supra dixi: requiritur tamen scientia populi, vel maioris partis, scientia enim requiritur in consuetudine inducenda eorum, qui possunt statuta condere: quia sicut requiritur eorum scientia, & expressus consensus in condendis statutis: eadem ratione requiritur corum scientia, ex qua causatur tacitus consensus ad consuetudinem inducendam, & istud est quod voluit dicere glo. in dicto capi. fina. de consuetudi. requirens scientiam illius; qui potest ius condere, & quod talis scientia requiratur, probatur in d.l. de quibus, & clarius in cap. cum consuetudinis, de consuet. ita tenent Ioan. And. Anto. & Cardina. in d. c. fi. Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. Corne. in consi. 293. nume. 4. & 18. volu. 3. ita tenent Doct. in d.l. de quibus, ff. de legi, & hoc est tenendum, quicquid teneat Gemi: in c. fi. per illum tex. de consuetu. lib. 6. qui non probat, sciunt tamen præfari Doct. quod nō requiritur scientia populi congregati, seu quod actus defuerat ad notitiam populi congregati: quos refert & sequitur Corne. in consi. 296. num. 5. vol. 4. licet ibi referat alios tenere contrarium.

<sup>1</sup> Limita primo, quæ consuetudo induceretur contra ius publicæ utilitate, & austeritate: quia tunc requiritur scientia Principis secundum Ioan. And. in cap. fi. de censi. lib. 6. & ibi Geminia. Speciil. in Rûbr. de feud. vbi dicit non valere consuetudinem sine scientia Imperatoris, quod feuda imperialia diuidantur, quod sequitur Felin. vbi refert alios Docto. idem tenentes in c. cum ex officijs, nume. 8. de præscriptio. licet Abb. ibi contrarium teneat, quam opinionem Abb. conatur defendere Præposi. Alexand. in cap. frustra; nume. 9. 8. distinet.

<sup>2</sup> Secundo limita, quando lex reprobat consuetudinem: quia tunc consuetudo contraria non valet nisi Princeps scien-

sciente. Ita tenet Ioan. And. in additio. ad Specu. in titu. de instrumen. æditione, in §. compendiose, nume. 13. Geminia. in glo. summae 11. distin. nume. 4. Felic. in d. c. cum ex officij nume. 8. Abb. & ibi Felic. nume. 6. in c. accedente, de præscript. Anto. de Butr. in repeti. cap. fina. nume. 51, cum alijs, de consuetu.

3 Tertio limita, nisi consuetudo inducatur in sacramentalibus, puta in consuetudine benedicendi corruptas: quia tunc requiritur scientia Principis ad hoc, ut talis consuetudo valeat. Ista est gloss. quam ibi extollit Abb. in c. vii autem, de secun. nupt. quem sequitur Præposi. Alexandri, in cap. frustra, nume. 9. 8. distinct. de qua limitatione dicit dubitare Rochus de Curte in d. tracta. de consuetu. nume. 253. propter restrictionem generalitatis textus in d. capit. fina. de consuetu.

4 Quarto limita, ut non procedat in consuetudine quæ sit contra reseruata Principi, ut dixi supra in regu. 138. in 2. limita. quia tunc ad consuetudinem inducendam requiritur Scientia Principis. Ita glo. in cap. penulti. de filijs præbyte. Geminia. vbi allegat aliam gloss. in summa 11, distinct. Barto. in l. si Publicanus, in §. in omnibus nume. 1. ff. de publica. & vectiga. Sed contra hanc limitationem tenet ibi Ioan. de Imol. in dicto §. in omnibus, per text. in cap. super quibusdam, de verborum significatio. vbi non requiritur Scientia Principis quo ad hoc, ut valeat acquisitio reseruatorum Principi per tempus, de quo ibi, & sequuntur Doctor. in varijs locis, prout refert Felic. qui idem tenet in c. cum nobis, nume. 2. de præscript. Ias. in l. imperium, nume. 21. ff. de iurisdict. omnium iudic. Alexand. vbi dicit hanc esse communem opinionem, in consi. 6. nume. 6. volu. 1. eandem opinio. tenet Alexand. in consi. 125. nume. 1. volu. 2. & in consi. 24. nume. 16. volum. 5. Balb. in tract. præscript. in 2. par. 3. par. prin. q. 6. nume. 22. Curt. iun. in consi. 158. nume. 12. Iacob. de Sancto Georg. in tracta. feudo, in parte. cum mero & mixto imperio, nume. 20. Anto. Rubeus Alexan. in consi. 21. nu. 6. And. Alciat. in l. munus, ff. de verbo. signifi.

Regula CXLII.

**CONSVETVDO** tollitur, si est præscripta per aliam contrariam consuetudinem præscriptam. Hanc regulam probat gl. in l. nemo, in §. temporalis, ff. de regu. iur. & eam per illum tex. ponit Abb. in c. fi. de consue. num. 10. & ibi Anto. de But. in repet. nu. 63. Barba. in d. e. fina. num. 76. extollens glo. illam: vbi allegat pro ea casum singularem in l. fi. C. de seruitu. & aqua. Aret. in cons. 23. nu. 11. & 12. Roma. in singu. 42. Ias. in l. beneficium, nu. 58. ff. de constitu. princ. & Areti. vbi supra dicit, quod tantum tempus requiritur ad consuetudinem tollendam, quantum ad inducendam, facit tex. in c. 1. de regu. iur. in anti. & hanc opinionem tenet Feli. in c. cum accessissent, nu. 30. de constitu. in vers. septimo limita, & ibi Deci. nu. 93. Ias. in l. de quibus, num. 79. & 80. ff. de legi. Card. in cons. 131. nu. 6. Pau. Paris. in cons. 21. nu. 14. vol. 1. Hierony. Cagno. in d. §. temporalis. Alcia. in l. motibus, nu. 3. ff. de vulg. Et circa hanc regulam vide Pirrhum Engleber, in d. §. temporalis.

Hanc regulam cum duabus limitationibus ponit Bernar. de Luco in regu. 142. Eandem ponit Roch. de Cur. in tract. de consuetu. nu. 405. vbi in num. 410. vsque ad nu. 429. limitat eam 5. modis.

Regula CXLIII.

**CONSVETVDO**, quæ est contra ecclesiasticam libertatem, vel onerosam, non valet. Hanc regulam probat tex. in c. 1. & ibi Abb. de consuetu. in c. nouerit, & in c. grauem, de senten. excom. in c. cum causam, de re iudica. De iure regio est text. in l. 2. titu. 9. par. 1. & in l. 2. titu. 3. lib. Ordi. Et que dicuntur esse contra libertatem ecclesiæ, ponit tex. in c. fi. de immu. eccl. lib. 6. text. in l. 19. titu. 9. par. 1. & l. 8. & 10. titu. 3. lib. 1. Ordi. Bartol. & Docto. in l. 1. C. de summa Trini. Et circa hanc regulam vide Paul. Paris. in cons. 27. per totum volu. 1. Carol. Ruin. in cons. 41. num. 45. volu. 1. & in cons. 156. nume. 8. volu. 4.

Hanc regulam ponit Bernar. de Luco in regu. 139. cum tribus limitatio. Eandem regulam ponit Rochus de Curte in tract. de consuetu. nu. 453. vbi in nu. 453. vsque in nu. 460. ampliat eam uno modo: ex qua ampliatione vsque ad nu.

nu. 489. ponit 20. illationes: & à nu. 489. vsque ad nu. 515. limitat eam octo modis, ex qua prima limitatione facit quindecim illationes à nu. 489. vsque ad nu. 506.

## Regula CXLIIII.

**C**ONSVENT<sup>DO</sup> non valet cōtra legem derogantem consuetudini. Hanc regu. ponit Abb. in c. fi. de consuetu. nu. 22 & ibi Ant. de But. in repe. nu. 53. idem Abb. & Moder. in c. 2. de proba. Bart. cum quo transeunt alij Doct. in l. de quibus nu. 4. in fi. ff. de legi. idem Bart. in l. si mihi & tibi §. ff. de leg. 1. & ibi Docto. Alex. vbi adducit alias authoritates, in l. si non speciali. nu. 4. C. de testamen. facit tex. in c. fi. de consuetu. lib. 6. Et circa hanc regu. vide Petr. Rebuff. in gl. ad constitu. Regias Galliæ, in prima par. in proe. in glo. 5. nu. 144. & notab. Loazes in tract. de matri. **R**egis Angliæ, in 1. fundam. pro parte affirmatiua, nu. 32.

1. Amplia primo, ut procedat, etiam in lege prohibitiua, quia licet expresse non deroget consuetudini, tamen consuetudo in contrariis nō valet, quando in ipsa lege prohibitiua est inserta clausula Decreti. Ut tenet Geminia. & Philip. Franci. in c. cum in beneficio, de præben. lib. 6. per adducta per eos. Facit decisio. Abb. antiqui in d. c. fi. in fi. de consuetu. dicentis, quod non valet consuetudo contra legem habentem perpetuam causam prohibitionis, allega. text. in c. sponsam, de sponsa.

2. Amplia secundo ut procedat, si lex non faciat mentionem de consuetudine, sed solum improbet aliquid tanquā irrationabile: quia non valet consuetudo quæ induceretur vel esset inducta in contrarium, quia irrationabilis esset. Ita Pau. de Loazes in cle. 1. de elec. & patet exemplum ibi. idem Geminia. in c. 1. in fi. nu. 30. de constitu. & in summa, 11. dist. & in cons. 132. nu. 7.

3. Tertio amplia ut procedat, etiā si esset consuetudo tanti temporis cuius initij memoria in contrarium non existit: quia non valet, quando lex improbat consuetudinem. Ita tenet Ant. de But. per illum tex. & ibi Abb. in 3. notab. in c. cum ex officij, de præscri. Card. in clem. 2. in prin. in 8. q. & in §. 1. in fi. de reb. eccl. non alie. Feli. c. cum causa, nu. 12. de re indic. & plene in c. accedentes, licet aliquos contrarium

trarium tenentes adducat, de præscript. Imol. in c. si. de consue. idem Feli. in c. cum ex officij, eod. titu. de præscript. nu. 13. Pro qua op. facit ratio tex. in l. Arriani, C. de hæret. vbi probatur, q. lex semper loquitur, ergo lex reprobans consuetudinem censetur perpetuo illam reprobare, facit etiam text. in l. seruus, C. de pœn. vbi dicitur, quod simpli- citer condemnatus ad vincula, perpetuo in vinculis stare debet: aliqui tamen, vt dixi, tenent contrarium, maxime Abb. sibi contrarius in consi. 26. volu. 2. Card. Alexan. in c. frustra, nume. 9. 8. dist. Ancha. in consi. 51. per glo. in cle. statutum, in verbo, consuetu. de elect. & alij Docto. quos refert Feli. in d. c. accedentes.

4. Quarto amplia vt procedat, maxime in l. ædita in con- cilio generali, quia censetur habere clausulam derogato- riā ad dispositiones contrarias, quæ in futurum etiam fi- rent, & sic tacite derogat consuetudini. Ita tenet Bal. in ti. de pace Constā. in §. imperiales, nu. 14. facit quod not. Ias. in l. de quibus, nu. 55. ff. de legi. Fel. in c. nōnulli de rescrip.
1. Limita primo, nisi consuetudo inducatur ex noua cau- fa, vel ratione, quæ non fuerat tempore legis damnantis consuetudinem: quia tunc vacabit. Ita tenet Abb. in d. c. si. de consue. nume. 24. argu. text. in l. si hominem, ff. man- da. & ita in effectu declarat ipse Abb. glo. in clemen. statu- tum, de electio. quæ prædictæ conclusioni repugnat, idem concludunt Abb. & docto. alias authoritates referentes, in d. c. 2. de probatio. & idem firmant Geminia. & vterque Cardi. in d. c. frustra, 8. distin.
2. Secundo limita, quādo lex non est recepta in obseruan- tia: quia licet deroget consuetudini, tamen contraria con- suetudo valet, cum talis lex non attendatur. Iuxta glo. in c. 1. cum ibi per Abb. & Feli. traditis, de treu. & pace, & sic non debet attendi clausula ipsius legis, per quam deroga- tur consuetudini, quia corruente aliqua dispositione cor- ruunt clausulæ in ea insertæ, vt inquit glo. notab. in l. si pa- tronus, in §. patronū, in verbo, Faniana, ff. si quid in fraud. patro. quam glo. sequitur Ias. in l. certi condicō. nu. 36. ff. si cer. pet. & in l. testamento, col. 1. C. de fideico. Soc. in l. 4. in §. si. ff. de ver. obli. pro quo est bonus tex. in l. si. ff. de cō- stitu.

5 sit pecu. cuto similib. quem ad hoc allegat Ias. in l. non du-  
biūm, nu. 56. C. de legi. Et quando lex dicatur nō recepta  
in obseruantia declarant Doct. in d.c. 1. de treu. & pace.

3 Tertio limita vt non procedat, quando lex tolleret sim-  
pliciter consuetudinem præteritam vel introductam: quia  
consuetudo inducta post legem ipsam eidem legi deroga-  
ret. Ita tenet Geminia. in d.c. 1. nu. 30. de constitu. in 6. alia  
adducens, idem videtur sentire Anto. de Butr. in c. fin. nu.  
53. de consuetud. aliter tamen tenet Bald. in l. dudum C.  
de contrahen. emptio. & in alijs locis relatis per Ias. in  
d.l. de quibus nume. 80. circa quod distingue vt per Abb. in  
d.c. fin. nume. 24.

4 Quarto limita, nisi publica utilitas suadear revocationē  
legis, quæ derogabat consuetudini: quia tunc consuetudo  
valet. Ita Anto. de Butr. in d.c. fi. nu. 53. Geminia. in c. 1. nu.  
30. de constitu. lib. 6.

5 Quinto limita, quando expressus consensus Principis  
interueniret inducenda consuetudine, quia tunc valeret  
contra legem derogantem etiam consuetudini. Ita tenet  
Gemin. in summa 11. dist. Anto. de Butr. in d. nu. 53. Io. And.  
in Addi. ad Spec. in tit. de instrumen. editione, nu. 14.

## Regula CXLV.

CONVENTUO non ligat forenses. Hanc regulam  
ponit glo. quam sequuntur ibi Doctores in cap. qui con-  
tra: in verbo, aut peregrini. 8. dist. pro qua facit text. in c.  
certificari. de sepult. dicens quodd quælibet patria abundat  
in sensu suo. facit in simili de statuto, text. in c. vt animarū.  
de constitutio. lib. 6. in l. fin. ff. de iurisdictio. omni. iud. con-  
suetudo enim localis est, ideo non ligat subditos, vt inquit  
Oldr. in consil. 248. nume. 1. facit text. in l. 2. C. quæ sit lon-  
ga consuetu. in l. vendor. in §. si constat. ff. commu. prædi.  
ita etiam tenet Roma. in consil. 161. quani opin. tenet Bar.  
in l. de quibus. nu. 26. quem ibi sequitur. Ias. & Docto. ff. de  
legi. idem Bart. in l. cunctos populos. nume. 20. & ibi etiam  
Ias. & Docto. C. de summa Trinita. Et circa hanc regu-  
lam vide Corn. in consil. 83. nu. 15. vol. 4. Paul. Pari. in cons.  
25. nu. 24. vol. 1. Alber. Brun. in consil. 20. nume. 7. Nicola.  
Eoc. in consuetud. Bituricen. in tit. de iurisdictione om-

nium iudicium, in §. 1. in glo. 2. Abb. in c. postulasti. de foro  
compe. eundem Abba. Barb. & Feli. in c. fi. eod. tit. & Ioan.  
Igne. in l. cum fisco. nu. 34. ff. ad Syllania.

Hanc reg. ponit Rochus de Cur. in tracta. de consuetu.  
nu. 699. vbi ampliat eam duobus modis; & Limitat septē  
modis, cum aliquibus illationibus & declarationibus, vs-  
que ad nume. 729.

### Regula CXLVI.

**C O N S V E T V D O :** non ligat subditos extra territoriū.  
Hanc regu. probat tex. in c. vt animarum. in §. 1. de constit.  
lib. 6. vbi si episcopus excommunicat omnes furtum facien-  
tes, tale statutum non comprehendit subditos extra dice-  
cesim prælati episcopi furta committentes. & ibi hoc te-  
nent Geminia. & Docto. per illum tex. probatur etiam in  
l. fi. ff. de iurisdict. om. iud. tenet Bar. in l. 1. nu. 50. C. de sum.  
Trini. vbi dicit, quod statuta, quæ respiciunt litis decisio-  
ne, non comprehendunt ea quæ extra territorium sunt cō-  
missa. & subiicit, hoc procedere tam in contractibus, quam  
in delictis, allegans tex. in d. c. vt animarum. in §. 1. pro qua  
opin. est tex. in l. 7. tit. 2. par. 3. Hanc opinionem dicit esse  
communem Feli. in c. à nobis. el j. nu. 6. de senten. excomm.  
Alex. in consi. 111. nu. 2. vol. 1.

Hanc regulam amplia uno modo, & limita 8. modis, vt  
per Roc. de Curte in trac. de consuet. nu. 729. vsque ad nu.  
746. Et circa hanc regulā vide posita in præcedēti regula.

### Regula CXLVII.

**C O N S V E T V D O :** loci seruanda est in concernentibus  
processum in quo proceditur, & sic illius tribunalis vel iu-  
dicis coram quo proceditur. Hanc regulā probat glo. & ibi  
cōmuniter Doc. in c. quod clericis. de foro cōpē. cuius ma-  
3 Limita primo, qn̄ creditor uēdedit pignus nō iure creditoris, sed iure dominij & vt dominus: & idē si simpliciter vēdedit, quia intelligitur vēdiddisse in dubio vt dñs, & non vt creditor, nā isto casu creditor tenet de euictione. Ita tenet Sal. in d. l. 1. in fi. vers. nūc quia casus, ubi dicit, ita tene re alios doct. moietur p tex. in l. 1. §. 1. ff. ager. vecti. vel emphy. peta. idē tenet Sal. ī l. rescriptū in §. 1. ff. de dictio. pig.

4 Limita secundo, quando creditor uendidit & promisit de euictione, quia tunc tenebitur creditor uti promisit. Vt est tex. d. l. 1. ibi, nisi nominatim hoc repromissum à priuato fuerit &c. & ibi glo. in ver. creditorē, quam sequuntur ibi Doct. præcipue Sal. in 3. notab. idē probatur in l. 2. eo. tit.

5 Limita tertio, quando ille qui vendidit tanquam creditor non docebat se esse creditorem, & rem venditam esse si bi obligatam, tunc enim non obstante quod vendiderit, tā quam creditor tenetur de euictione quæ postea sequetur. Ita probat tex. in d. l. 1. in princ. ibi prædiū obligatū, & ibi glo. fi. vult, q̄ creditor qui vēdit pignus debet quatuor

D. Petri Duen.

præstare, & primum est illud quod continetur in hac limitatione, & cum glo. transiunt ibi Bar. Bal. Salic. & alij docto. idem Sali. in l. rescriptum, in §. 1. ff. de distract. pigno.

4 Fallit quarto, quando creditor qui vendidit doceret se creditorem & illam rem esse sibi obligatam, tamen non doceret se in dicto pignore seu hypotheca esse potiorem omnibus alijs creditoribus, tunc enim si alius creditor potior euinceret ab emptore, ille creditor, qui viderit teneretur de evictione. Tex. est in d.l. 1. in f. ibi, potiorem se ex teris esse creditoribus, & ita notabiliter tenet glo. f. ibi, quā sequuntur ibi docto. Quod tamē declara ut per Sali. in d.l. 1.

5 Limita quinto, quādo creditor habens rem obligatam, & vendens sciret illam non esse debitoris qui obligauit, sed esse alienam, tunc enim illam vendens cum sciat eam esse alienam, est in dolo, & ideo domino euincente tenebitur de evictione. Ut in d.l. 2. C. credito. evictio. pigno. non debet. & notat gl. f. in d.l. 1. quam sequuntur ibi Bal. & Salic.

6 Limita sexto, quando creditor sciebat sibi non licere vendere, neq; ex pacto, nec ex dispositione legis, & tamen vendidit, quia tunc creditor tanquam dolosus tenebitur de evictione. Ita tenet glo. f. in d.l. 1. & ibi Salic. post Bal.

Regula CLXX.

CREDITOR consentiendo pignus vendi per debitorem, censetur remittere ius sui pignoris. Quam regulam probat text. in l. si debitor, in §. 1. ff. quibus modis pignus vel hypo. solui. & in l. sicut in §. si voluntate, & in l. si probaueris, & in l. cum te, C. de remissio. pigno. & in l. creditor. & ibi doct. ff. de reg. iur.

Hanc regulam amplia 11. modis, & limita 12. modis, ut per Ant. de Fano in tracta. de pignori. in 3. membro 6. partis, à nu. 12. vsque ad nume. 33.

Regula CLXXI.

COMPELLI non debet quis ad faciendum quod alteri prodest, & sibi non nocet, quando cōtractus non præcedit, de cuius natura est, vt faciat, & ille qui vult aliquem compellere, ex illo lucrum vel commodum sentit. Hanc regulam probat tex. in l. nec creditoris, C. de nouatio. in l. f. ff. de ysu & habita. in §. præterea cl. ij. institu. de actio.

Regulæ vtriusq; iuris selectæ: 110

actio. Hanc regulam per supra dicta iura ponit Bart. cum  
3. limita. in l. soluto matrimonio nu. 13. ff. solu. matr. quem  
ibi sequitur Guliel. Pontanus nu. 4. & eam dicit esse com-  
munem ibi Iason. nu. 32. & 33.

Hanc regulam per supradictam doctrinam Bart. cū 58.  
limitatio. ponit notabili. Ludo. Roma. in d.l. soluto matri-  
monio, à nu. 5. vsque ad numerum 21.

Regula CLXXXI.

CONVENTIO facta inter maritum & vxorem, ut sibi  
inuicem succedant, ualet. Hanc regulam ponit Cin. in l. si  
pater puellæ nu. 2. C. de inoffi. testamen. quem sequuntur  
ibi Pau. Bal. Salice. & alij. nu. 2. vbi confirmat eam quatuor  
fundamentis. Quam opinionem. Cini sequitur Barba. in l.  
si diuortio, ff. de uerbo. oblig. Hippo. in singul. Ias. in l. ex  
hoc iure, nu. 5. ff. de iusti. & iur. Nicola. Boeri. in consue. Bi-  
turicen. in rub. de consue. matrimonij & docerij. §. 1. col.  
7. & 8. fol. 58. col. 1. & notab. Pala. Ruui. in repe. rub. de do-  
natio. §. 50. nu. 12. Hanc regulam probat tex. in c. i. in §. filii  
nati. & ibi Bal. & docto. si de feud. defun. conten. sit in-  
ter domi. & agna. Vas. in Vtibus feudo, tex. in Auth. sed ho-  
die. in fi. ibi, pactis dotalium instrumentorum in omni ca-  
su uiro seruandis, C. de adulte. Et regia. l. 9. titu. 6. lib. 3. fo-  
ri. & in l. 23. & 24. tit. 11. par. 4.

Hanc regulam amplia uno modo, & limitat ibidē, uno,  
Iason d.l. pater puellæ, nu. 6. Eandē regulā cū 6. limitatio.  
ponit Chassanæus in cōsuetu. Burgun. in tit. [des droitz] ru-  
bri. 4. §. 7. versic. [autrement]. fo. 169. col. 2. nu. 1. cum alijs.

Regula LXXII.

CRIMINA morte extinguntur. Hanc regulam probat  
tex. in l. 1. cum alijs, C. si reus uel accusa. mortu. fuerit, in c.  
quorūdam 23. dist. in c. peruenit, in c. causam quæ el ij. qui  
fil. sint legi. De iure regio tex. in l. 28. titu. 23. part. 3. & in  
l. 9. titu. 20. libr. 4. fori. & in l. 7. & 8. tit. 1. part. 7. Circa quā  
regulam, uide Ange. in §. publica autem, nume. 3. & ibi do-  
cto. institutio. de publi. iud. & in tractatu maleficiorum, in  
uerbo, qui dominus iudex videns, nume. 41. Gome. in §. su-  
perest, nu. 19. Insti. de actio. Ioann. Igne, in l. 1. in §. sibi ma-  
nus, nume. 39. ff. ad Syllania. Roma. in singu. 432. Hippo. in  
con si.

D.Petri Duen.

confi. i.nu.36.vol. i.& in l.fina.num. 28.ff.de quæstio.

Hanc regulam limitat 5.modis glo. in §.interdum.insti.  
de hæreditate. quæ ab intesta.deferunt. & 9. modis limitat eā  
glo. in verbo maiestatis, in l.ex iudiciorum ff. de accusat.  
Quas 9.limitat. ponit Specu. in titu. de accusatore, in §.i.  
nu.33.Hanc etiam regulam limitat 12.modis Hippo. in l.  
qui falsam, in §.accusat.nu.8.& 9.ff.de fals.aliz limitatio-  
ne. ponuntur in d.i.regni supra allegatis.

Porro intra quantum tempus duret illud ius accusan-  
di: Dico quod in crimen hæresis intra quinquennium,iu-  
xta l.2. & ibi docto.C.de apostol. quod extenditur etiam ha-  
bere locum in crimen læse maiestatis,gl.in l.Manichæos,  
in verbo subire C. de hæreti. quam gloss. sequitur Roma.  
in singu.436. in quo est notandum, quod de iure canonico  
est glo. de hoc in summa 24.q.1.vbi tenet,quod de iure ca-  
nonico non permititur aliquem accusari post mortem,nī  
si in tribus casibus , scilicet in crimen hæresis c. si. de hæ-  
re. secundo quando quis hereticum instituit hæredem c.  
si quis episcopus, eod. tit.tertio si quis in notorio crimine  
decesserit c. neque 88. distinct. & dicit ibi glo. quod de iu-  
re ciuili non permittitur aliquem accusari post mortem  
nisi propter bona tantum , non ut alia illi pena impona-  
tur,atque addit quod hoc etiam statutum est in crimen læ-  
se maiestatis per tex. in l.f. C.ad leg.Iul.maiesta. Quod de  
iure regio non habet locum,per supra dictas leges, imo in  
crimine læse maiestatis non solum propter bona , verum  
etiam in omnibus alijs penis, quas si esset viuus deberet  
pati, poterit condemnari,& ibi glo. enumerat multos ca-  
sus, in quibus de iure ciuili permittitur accusatio. & est si-  
milis gloss. iuncto text. in c.accusatus, in §. in eo, in verbo  
post mortem, de hære.libro sexto . quæ glo. dicit verbum  
notandum,quod licet accusatio post mortem non duret ul-  
tra quinquennium,vt supra dixi,tamen ad hoc ut bona ip-  
sorum post condemnationem confiscentur & applicentur  
fisco,debent peti intra quadraginta annos.alias non: & sic  
in effectu vult glo. enod in crimen læse maiestatis confi-  
scatio bonorum prescribatur quadraginta annorum spatio,  
quam glo.ultra doct.ibi,sequitur Augu.Arimi,in addi. ad

Ang

Ange. in tracta. malefi. in ver. & [hai tradiro.] num. 17. qui sic eam intelligit, contra quem ultra gl. in d. l. Manichæos. tenet Abb. in c. cum nobis. nu. 8. de præscrip. & ibi expreſſe Feli. nu. 12. quos vide, quia notab. hoc declarant. Et circa hanc regulam notabiliter vide Matthæ. de Afflict. vbi ponit 31. specialia in hoc criminе læſe maiestatis, in c. 1. in verbi. & bona committen. crimen læſe maiesta. à nu. 1. usque ad nu. 53. & à nu. 23. usque ad nu. 111. ponit 45. modos, quibus commititur hoc crimen læſe maiestatis, quæ sint regalia in vībus feudorum.

## INCIPIT LITERA D. REGVLA CLXXIIII.



**A**ns fundum, cōstruens, seu dotans ecclesiā cum consensu diocesanī, quilibet ipsorum erit patronus insolidum. Hanc regulam probat text. in c. piæ mentis, & in c. frigentius. & in c. quicunq; & in c. filijs, 16. q. 7. in c. Abbatem, el ij. 18. quest. 2. in c. nobis, de iure patro. hoc voluit glo. in d. c. piæ mentis, ita tenet Archid. in c. 1. de iure patro. lib. 6. & ita concludit Lamber. in tract. iur. patro. in 1. par. 1. lib. in 3. q. princi. nu. 1. iunctis his quæ ponit Abb. & ibi Io. de Imol. in c. nos quidem, de testa. Roch. de Curi. in tract. de iure patro. in verbo, construxit q. 13. nu. 21. idē Lamber. in eo. tract. in 1. par. 1. li. arti. 25. 3. q. princ.

Hanc regulam, vbi eam ampliat 21. mod s, & limitat 10. modis, ponit Lambert. in d. 25. articulo, per totum.

### Regula CLXXV.

**D**E B I T O R fugitiūs potest propria authoritate capiā creditore. Hanc regulam probat text. in l. ait prætor, in §. si debitorem ff. quæ in frau credit. & in l. generali C. de decu. li. 10. glo. in l. exrat in ver. sine ullo iudice, ff. quo d me. cau. & in l. quæsitus, in verbo, quia interest, ff. de pign. gl. in verb. iudicio, in prin. insti. de actio. & in Auth. vt iud. fine

sine quoquo suffra.in §.necessitatem,in verbo,de tinere.col lum.2.& in c.1.in uerbo,potestatem,de pac.iuram.sirman. in vii.feudo.De iure regio probatur in l.12.tit.20.lib.3.Fo ri.& in l.10.ti.15.par.5.& in l.2.legibus [de la hermádad.] Círcā quam regulam uide Hippoly.in singu.43.& 243.& in l.si ut allegas,nu.9.C.de sicar.Iaf.in l.cum te proponas, nume.3.C.de transac.& in l.1.nu.71.ff.de offi.eius,& in l. vinum,nu.3.ff.si cert.pet.& in l.pecuniam,nu.9.ff.eod.tit. & in prin.Instit.de actio.nu.72.cum alijs,& ibi Gome.nu. 59.Mar.Mantua in consi.41.num.9.Seguram in l.ab exhæ redato,nu.5.ff.de leg.1.Paul.Paris.in consi.107.num.52. & in consi.99.num.3.vol.3.Castillo & Pala.Ruui.in l.66. Tauri.Et quę requirantur ad hoc ut debitor possit capi,po nit Ioan.Bapti.Caccialu.in tracta.de debitore suspecto & fugitiuo,quęst.3.& 4.Iaf.in l qui ab arbitro.nu.3.con alijs ff.qui satisda.cogan.Paul.Paris.in consi.101.num.6.vol. 3.& Anto.Rubeus Alexandri.in reperti.l.nō solum,§.morte.num.241.ff.de noui.oper.nunciatio.Hanc regulā cum duabus limita.ponit Soc.in reg.78.Hac regulam ampliat 5.modis.Gome.in d.§.superest,nume.59.eandem regulam cum alijs 5.ampliat.ponit Petr.Rebuff.in glo.ad constitu. regias Galliæ,in prima par.in tract.de literis obligatio.arti.6.in glo.3.num.70.pag.179.Et alias 4.ampliatio.& 4. limita.ad hanc Regulam ponit Rodericus X Suarez.in l.2.ti tu.[de los emplazamientos].lib.2.fori.fol.290.nu.20.Hac etiam regulam amplia 11.modis,& limita 8.modis; vt per Franc.de Ripa in c.1.nu.88.de iudic.

**I** Ulta quos amplia primo, etiam si tempore contractus debitor dilapidasset bona: non tamen in tantum qui adhuc esset idoneus si postea illud fortius dilapidasset & conditionem suam deteriorem fecisset, procedit nostra regula & potest capi à creditore. Ita Bal.in l.si pro ea.in princ. C.mand.num.1.quem sequitur Iaso.in §.superest,nunie. 87.Institu.de actio.& in l.si ab arbitro.num.5.ff.qui satisda.cogantur.

**II** Amplia secundo,non solum in debitore principali, sed etiam in eius hærede.Ita tenet Bar.in l.postulatē,in prin. ff.ad Treb.quem sequitur Iaf.in l.diuortio,in §.interdum, nu.

nu.6.ff.solu.matr.Petr.Reb.in 1.par.gl.ad constitu.Regias Galliae: vbi allegat alios doct.in gl. 2.3.articuli , in tract. de literis obligato. pag.105.nu.10.& in eo. tract.ar.6.glo. 3.pag. 149.numc.74.Ioann.Crot.in repet.l. nemo potest, colum.4.ff.de leg. 1. Quod tamen intellige ut per Rebuff. in d.numc.3.

- 3 Amplia tertio procedere, ut creditor per solum sacramentum probare possit suspicionem fugæ. Ita Ioann. de Imol.in l.2.in si.prin.ff. solu.matri.vbi tenet, quod ad probandum debitorem suspectum de fuga, ad hoc ut capi pos sit sacramentum creditoris , idem tenet Ange. in repet.l. nemo carcerem,C.exacto.tributo.lib. 10. Hanc opin. ante eum tenuit notab.Benedictus de Plumbi.in d.l.nemo carcerem,in penul.colum.in princip.Ratio huius appellatio nis est:quia in hoc casu uertitur periculum in mora:& vbi-eunque periculum est in mora , ad probationem suspicionis sufficit iuramentum:glossa.& ibi Innocen.in c. quoniam frequenter.ut lite non contesta.& in l.2.vbi doctor. C.vbi in rem actio. Pro qua opinione est casus in l.eorum , ff. de damno infect.ubi dicitur,quod timenti damnum,debet de damno infecto caueri,& talis timor probatur per iuramen tum calumniæ,l qui bona,in §.si quis stipulatus , ff. cod. tit.ita ergo in casu nostræ ampliationis,quia mora est periculum allatura , & res est talis quæ celeritatem desiderat: ideo talis suspicio per iuramentum probatur:ne si aliæ probationes exigerentur,debitor interim aufugeret.Hâc opinionem tenuit Roma in l.si fideiussor , in §.fin. ff. qui satis da.cogan.facit quod voluit Sali.in l.vnica,C.de prohibit. sequeit.pecunia, vbi tenet , quod reum esse suspectum vel non possidere immobilia,statut in rameto actoris: quia tractatur de modico præjudicio,argumento text.in l. thesaurus,ff.ad exhiben.Hanc opinionem dicit communiter practicari Ioannes Baptista Caccialupus in tractatu de debitore suspecto & fugitiuo,in sexta quæstione,nume. 18.Eadem obseruare totum mundum testatur expreſſe Paulus Castrenſ.in consi.474.numc. 1.in 2.colum. vol.1. Eandem tenet Iason.in l.2.nu.29.ff.solut.matrimo.& secundū hanc opinionem consuluit Alexand.in consi. 19.nu.2. volum.3. &

D. Petri Duen.

ita tenet Parisius in consilio 107. volumine tertio.

Contrariam tamen opinionem tenet Bal. in l.apertissimi.C.de iudic.nu.9.idem Bald.in conf.2.85.nu.3. & 4.in 1.vol.Ange.sibi contrarius,in l.si ab arbitro.§. qui ex causa, nu.9.ff.qui satisda.cogan.& in Authen,de exhiben. reis,in §.si vero, colla. 5.

Hanc opinionem tenet Lanfran.in tracta. recusatio.nu. 7.Alexan.sibi contrarius in l.2.nu.22.ff.solut.matri.Iason sibi contrarius in princ.Institu.de actio.nu.91. & in l.si ab arbitro,nu.8.qui satisda.cogan . Et hanc dicit communem Thomas Parpal.in repeti.l.2.colum.21.in glo,in verbo,su spectum,ff.solu.matr.eam tenet expresse Ang.Are. in prin ci.Insti.de actio.nu.8.quam opin. dicit etiam communem Dec.in consi.75. colum.1. & eam tenet Paris. sibi contra rius in consi.101.num. 5.vol. 3.eandem opiuonem teat Catellia.Cotta in Memo.iuris in verb.debitor, el j. Pala. Ruui,in l.67. Tauri.nu. 46. & ibi expresse Castillo in glo. [Information]pro qua opinione est tex.in d.l.66.Tauri.

4 Amplia quarto, habere locum in bannito: nam eo quod quis est bannitus censetur esse in fuga.Vt in c.1.in §.si quis hominem, de pace tenen. & eius viola. in vſibus feu. facit tex.in l.si cum Cornelius,& in l.si quis,ff. de solutio.quod notat Bal.& Moder.in l.rogasti,in §.si ff.si cert.peta. & ita tenet Ioan.Baptista Caccialu.in tract.de debitore suspecto & fugitivo,q.16.nu.3.

5 Amplia quinto habere locum , etiam in alieno territo rio:nam ibi potest propria authoritate capi. Ita tenet An gelus in repeti.l. nemo carcerem, in ultima charta. C. de exacto.tributo,lib. 10. & ibi ante eum expresse tenuit Be nedictus Plumbi.in penultima columna,in versi. item iux ta prædicta quero,quod esset mente tenendum dicit Ioan, Baptista Caccialupus in d. tractu de debitore suspecto , in 7.q. numie.2. Quam tamen intellige vt per Xuarez vbi su pra,numero 30. quem intellectum Xuarez ante eum po fuit idem Angel. in l.1. numero 2. C. vbi quis de curiali, vel cohortali.

6 Amplia sexto procedere,etiam in pecunia:nam credito ri debitoris fugientis licet capere pecuniam sibi debitam pro-

Primum authoritatem. Ita probat tex. in d. §. si debitorem, quem sic intelligit Din. in prin. Inst. de actio. in 2. col. in fine. & hoc etiam tenet Raineri. de Forliu. in d. §. si debitorem, nu. 2. & ibi Vdalt. Zaf. nu. 1. Ioan. Baptista de Caccialup. in d. tract. de debitore suspecto, in 4. q. nu. 11. Iaso. in §. superest, nu. 8 r. Institu. de actio. Eadem opinion. tenet Bar. in d. §. si debitorem, quando esset periculum in mora, expetare iudicis licentiam, & ibi Zafius, nu. 2.

2. Limita primo non procedere, quando, creditor habet pignus: nam in dubio presumitur idoneus: & tunc non potest capi tanquam suspectus de fuga. Ut tenet Bal. in l. creditor qui non idoneum, ff. si cert. pet. pro qua opinione est glo. in verbo, redigere, in l. 2. C. de pign. quā sequitur Ioan. Baptista de Caccialup. in d. tract. q. 4. nu. 17. Ias. in d. §. superest. nu. 9. 4. Institut. de actio. Catellia. Cotta in Memora iuris, in verbo, creditor el ij. & in verb. debitor. el j. Barba. in Rubr. de pignori. vbi exclamat de illo dicto Bal. in 2. col. Quod tamen est verum quando pignus est idoneum: nam alias captura locum habet. Tenet Alex. in d. l. creditor, ff. si cert. pet. quem sequitur Rode. Xarez vbi supra, nu. 29.

2. Limita secundo, nisi debitor militasset in armata militia: hoc enim casu non est licita in eum manus injectio. Glos. est 2. in verbo, armata, C. ubi quis de curia, uel cohorta. per tex. ubi Angel. in l. 1. nu. 2. in fi. & nu. 3. C. eo. ti. cande in op. tenet Rode. Xarez vbi supra, nu. 31.

3. Limita tertio, non procedere in debitore fugiente ad ecclesiam: nam etiam si suspectus sit de fuga non potest ab ea extrah. Pro qua opinio. facit generalitas tex. in l. præsent. C. de his qui ad eccl. confugi. & in §. sanc enim, cum generaliter prohibeat inuitum quem posse extrahi ab eccl. & etiam generaliter loquitur tex. in c. si quis contumax. & in c. miror. 17. q. 4. Quam opinionem tenet Old. in consil. 54. Abb. per text. ibi, in cap. inter alia, nume. 22. de inimico. eccl. sequitur etiam Ioann. de Visquis, in repe. cap. definit, nu. 55. 17. q. 4. & de consuetudine seruari testatur expresse Hippoly. in repe. l. vnicx, nume. 111. C. de raptu virgi. Steph. Aufre. in additio. capellæ Tolos. dec. 422. Nicol. Boer. in decis. 215. nu. 6. Syluest. in summa, in uerbo,

S. I. I.

immunitas.cl iij.in §.3.Franc.de Ripa in d. c. 1. nu. 88. de  
iudi.Cin.in d.l.præsenti.Ludo.Gome.in §. superest.nu.66.  
instit. de actio. egregius doctoR Didacus de Couarruias.  
in li.1.Varja.resolut.c.20.nu. 14.Hanc opinio.dicit quoti-  
die obseruari Philip.Deci.in l.vinum.in 2.notab. ff. si cer.  
peta.eam tenet Roderi.Xuarez.in l.2. tit. [ Delos gouier-  
nos.[lib.3.fori,in 5.q.nu. 1.fol. 197. eandem opinionem di-  
cit esse veram & communem & ita seruari,Remig. de Con-  
ny.in tracta.de immuni.eccle.fallen.27.nu.4.& 5.& 6.Pro  
qua opinio.est text. de iure regio in l.2.tit. 1.1.part. 1.& est  
pragma.si.inci.[Venerabiles prouisores] fol. 117. in volu.  
pragma.Licet contrarium teneat Ias.in l. vinum. nu.3. ff. si  
cer.peta. per quatuor fundamenta: de quo ibi.& principa-  
liter monetur per regulam d.l.vinum.arguendo de tempo  
re ad locum,idem teneat Ias.in l. plerique.nnum.26. ff. de in-  
ius vocan. & in l.1.in §.si decipiuntur.nu.9. ff. de feri. quā  
opinionē expresse reprobat vbi supra:& ad eius fundamēta  
responde,vt p Remigi.de Conny,& Lud.Gome.vt supra.

## Regula. C L X X V I .

D E B I T O R quantitatis , perempta quantitate etiam  
casu fortuito, non liberatur. Quam regulam probat text.  
in l.incendium.C.si cert.peta.& in §.item his.Institut. qui  
bus mo.re contra.oblig.glo.in l.quod te mihi. ff. si cer.  
peta.Circa quam regulam vide Ias.in l.si à furioso, nu.4. ff. si  
cert.peta.Caro.Rui.in cons. 218. nu.10.vol.1. & in consil.  
171.nu.10.vol.4.Hanc reg. ponit Ias.cum 6.limita. in d.l.  
quod te mihi,nu.14.Easdēm 6.limitatio. ponit etiam Mar-  
tinus Sancius Vascoletus in trac. indiuidnorum.in 7.ceru-  
la.nu.80.& quia non ita facile inueniri poterunt.

I Limita primo,nisi debitor obtulisset quantitatē, & ip-  
se creditor recusat accipere : nam si postea pereat quanti-  
tas,debitor liberatur.Probatur in l.si decem. ff. de solu. &  
clariss in l.si & per emptorem. ff. de actio.empt.& ita BartoL.in d.l.quod te mihi.nu.4.Quod est verum nisi illa quā-  
titas adhuc maneat:quia tunc tenetur:vt in l.sed & si post.  
ff. de arbitr.ita notab.tenet Ias.in d. l. quod te mihi in l. si  
à furioso , nume.4. ff. si cert. peta.Carol.Ruiu.consil.116.  
nume.11.volu.5.

Limita

2. Limita secundo, in debitore quantitatis simpliciter: se-  
cūs autem in debitore quantitatis respectu speciei, nam  
tunc perempta specie liberatur à quātitate. Ita tenet Barto. in d.l. quod te mihi. nume. 9. per tex. in l. Titia. textores  
in §. fina. & in l. si iusfamilias. in §. fin. ff. de leg. 1. & alia iu-  
ra quæ ibi allegat. quam limitationem Bart. sequitur Al-  
beric. Castren. & Alexand. Moder. in l. si ex legati causa, ff.  
de verbō. obligatio. Ias. in d.l. quod te mihi nume. 15. vbi  
eam declarat.
3. Limita tertio, quando prætium vere, vel fidei superest  
penes debitorem. Ut in l. si possessor. §. fin. ff. de petitio. h̄ere.
4. Limita quarto, quando inter partes esset conuentum, q.  
periculum esset creditoris. Ut in l. periculum. C. de nau-  
ti. sc̄no. Regia L. 3. in fin. tit. 2. part. 5.
5. Limita quinto non habere locum, in casu l. Titius. versi.  
sed neque in §. fin. ff. de præscript. verb. vbi probatur, quod si  
didi pecuniam alicui, & in eum transtuli dominium cum  
hac conditione, quod si quid lucratus fuerit ex redditu eius  
solueret pro me tributum: nam cum tale pactum fiat gra-  
tia creditoris principaliter, & principale lucrum debet es-  
se creditoris, ideo periculum debet ad creditorem specta-  
re, tuius gratia principaliter celebratus fuit contractus.  
Hanc limitat. per istum text. ponit expressè Paul. de Cast.  
vbi dicit se nescire alibi. in d.l. quod te mihi. quem sequi-  
tur ibi Ias. nu. 15. Alexand. in d.l. si ex legati causa, in fin. ff.  
de verbō. obl. Pro qua opinio. videtur tex. de iure regio in l.  
4. ad medium. titu. 3. part. 5.
6. Limita sexto, quando respublica deberet certam quan-  
titatem frumenti alicui, & eam illi obtulit: & quia erat té-  
pus fertilitatis creditor accipere recusavit, volens expecta-  
re tempus carestiae: nam isto casu respublica in totum libe-  
ratur, etiam si frumentum oblatum extaret: Ut in l. nulli.  
C. de arroga. milita. annonae. lib. 12. & ibi Bar. quem tex. ad  
hoc ponderat Bal. in l. non dubium. nu. 10. versi. sexto mo-  
do fit fraus, C. de legi. & in l. accepta. nu. 24. C. de usur. Ro-  
ma. in d.l. quod te mihi. nu. 6. in fine.

Regula c. lxxvii.

Debet item uel onus diminuitur. diminutis personis,

P 2 quibus

quibus aliquid relinquitur, seu debetur. Hac regu. probat tex. in l. Seio amico. in princ. ff. de annu. lega. vbi si lego Titio decem annua si interueniet negotijs filiorum meorum qui erant tres, uno moriente legatu minuitur, ex quo unus etiam minuitur, facit tex. in l. penul. ff. de condi. & demost. in l. i. in §. i. C. de eadu. tollen. Facit ad hoc, nam si debeo alimenta pluribus, quorum numerus sit diminutus, minuitur onus, l. dominus, §. si. ff. de usufru. l. 3. §. debet, & l. pecunia. ff. de alimen. & ciba. lega. alimenta enim cum persona extinguntur, ut in l. cum 2. in §. constat, ff. de transactio. in l. in singulos, ff. de annuis lega.

- 1 Fallit primo, vbi obligatio est transitoria ad heredes: quia diminutione personarum non minuitur actio vel obligatio, sed transit ad heredes etiam si sint collegi in creditum: Ut in l. veteris, C. de contrahen. & commi. stipu. & in l. si pactum, ff. de proba. cum concordan. heres enim personam defuncti representat pro ea parte pro qua est heres, l. cum à matre, C. de rei vend. l. si ab eo. C. de negot. gest. l. 1. C. si cer. peta. & censemur eadem persona cum defuncto: ut in Anth. de iure iuri. à morte. præsti. in princ. colla. s. ita tenet Dec. in l. heredem, ff. de reg. iur.
- 2 Fallit secundo, in individuis: ut in l. si communem, & in l. nā satis, ff. quemad. seruitu. amittan. & in l. 4. §. Cato. & in l. stipulationes nō dividuntur, ff. de verb. obli. cum ibi nota;
- 3 Fallit tertio, in eo quod debetur pluribus personis, non ut singulis, sed ut uniuersis, quia diminutione personarum etiam si unus tantum superstes non minuitur obligatio, ut in l. sicut, in §. si. ff. quod cuiusque uniuersi, nomine.
- 4 Limita quarto, ubi cunque habet locum ius accrescendi, quia portio personæ deficiens transit ad aliud cum onere. Ut in l. vnica, in §. i. cum pluribus seq. C. de eadu. tollen. & in l. & si contra, ff. de uulga. & pupill. & late habetur per Bart. & Doct. præcipue Alcia. in l. re coniuncti, ff. de lega.
- 5 Quod est intelligendum quando persona deficiens perfecte excluditur: quia alias non habet locum ius accrescendi: ut in l. si duo. in princ. & ita notata, ff. de iure iuri. iūcta l. communis liberto, ff. de bonis liberto. quæ materia cum sit multum prolixa & ordinarie tractetur non est transcriben da,

da, cum eam latissime examinat Bal. in l. vnicā. C. quando  
nō peten. part. vbi nota. & nonissime Hierony. Cagnolus.

## Regula CLXXXVII.

**D E B I T U M.** vel onus non diminuitur, nec perimit obli-  
gationem diminutis personis oneratis, vel quæ aliquid de-  
bent. Hanc regulam probat tex. in l. si pactum, ff. de proba-  
tio. in l. ueteris cum concordan. ibi signatis, C. de contra-  
hen. & commi. stipula. in l. si debitori, C. de pact. in l. pro hę  
redita. C. de hæredita. actio. & in l. fin. codem tit.

1. Amplia primo, etiam si obligatio sit in dando, seu in fa-  
ciendo, sive mista. Vt in d.l. veteris.

2. Amplia secundo, etiam si diminutio causetur ex inutili  
adiectione personæ ad obligationem: vt si fundus quem ha-  
bebam communem cū Titio fuit à me venditus pro decé,  
nā licet ratione Titij non teneat véditio, nihilominus ego  
sum in totum ad pretiū obligatus, & in me firma manet to-  
tius fundi véditio: vt in l. sed fundus ille, ff. de cōtrah. emp.

3. Amplia tertio, in indiuiduis, in quibus quilibet insol-  
dum tenetur. Vt in l. fideicomissa. in §. penult. ff. de lega.

3. nam si vñus ex cohæredibus est grauatus opus facere ci-  
uitati, vel statuam, vel aliud indiuiduum, potest insolidum  
astringi cohærede nolente vel negligente, ut habetur in l.  
2. in §. 1. & 2. & in l. 4. in §. Cato. & in l. stipulationes nō di-  
uiduntur, ff. de verb. obli.

4. Amplia quarto, nō solum si diminutio causetur ex mor-  
te vnius personæ, verum etiam ex alio defectu, ut quia sit  
incapax, vel inhabilis, vel si sit diminutio dispositionis, si-  
ue postea superueniat. Vt habetur in l. 1. in §. 1. cum plurib.  
seq. C. de cadu. tollen. & in l. si Titio, ff. de leg. 3.

5. Amplia quinto, in pluribus qui aliquid debent vt vni-  
uersi. vt in l. sicut, in §. 1. cum ibi notatis, ff. quod cuiuscun-  
que vniuersi nomi.

1. Fallit primo, in onere vel debito cohærendi personæ,  
quia non transit ad hæredes cum extinguatur cum persona  
vt in l. centesimalis in §. 1. ff. de verborum obligationi. & in  
l. si décesserit, & ibi Bar. & Doct. ff. qui satisda. cogan. & in  
l. 1. in §. ne autem, C. de cadu. tollen.

2. Limita secundo, vbiq;que est electa industria personæ,

quia cum obligatio non egrediatur personam perit & celsat. Ut in l. inter artifices. ff. de solutio. notatur 11. nemo est qui nesciat. ff. de duobus tesi. Ita dixi Bart. in l. si sit stipulatus. in fine. ff. de verbo. obligatio. Bald. in d. §. ne autem. & in l. continuitus. §. si ab eod. ff. de verborum obligatio. Cin. & Docto. & in l. veteris. C. de contrahen. & committen. stipula. Ludo. Roma. in singu. 670. Felin. in c. quoniam. in §. is autem. nu. 5. de offic. deleg. Quod tamen est verum. nisi hæredes essent eiusdem artificij: nam tunc licet esset electa industria personæ. obligatio traxit ad hæredes. Ita notabiliter concludit Alberi. vbi dicit ita communiter teneri. in d. l. inter artifices. nu. 1.

3 Tertio limita, vbi ex pluribus creditoribus quis efficitur non soluendo. quia alij non tenentur pro eo etiam in causa alimentorum. Ut in l. solent. in f. ff. de alimen. & ciba. lega. facit tex. in l. i. & ibi not. C. ne filius pro patre.

4 Limita quarto in persona accessoria, vt est fideiussor, qui liberatur liberato principali. Ut in l. & hæredi. in §. is cum l. sequent. & in l. qnod dictum. ff. de pact. Ias. notab. in l. si post moram. nu. 2. in 6. col. versi. modo ego habeo regulam. ff. de eo quod certo loco.

5 Quinto fallit respectu præscriptionis: vt si debens decē annua decesserit relictis duobus hæredibus, quorum unus soluerit & alijs cessauerit tāto tempore ex quo possit causari præscriptio: nam tunc debitum minuitur. Tenet Bart. in l. si prius. in princ. nu. 4. ff. de aqua p. u. arcen.

6 Fallit sexto, vbi onus est distributum pro numero personarum. nam si inveniantur personæ, minueretur opere. quia non debet unus pro tributo alterius vel onere grauari. ut in l. vnicæ, & ibi glof. C. vt nullus ex vicane. pro alienis vicane. debi. tenea. li. 1. i. & in l. hac definitione, cum ibi nota. C. de omni agro deser. li. 1. not. Bar. in l. munerum, in §. mista. ff. de niune. & hono. & hoc etiam est verum si sit de eadem domo: vt in l. legatorum, in princ. ff. de lega. 2. vbi Bart. hoc expresse hot. notatur in l. 2. C. de apochis publicis. li. 10. facit l. 3. in f. ff. de alimen. & ciba. legat.

7 Septimo limita, in casibus in quibus ius disponit, quod portio deficiens non transeat, nec remaneat cū onere suo,

&amp;

Regulæ vtriusq; iuris selectæ. 116

& sic ubicunque cessat ius accrescendi: quia tunc ex quo nō accrescit portio personæ deficientis propter quam onus est impositum, pariter onus non accrescit. Et quando sit, patet in l. 1. in §. 1. cum seq. C. de caduc. tollen. notat Bart. in l. re coniuncti, nu. 54. ff. de lega. 3. habetur per Bal. & Doct. in l. vnicā. C. quando non peten. partes.

Regula CLXXXIX.

DEBITOR speciei ante moram re perempta liberatur quia redacta est obligatio ad eum casum à quo incipere nō potuit. Quam regulam probat tex. in l. si homo mortuus, & in l. si impossibilis, ff. de uerbo. obligatio. De iure regio, l. 18. tit. 11. par. 5. & l. 10. tit. 15. lib. 3. fori. Et quia casus fortuitus ascribendus non est debitoris culpæ. vt in l. cū duobus, in §. damna. ff. pro soci. Circa quam regulam vide Rui. in coh. 2 18. nume. 7. volum. 1. & consi. 167. nu. 6. & 7. vol. 1. Nicol. Bellon. lib. 1. suppu. c. 12.

Hanc regulam ponit Socin. cum. 3. ampliation. & duabus limitat. in regu. 31. in posterior. Bernar. de Loco cū 7. ampliat. & 3. limita. in reg. 169. referendo se ad Ias. in l. q̄ te mihi, nu. 12. ff. si cer. pet. Eadē regulā cū 10. ampliatio. & 6. limi. ponit Ripa ī d. l. quod te mihi, a nu. 4. vsq; ad nu. 12.

Regula CLXXX.

DEBITOR constituitur in mora ex lapsu diei à contrahentibus appositum Hanc regulam probat tex. & ibi Bald. Alex. & Ias. in 3. nota. in l. vinum, ff. si certum petat. & in l. magnā C. de contrahen. & committen. stipulat. De iure autem regio est tex. in l. 18. tit. 11. par. 5.

Hanc regulam cum 7. ampliat. & totidem limitatio. ponit Fran. Purpu. in d. l. vinum, à nu. 13. vsque ad nu. 31. & uide quæ dicam infra in sequenti regula.

Regula CLXXXI.

DEBITOR constituitur in mora per interpellationem extrajudicialem. Hanc reg. probat tex. in l. mora. ff. de vſu. & in l. si ex legati causa ff. de uerb. obli. & in l. quod te mihi, ff. si cer. petat. in l. Titia. la ij. in §. vſuras, ff. de leg. 2. glo. in l. qui Romæ, in §. cohæredes. in uerbo, testato. ff. de verb. obliga. Circa quam regu. vide Bar. in l. nō solum, in §. morte, ff. de noui ope. nuntia. & ibi Ant. Rub. nume. 781. Romæ.

## D. Petri Düen.

in singu. 429. Ias. in l. nam & postea. in §. si is qui tempora.  
nu. 10. ff. de iure iur. & in l. si mora. nu. 20. ff. sol. matr. Anto.  
Rub. Alexand. notab. in repeti. l. vinum nume. 103. cum  
sequen. ff. si cer. peta. Alex. in: si insulam. col. fit. ff. de verbo.  
obli. Phil. Corne. in confi. 101. nume. 15. volu. 1. Ias. in d.l.  
quod te mihi. nu. 22.

Hanc regulam cum 3. ampliat. & 4. limita. ponit Ioan.  
Bernar. in regu. 355. Eandem regulam cum 4. ampliatio. &  
6. limitatio. ponit Fran. Purpur. in l. vinum. nu. 31. vsque ad  
nu. 47. Eandem regulam, melius quam alibi ponit Marc.  
Anto. Baueria in tract. de mora. vbi in 1. parte à nu. 1. vsq;  
ad si. ampliat eam decem modis, & in 2. part. à nu. 1. vsq;  
ad si. limitat eam tresdecim modis.

### Regula CLXXXII.

**D E B I T O R** adolutus, eo quia non est debitor, nō po-  
test actor venire contra sententiam, & probare debitum.  
Hanc regulam ponit glo. in verb. adolutus. & ibi Bar. in l.  
Iulianus verum debitorem. ff. de condi. in arbitro. indebi.  
in 3. par. 1. glo. qua sequuntur ibi Doct. excepto Fulgo.

Hanc regulam cum tribus limitationibus posuit Ias. in  
d.l. Iulianus verum debitorem nu. 21.

### Regula CLXXXIII.

**D E B I T U M** in diem potest ante diem solui. Hanc re-  
gulam probat text. in l. eum qui in §. si. ff. de verb. obl. & in  
l. quod in diem ff. de solu. & ibi glo. ponit concordantias.

Hanc regulam cum duabus ampliationi. & quinque li-  
mitatio. ponit. Vdalri. Zaf. in l. stipulatio ista, in §. incer-  
tam nu. 3. ff. de ver. obligatio.

### Regula CLXXXIV.

**D E B I T U M** regulariter non augetur, seu onus rei vel  
personæ promissum vel debitum, auctis rebus vel personis  
quibus onerosum debetur. Hanc regulam ponit gloss. in l.  
non modus. C. de seruitu. vbi dato quod augeatur fundus  
cui debetur seruitus aquæ ductus, non ex eo augetur ipsa  
seruitus. Quam regulam probat etiam tex. in c. quanto de  
censib. vbi est expressum quod si quis fundauerit monasteri-  
um, ita quod ex redditibus ipsius monasterij detur procu-  
ratio monachis alterius monasterij, & contingat quod mul-  
tum

tum sit auctus numerus monachorum, quibus procuratio  
debebatur, fit reductio iudicis arbitrio ad antiquam men-  
suram seu numerum antiquum. Circa quem tex. vide Pala.  
Rnui. in repet. rub. de donatio. §. 66.

Hanc regulā ponit Alber. Bru. in tract. de augmento, vbi  
in nu. 7. & 8. & 12. dicit hāc esse magis cōmunem op̄i. in 10.  
conclu. princ. & dicit eā tenere pileū, q. 48. Bar. Brix. q. 50.  
Imo. in cle. literas nu. 28. de rescrip. Ias. in l. quo minus nu.  
136. ff. de Flumi. Hanc regulam limitat quinque modis, &  
notabi. eam declarat Albe. Bru. vbi supra à nu. 8. vsque ad  
nu. fi. & vide eundem ibi. in 12. conclusione principali.

## Regula C L X X X V,

D E C R E T U M ex falsa causa interpositum, est nullū.  
Hanc regulam probat tex. in l. magis puto, in §. si æs alienum. ff. de rebus eorum, in l. Seiz. ff. de tuto. & cura. dat. ab  
ijs, in l. iusta, & ibi Benedit. de Plumb. nu. 3. ff. de manu-  
mis. vindict. in l. cum vero. in §. subuentum, ff. de fideicom.  
libe. & in l. & si præses, C. de præd. mino. Iacob. de S. Geor.  
in l. hoc editio, in l. lect. nu. 10. ff. quod quisque iur. vbi po-  
nit hanc regulam. Corn. in consil. 132. nu. 12. volu. 2. & in  
consil. 131. nu. 6. vol. 3. & in consil. 185. nu. 2. volu. 4. Alex. in  
consil. 69. nu. 1. vol. 3. & in consil. 147. nu. 1. & in consil. 207.  
nu. 7. vol. 7. And. Alci. in tract. præsump. in 3. reg. præsump.  
10. Ias. in l. si is ad quem nu. 15. ff. de acqui. hære. Caro. Rui.  
in consil. 160. nu. 27. vol. 2. & in consil. 46. nu. 36. vol. 5. Pau.  
Par. in consil. 99. nu. 16. vol. 1. & in consil. 12. nu. 63. vol. 2. Syl  
vester Aldobrandinus in §. si quis autem nume. 9. vbi dicit  
hanc esse communem opinionem, Instit. de excu.

<sup>1</sup> Amplia primo, siue causa esset falsa ipso iure, siue per  
exceptionem, ideo decretum interpositum propter debitū  
quod potest excludi per exceptionem non valet. Ita Inno.  
in c. præterea nu. 4. de cita. quem sequitur Ludo. Roma. in  
consil. 454. nu. 9.

<sup>2</sup> Amplia secundo, etiam si subest vera causa ex qua inter-  
poni potuisset & valuisse, non tamen fuit allegata, sed fal-  
sa, & super ipsa fuit fundatum decretū. Ut in l. tutor si peti-  
tus, & in l. Seiz egressæ ff. de tutor. & curatorib. dat. ab ijs.  
ita expresse tenet Pau. de cani. consil. 201. nu. 1. vol. 1.

Amplia

- 3 Amplia tertio , siue causa falsa sit expressa in Decreto , si  
ue non , dummodo ex actis constet . Ut est glo . in l . 2 . in verb .  
palam , in § . C . quando prouoca . non est necess . Bart . in d . l .  
Sciæ . ff . de tutor . & curat . dat . ab ijs . nu . 2 . Raph . cuma . in cō  
fi . 116 . 5 . nu . Alex . in consi . 107 . nu . 7 . volu . 7 . vbi dicit hanc  
esse communem opin . pro qua opinione allegat text . in l .  
magis puto , in § . pe . ff . de rebus eorum .
- 4 Amplia quarto , etiam si causa sit pro parte falsa , quia  
tunc in totum vitiatur decretum . Tenet Bar . quem sequun  
tur ibi docto . in l . si non sortem , in § . si centum num . 5 . ff . de  
condict . inde . Bal . in Margarita , in uerbo , decretum , quæst .  
2 . Roma . in consi . 454 . nume . 12 . Deci . in consil . 403 . nume .  
20 . Caro . Ruin . in consi . 160 . nume . 27 . volu . 1 . & Pau . Paris .  
in consi . 100 . nume . 31 . & 35 . uolu . 1 . Ratio est , quia senten  
tia individua est unius capituli l . in hoc iudicio . ff . fam . er  
cif . & individuis utile per inutile vitiatur , l . 1 . § . item quæ  
ritur , & § . item Treba . ff . de aqua quotid . & æsti . l . Græce § .  
illud , ff . de fideiussor . Et sic adiudicatio rei pro maiori debi  
to quam sit , non tenet in aliquo quando sit à iudice , ut in  
l . 1 . in § . hæc uerba , ff . ne vis fiat ei . Bald . in l . certi condictio  
in § . quoniam nu . 3 . ff . si cert . petatur , scens si à patre , vt in  
d . § . si centum , ita tenet Alexan . in l . iuste possidet , & ibi do  
cto . ff . de acquiren . possessio . Bal . in consi . 223 . nu . 1 . & 2 . vo  
lum . 2 . & ita suisse iudicatum testatur Matt . de Asslic . in de  
cisione 218 . nu . 3 . & 4 . Quod non procedit etiam quādo res  
esset mihi adiudicata , tam ratione mei debiti quam debiti  
fratris , cuius mandatum non habeo , quia tunc pro parte  
mea tenebit . Ita concludit Bald . in l . ordo , nume . 17 . C . de  
execu . rei iudic . quem sequitur Philip . Dec . in l . cū amplius  
nu . 3 . in ver . 3 . limitatur , ff . de reg . iu .
- 5 Limita primo , quando ius & iustitia deficerent ex parte  
connenti , seu ratione rei in qua missio facta est , vt pote si  
vere sim creditor Titij , & missus sim in possessionem rei  
Caij , tanquam esset Titij , nam tunc si missio ex primo de  
creto facta sit , poterit casus comparere & ostendere sum  
marie de iure suo , & reuocari facere missionem . Ut in l . à di  
uo Pio . in § . si super rebus , ff . de re iudi . si vero compareat  
post secundum decretum non poterit summarie reuocatio  
nem

nem missioñis p̄tēre, sed ordinarie sic, libellum offerēdo,  
& alia faciendo necessaria, vt in d.l. à diuo Pio, in §. si post  
addictum, Barto. in d.l. si is ad quietm, nū. 2. ff. de acqui. hæc.  
Item si missio facta fuerit in qua tertius ius habet, quia in-  
tra annum summarie discutietur: postea vero ordinarie.  
Ita Barto. quēm sequuntur ibi doct. in l. iuste possidet. nu.  
1. ff. de acqui. poss. secus si deficeret ius ex parte agentis: vt  
si peto centum quæ falso mihi dico esse debita. & quia non  
compars in possessionem bonorum tuorum missus sum, tūc  
non ualeat decretum interpositum, quia ex parte agētis ius  
defecit, cū nihil mihi debeatur, vt in l. 1. in §. hæc uerba,  
ff. ne uis fiat ei.

**2** Limita secundo, quādō suisset cognitum de ueritate aut  
falsitate causæ ante decreti interpositionem. Vt est gl. in l.  
si putas, in uerbo, negarentur, & ibi Bal. C. de petitio. hæc.  
argu. tex. in l. fi. C. de edict. diui Adria. tollen. Bal. in l. 2. co-  
lum. 2. C. quando prouoca, non est necess. etiam si summa-  
rie cognitum fuerit, quia in decreto plena cognitio causæ  
non requiritur: glo. in l. cum proponas, in uerbo constat. C.  
de bonis autho. iudi. poss. & in c. quoniam frequenter, in §.  
fi. in uerbo, summatis, vt lite non contesta. Tex. de iure re-  
gio in l. 2. tit. 8. par. 3. & hanc limitationem tenet Ange. in  
l. ius pluribus, ff. de iustit. & iure.

**3** Limita tertio, quando decretum interponeretur ex cau-  
sa erronea vt si iudex ignorans interposuerit decretum su-  
per contractu dolo vel metu inito, tunc enim decretū non  
est nullum, sed poterit peti restitutio. Vt in l. 2. C. de fide-  
iuss. mino. & ibi Bald. nume. 1. & 2. Iacob. de sanct. Georg.  
ibi, nume. 13.

**4** Limita quarto, quando interpositum esset ad postulatio-  
nem partis, & erant tales qui sibi præiudicare poterant, nā  
tunc falsitas causæ, decretum nullum non redderet. Hanc  
limitationem posuit Bar. in l. tutor si petitus, ff. de tuto. &  
curat. dat. ab ijs. dum solvit contrarium l. si ut proponis, C.  
de confirmā. tutor. quē sequitur Ange. in l. cum 2. in §. si  
pretor, & ibi Iacob. in l. lect. nume. 5. & in 2. lectu. nume. 7.  
ff. de transact.

**5** Quinto limita, quando decretum inter consentiētes in-  
terposi-

terpositum esset. Ut in l. sed si hac, in S. patronum ff. de ius vocan. vbi si libertus tanquam ingenuus esset adoptatus, & decretum adoptionis interpositum, illud decretum tenet. & ita per illum tex. tenet Bal. vbi Iaco. in d.l. si prætor, in 2. lec. nu. 7.

6. Sexto fallit, quando veritas vel falsitas causæ ex iudicis declaratione pendebat, vt si iudex, interdixit administrationē alicui tanquam prodigo qui non est. Ut in l. is cui bonus, & ibi Bar. ff. de verb. ob. & ita tenet idē Bal. vbi hoc nob̄ tab. declarat, in l. Seiç. nu. 4. & 5. ff. de tuto. & cur. dat. ab ijs.

7. Fallit septimo, qñ decretum esset interpositum ex causa pro executione iudicati, quoniam falsa causa illud non viat. Ita not. tenet Bal. in l. sunt & aliae, in 1. lec. in S. fi. per tex. ibi ff. de Publicia, quē sequitur Iacobi. in d.S. si prætor, in 2. lec. nu. 7. ff. de transac. Et quānis tex. ille hoc non probet secundum Alex. in d.l. iuste possidet, tamē eius dictum cōprobatur ratione, nam sententia ēt iniusta inter partes facit ius l. 1. S. itē cum contraxeras ff. quando appellan. sit, & facit debitū quod prius non erat. & ideo tale decretum licet interpositum sit ex falsa causa, non potest impugnari postquam transiit in rem iudicatam, per ea quæ habētur in l. 1. C. de iur. & fac. igno. Pro qua ratione est tex. in l. qui Rom. In S. duo fratres ff. de verb. obli. vbi probatur & expresse ex eo notat. Bar. quod iniusta sententia per quā quis contra diuisionem facere declaratur, facit penam cōmitti, quem ibi sequuntur doc. præcipue Vdalri. Zasius nu. 6. qui dicit illum tex. esse notabilem ad hoc, & illud dīctū Bald. sequitur Rgi. in cons. 12. nu. 4. volu. 4.

Alia vero circa hāc regulam & eius materiam vide per doct. in d.S. prætor, & in l. iuste possidet ff. de acqui. poss.

### Regula C L X X V I.

D E C R E T U M . interpositum sine causæ cognitione nō valet, sed annullatur. Hanc regulam probat text. in l. magis puto, in S. non passim ff. de rebus eo. & in l. fi. ff. de cura i. to. furio. & in l. cum 2. in S. si prætor ff. de transac. Hanc regulam ponit Bar. in l. prolatam C. de senten. & interlocu. om. iudi. & ibi declara, quando dicatur fieri sine causæ cognitione, quia quando iudex sine causæ cognitione, procedit,

Regulae utriusq; iuris selectæ: 119

cedit, censetur tamquam priuatus procedere, ideo non est ei obediendum, ut in e. conquerente, de resti. spolia. Card. in clemen. 1. in fine, de celebra. missæ. Feli. in e. ecclesia Sanctæ Mariz, nu. 17. de consti. Et circa hanc regu. vide Thomam Ferratium in caute. 40. Catellianum Cottam in Memorialib. iuris, in verb. decretum el. iiiij. & vi.

I Amplia primo, quando de causa breuiter cognitū fuit, & omnia momento tempora facta fuerunt, & sic præcipiantur, nam præsumitur fraudulentur cognitum, sed requiriatur temporis interuum incognitio cause & interpolatione decreti, quia ex breuitate temporis præsumitur causa cognitionem non interuenisse, ut in l. si finita, in §. si forte versi. festinare non debes ff. de dam. infect. & in e. 1. de rebus eccl. non alienan. lib. 6. Ita in expressis terminis consuluit Anchæ. in consil. 83. nume. 3. vbi concludit, quod licet in alienatione bonorum minoris decretum interuenire debeat l. cum plures §. fina. ff. de admini. tuto. & l. lex. quæ tutores, C. eodem titu. quibus concor. l. 28. titu. 16. par. 6. tamen quando iudex decretum interposuit eo tempore momento quo fuit petitum, tum decretum est nullum, cum propter temporis breuitatem dicantur omnia fuisse præcipitanter gesta, & re ac negocio non mature discussio, ut in e. ex literis, de resti. in integrum, idem Anchæ. in consil. 36. nume. 3. Pau. Castrensi. in d. §. si prætor, Alex. in consil. 163. nume. 5. volu. 5. Paul. de Castr. in consil. 38. nume. 2. lib. 2. eandem opinionem tenet Rapha. Cumz. in consil. 180. nu. 3. Barba. in consil. 1. col. 33. nu. 13. in versi. quinimo plus dico, & in consil. 40. nume. 19. & in consil. 6. col. 2. in uersic. capio decisionem inditiduo, ident in consil. 41. colum. 4. in uersic. hoc decidit in indiuiduo dolu. 4. Ias. in l. sciendum, nume. 14. ff. de uerbis. obligatio. & in l. nec quicquam, in §. ubi decretum, ff. de officio proconsil. & lega. nu. 69. & in l. 2. nume. 15. C. de ædendo, & in l. sed si hac, in §. prætor ait, nu. 1. ff. de in ius uocā. Phil. Dec. in consil. 351. nu. 7. & in consil. 403. nu. 19. Hippoly. in l. statu liber. nu. 15. ff. de questio. & in l. qui ceden. nu. 18. ff. ad l. Cor. deficit. & in consil. 48. nu. 32. & 37. Pau. Paris. in consil. 85. nu. 43. lib. 3. & in consil. 80. nu. 49. uol. 1. idem Hippo. in pract. in §.

nunc

nunc videndum, nume. 33. idem Ias. in Liudices, C. de iudi-  
nu. 3. Alciat. in tract. præsum. in 3. regu. præsum. 10. nu. 8.

¶ Quam ampliationem intelligo primo, nisi esset talis  
cause cognitio quæ in continentि adhiberi possit, quia tunc  
valeret decretum. Ita tenet Alex. in consi. 80. nu. 9. cum  
seq. volu. 5. quem sequitur Franc. Purpura. in rub. ff. de offi.  
assesto: quæstio. 4. nu. 134.

¶ Secundo intellige, quando iudex vel aliis habuisset ple-  
nam cognitionem illius causæ ante decretum, quia tunc  
cessat ratio, ergo & iuris decisio, vt in l. illud ff. ad legem  
Aquil. Hippo. in rubr. ff. de fidei uslo. quæstio. 5. nume. 86. &  
vide posita infra in fin. amplia.

Amplia secundo, vt procedat in missione in possessione  
secundi decreti, nam missus in possessionem sine causæ co-  
gnitione non facit fructus suos. Ita tenet Iqno. in c. consul-  
tationibus, num. 2. de iure patro. quem sequitur Bal. in l. 2.  
nu. 80. C. de serui. & aqua. Roma. in consi. 454. nu. 17. Hippo.  
in pract. criminali, in §. nunc videndum, nu. 35. imo fructus  
percepti virtute inutilis decreti debet in sortem computa-  
ri, per l. 1. & vltima, C. de pigno. actio. not. in l. si dominii  
ff. de pigno. & ita fuit expresse decisum, vt testa. ibi Mat-  
thæ. de Afflict. in decisi. Neapoli. & ita tenet Feli. in c. San-  
ctæ Mariæ, nu. 25. de consti.

3 Amplia ratio procedere, etiam si Notarius attestetur  
instrumento causæ cognitionem interuenisse: nam ei non  
creditur, maxime vt supra dixi in 1. ampliatione, quando  
modicum interuallum temporis interuenit ad causæ co-  
gnitionem. Ita tenet Pau. de Cast. in consi. 38. nu. 2. volu. 2.  
Hippo. in l. qui cædem, nume. 19. de siccari. Philipp. Deci. in  
consi. 556. nume. 6. Ias. in l. nec quicquam §. ubi decretum,  
nu. 70. & 79. ff. de offic. proconsul. & lega. & in l. sciendum,  
nu. 3. ff. de verbo. obligatio.

4 Amplia quarto, nam licet res minorum debeat vendi  
seruatis ijs quæ habentur, in l. 2. & 3. & 4. C. de autho. præ-  
sta. & in l. ob æs, & in l. 1. & 2. C. de prædijs mino. & in l. lex  
quæ tutores C. de admii. tuto. ubi inter alia requisita pon-  
tur, quod debent vendi, scilicet ob æs alienum, tamen non  
creditur tutori uel curatori dicenti ob æs alienum vendi-  
disse,

- disse, nisi appareat de iudicis decreto & ante cognitio causa interuenisse. Ita tenet Spec. in tit. de emp. & vendi. in §. nunc dicendum, nu. 4. & 5. Archi. & doct. in c. 1. de reb. eccl. non alienan. lib. 6. Lucas de Penna, in l. fi. C. de decre. decu-  
rio. lib. 10. Bal. & Salic. in l. 1. C. si aduer. donatio. Philipp. Corne. in cons. 73. nu. 4. vol. 3. Hipp. de Marsi. in sing. 399.
- 5 Amplia quinto procedere, etiam si iudex dicat se inter-  
posuisse cause cognitionem in decreto. Argu. eorum quæ  
notat Bar. in l. si forte, ff. de castr. pecu. Ita tenet Pau. Ca-  
stren. in l. cum in 2. in §. si prætor ff. de transac. & in d. consi.  
72. volu. 2. Specu. in d. §. nunc dicendum, nu. 4. & 5. Corn. in  
cons. 71. nu. 3. vol. 3. Hippo. in d. sing. 499. Tho. Fer. in cau.  
60. nu. 4. Ias. in l. nec quicquam §. vbi decretum, nu. 71. ff. de  
offic. procon. & lega. licet Alex. quem refert Ias. in l. sciendu-  
m, ff. de verb. oblig. contrarium teneat nu. 13.
- 6 i. Amplia sexto in tantum procedere, q. scriptura separa-  
ta fieri debet de causæ cognitione, & altera de decreto. Ita  
firmat. Spec. in tit. de procu. in §. 1. nu. 22. Paul. de Castr. in  
d. cons. 38. nu. 2. vers. debuit ergo, quem sequitur Tho. Fer.  
in d. c. cau. 60. nu. 13. Ias. in d. §. vbi decretū, nu. 71. ff. de off.  
procon. & lega. & in l. sciendum ff. de verb. oblig. nu. 13.
- 7 Amplia septimo, procedere in causis criminalibus: nam  
sicut in ciuilibus non valet sine causæ cognitione, à fortio-  
ri in criminalibus, nam vbi maius periculum, &c. ut in c.  
vbi periculum, de elec. lib. 6. Ita concludit Hipp. in pract.  
crimi. in §. nunc videndum, nu. 43. & in consi. 130. nu. 46.
- 8 Amplia octavo habere locum, etiam in sententia, nam  
quandounque est lata sine causæ cognitione, est ipso iure  
nulla. Ut concludit Feli. in c. ecclæ Sæctæ Mariæ, nu. 17.  
de constit. vbi hoc limitat sex modis. Eandem opinionem  
tenet Mar. Mant. in repe. l. nec quicquam, in §. vbi decretū  
nu. 18. ff. de offi. procon. & leg. Sebastianus Vantius notabi-  
liter in tract. de nullitatibus sententiarum, rub. 13. de nulli-  
tate ex defectu processus, nu. 30. cù seq. ubi allegat quam  
plures docto. idem tenet, Anto. Capit. Neapo. in decis. 69.  
nu. 35. Ias. in Iudices, C. de iudic. nu. 1. & 2.
- 9 Amplia nono, habere locum in compromisso: nam si fa-  
ctum sit compromissum in aliquem, & is immediate post  
compro-

compromissum pronuntiet, non valet. Ita tenet Bal. in c. 11  
 nu. 10. de inuesti. in mari. fact. in vslb. feud. & in l. prolatam;  
 nu. 15. C. de senten. & interlo. om. iudi. quod notat contra  
 rusticos Ias. qui immediate post compromissum pronuntiar,  
 in l. iudices. nu. 4. C. de iudi. Raphael. Cuina. in cons. 50. nul.  
 4. Card. in cons. 140. nu. 7. Philip. Dec. in c. cu venerabi. in  
 glo. 2. in prin. nu. 43. cum seq. Panor. in c. Quintattallis, nu.  
 45. de iureiu. Quod tamē intelligo, nisi per arbitrum ante  
 compromissum longo tempore causa esset ruminata & di-  
 spunitata coram eo, & ipse postea arbiter fuit electus. Ita te-  
 net Soci. in cons. 121. nu. 3. volu. 3. Hippo. in repe. rubr. ff.  
 de fideiūs. nu. 81. Alia circa hanc regulam vide per Felic.  
 in c. ecclesiaz Sancte Marie, nu. 25. de constit. 1. 1.

## Regula C L X X V I I .

D E C R E T U M in quibus casibus interponi debeat.

- 1 Primus est in vēditione rerum ciuitatis. Ut in l. si. & ibi Iacobus Rebu. & doct. C. de venden. reb. ciuitā. lib. 11. Et vi de pragmaticam 9. de Valladolid, anni Domini 1542.
- 2 Secundus est, in venditione prēdiorum Decurionum & enrialium. Ut in l. 1. & per totum C. de prēd. Decurio. sine decre. non ali. lib. 10.
- 3 Tertius est, in alienatione bonorum immobilium mino-  
ris. Ut in l. lex quæ tutores C. de administ. tuto. & in l. 1. & per totū, C. de prēdijs & alijs reb. mino. De iure regio est tex. in l. 18. tit. 16. par. 6. & in l. 4. tit. 5. par. 5. & vide Catel-  
lia. Cottam in Memora iuris, in verbo, decretum el iiiij.
- 4 Quartus est, quādo decernuntur alimenta pupillo: nam debent decerni pro modo facultatum, & sic debet interue-  
nire decretum. Ut in l. 1. 2. & 3. ff. de pupil. educe. debeat, de  
quo vide Ias. in l. 2. nu. 15. & ibi Dec. nu. 34. C. de eden.
- 5 Quintus est, in tute, vel curatore dando pupillis illu-  
strium personarum. Ut in l. 1. versi. postea per prætorē in-  
terponatur decretum, C. de tutori. vel cura. illustri. vel clā-  
rissi. person. Idem in alijs personis tenet Barto. in l. legit-  
mos ff. de legiti. tuto. nume. 3. Idem est in actore dando tu-  
toribus impeditis: ut in §. si. insti. de curatori. & ibi notab.  
Aldobrandi. nu. 16. cum seq.
- 6 Sextus, vbi iudicis officiū imploratur. Ut in l. nec quic-  
quam

- quam, in §. vbi decretum, ff. de offi. proconsu. & lega.
- 7 Septimus, in dominij adjudicatione facienda contra cōtumacem, & uocatur secundū decretū , de quo in l. si finitā in §. Julianus, & in §. si plures, ff. de damno infec. & ibi doc:
- 8 Octauus, in contractu filij familias, cuius pater furiosus vel mente captus est. Ita tenet Bal. per tex. ibi, in l. si furio si, nume. 1. C. de nup.
- 9 Nonus casus in quo decretum interponitur, in remitten da parte debiti facta per maiorem partem dissentiente minore parte. Vt in l. & suum hæredem, in §. fina. ff. de pact. & l. 5. titu. 15. par. 15.
- 10 Decimus casus, in venditione facta per substantiam . Vt in l. 1. C. de fide instr. lib. 10. & in l. si quos, C. de rescind. venditio. In quo est notandum quod licet res si vendita in publica subhastatione iudicis mandato , habet locum remedio l. 2. C. de rescind. uendi. ita probatur in d.l. si quos, pro qua opinio. est tex. in l. 4. titul. 7. libr. 5. ordi. Hanc opinio. tenet Barto. in l. 1. nume. 1. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. quem sequitur Ioan. de Imo. in l. prætia rerum nume. 3. in 2. col. ff. ad l. Fal. & in l. si quis cum aliter, nume. 7. ff. de uerbo. obliga. Abb. in e. cum causa, nu. 6. de emptio. & uend. Pāta. de Crema. in repet. l. 2. col. 24. & 25. in 8. & 9. limita. C. de rescind. uen. eandem opinionem tenet Alex. in d.l. prætia rerum, nume. 8. & in d.l. si quis cum aliter, nume. 15. ubi plura adducunt pro ista opinione idem Ale. in additio. ad Bar. in l. 1. C. de prædi. decurio. lib. 10. Roma. in d.l. si quis cum aliter, nu. 9. & 10. eandem opinio. ubi eam latissime examinat, tenet Vinc. de Hercula. in d.l. prætia rerum, in §. corpora. col. 9. uersi. circa quintum, ff. ad l. Fal. Contrariā opin. tenet Bar. per tex. ibi, in l. 1. C. de præd. decurio. l. 10. ibi, nec immoderatus uendor, nec emptor iniustus inueniatur, idem sentit idem Bart. in l. si quos spontaneos, C. de decuri. eo l. b. quam opini. Bar. sequitur Ang. in d.l. 1. C. de præd. decut. nu. 1. & in repe. l. sciendum, nu. 11. ff. de verb. obl. idem Ang. in d. §. corpora. nu. 3. ff. ad le. fal. idem Ange. in coh. l. 42. nu. 1. Pro qua opin. est tex. in l. 120. styl. in si. quæ facit contra supradictum l. ordinamenti .
- In qua contrarietate sic distinguendum puto: nā quando

Q ali-

aliqua res venditur propter debitum publicum, ut in casu  
 L. C. de præd. decurio. ibi, necessitate coactus, & emptor  
 fuit compulsus per iudicem ad emendum: in hoc casu & licet  
 venditor sit deceptus ultra dimidiam, non habet locum re-  
 scissio, & procedit opinio Bar. in d.l. 1. & l. 22. styl. Hanc  
 opin. & concordiam videtur tenere Ioan. de Imol. in d.l.  
 prætia teru. Ang. de Peru. in d. cons. 142. in si. verbis Ange.  
 Are. in §. seques, nu. 3. insti. de actio. Ant. de Burgos, in d.c.  
 cū dilecti, nu. 27. de empt. & vend. Pro qua op. expresse fa-  
 cit l. 5. tit. 4. lib. 5. ordina. & l. 18. titu. 4. lib. 6. ordinamenti.  
 Est etiam notandum q[uod] supra dictæ leges regni in alio con-  
 trariantur: nam lex ordinamenti in fine loquitur in qua-  
 tuor annis post venditionem. lex vero styl. loquitur in uno  
 anno, quæ lex styl. debet intelligi quando res vendita est  
 auctoritate iudicis, ut ex ea l. constat.

110 Vndeclimus, olim in bonorum possessione discernenda,  
 & vocabatur bonorum possessio decretalis. Ut in l. 1. §. de-  
 cretal. ff. de success. edict. hodie tene quod traditur in l. si.  
 C. qui. admi. ad bo. posse. poss.

111 Duodecimo super transactionibus alimentorum solet decre-  
 tur sive auctoritas prætoris interponi. Ut in l. cū 2. in prin.  
 ff. de transac. & in l. de alimentis, & ibi Doct. C. eod. titu.

112 Tertiodecimo in procuratore dando furioso. Ut in l. de  
 creationibus C. de episc. audien.

113 Decimoquarto propter famem consanguineorum pupil-  
 lis potest tutor cum decreto alimenta eis ex bonis pupil-  
 lis dare. Ut in l. 1. in §. sed nonnullos ff. de tutelis & ra-  
 tionib. distrahen. Porro casus in quibus quis in iure tene-  
 tur aliquem alimentare, ultra Roma. in sing. 138. vide Io.  
 Platea, in rub. C. de decurio. lib. 10. Baptista de Sancto Se-  
 ueri. in tracta. de scudi cognitione questio. 15. Franc. Pur-  
 pura. in l. cum quid. nu. 127. ff. si cert. peta. Rip. in l. cum fi-  
 liofamilias, nu. 15. ff. de lega. 1.

114 Decimoquinto in inventario tutoris. Ita tonet Bald.  
 expresse in l. si tutor tuus, nume. 1. C. in quibus eau. resti-  
 tu. in integ. non est necess. vbi allegat tex. in l. si. C. arbitri.  
 tute. Et est text. de iure Regio in l. 16. titu. 6. par. 6. & in l.  
 2. titu. 7. lib. 3. fori. Pro qua facit glo. notab. in l. tutor, qui  
 reper-

repertorium, in gl. i. ff. de admini. tutori, vbi probatur quoddam inuentarium fieri debet in presentia iudicis. idem probat gloss. in l. tutores, la. ij. in verbo, publicarum C. de administratore & in l. chirographis, in glo. i. in si. per text. ibi ff. de admini. tuto. pro qua opinione est tex. in d. l. tutores. ibi, in presentia publicarum personatum, & facit text. in l. nonnulli, in §. cum autem, C. de episcop. & cleri. & in d. l. creationibus C. de episc. audient. vbi episcopus qui tenet locum hereditis, coram iudice tenetur inuentarium facere. Et hanc opinionem tenet Angel. in tracta de inuentario. mm. 11. idem in d. l. tutores, nu. i. pro qua opinione sunt leges regni supra allegatae.

Contrariam tamē opinionem, vbi dicit q; communiter seruatū fieri tantum coram tabellione, tenet Cy. in d. l. tutores, nu. 4. quam sequuntur ibi alij Dōct. Moder. Pro qua opinione est tex. in l. si. C. de iure deliberañ. & in Auth. de herre. & falcid. collat. r. vbi non sit mentio de presentia iudicis, sed solum testium tabellionum, & legatariorum: nec debemus aliam solemnitatem querere quam lex non posuit. Hanc op. ita obseruari tenet expresse Montalvus in d. l. 2. tit. 7. lib. 3. sol. in glo. in verbo, et Alcade in fine.

In qua questione sic communiter distinguitur: aut queritur quantum ad tutorem obligandum, & tunc sufficit fieri extra iudicium, aut queritur an faciat fidem contra debitores scriptos in inuentario & quantum ad eos debet fieri coram iudice: vt in d. l. chirographis ita expresse tenet Bar. in l. tutor qui repertorium, nu. 9. ff. de admini. tuto. quod ante eū renuit Cy. in d. l. tutores, & hāc concordiam sequitur Franc. Porcellinus in tracta de inuentario, c. 2. nu. 9. Vitalis de Cambanis, in tract. clausul. in parte, nihil notari inuentarij confessione pendente, sol. 195. nu. 75. cum seq.

16 Decimosexto, interponitur decretum iudicis. in divisione bonorum minoris. Ut est glo. z. & ibi Bart. in l. inter p. pillos ff. de autho tuto. & curat. l. 13. 11. 10.

17 Decimo septimo in manumissione seruorum per minorem ex causa facienda. Ut in l. etiam, ff. de manumiss. vindi. & in §. eadēm, & seq. insti. quib. ex cau: manu. non licet.

18 Decimo octavo, in reuocando tutele vel curatore: quia

eadem solemnitas requiritur in dissoluendo, sicut & in faciendo, vt in c. i. de regu. iur. in antiqu. & in Authen. contra C. de repud. in l. si vt proponis, la ij. C. de nupt. & in l. nihil tam naturale, ff. de regu. iur. vt in l. prout quisque, ff. de solutio. vbi in contractu in quo requiritur decretum, ita etiam in distractu. Ita notab. concludit Bal. in l. præses, nu. 5. C. de transac. de quo latissime per Tiraq. in legib. connubiali. in glo. 3. nu. 16. cum alijs.

19. Decimonono, secundum quosdam requiritur decretum in alienatione rerum ecclesiæ, vt in Authent. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. eccles. ibi, accèidente consensu ordinatoris, canonizata in c. casellas, in §. hoc ius porrectum, 10. q. 2. Ita expresse tenet Innoc. in c. 2. de transact. nu. 2. Sed Abb. in d. c. 2. eum reprehendit, nu. 4. dicens in irre hoc non probari. Pro quo est glo. in c. i. in verbo, tractatus, in fi. de reb. eccles. non alie. lib. 6. & sic intelligere voluit Inno. decretum pro consensu & autoritate episcopi vel superioris: solet enim episcopus post inquisitionem super commodum vel incommodum factum, si ex re ecclesiæ sit & utilitate, decernere faciendam compositionem, vel factam ratam esse: & sic illi consentit, & hoc modo debet intelligi dictum Inno. Nam hæc authoritas aliquando vocatur consensus authoricabilis: vt dicitur in d. Auth. hoc ius porrectum. Aliquando vero vocatur licentia: vt in c. fi. de reb. eccle. non alie. lib. 6. ibi, consensu apostolicæ sedis, & in c. Abbatibus 12. q. 2. ibi, absque permisso & subscriptione episcopi, & in c. de cætero, & in c. veniens de transac. Interdum simpliciter vocatur consensus, vt in c. in venditionibus, in §. etiā 17. q. 4. & in clem. 1. de reb. eccles. non alie. Non tamen requiritur decretū sicut in rebus minorū, vt supra dixi: quia iura hoc non dicunt in rebus ecclesiæ: sed authoritas episcopi sine consensus requiritur ideo illius decreti: vt in c. 1. de reb. eccle. non alie. lib. 6. Quā opī. tenet expresse Pet. Rebuf. in tract. de deci. q. 13. nu. 20. & in compendio alienationum rerum ecclesiastici. num. 52. And. Barba. in consi. 40. num. 12. cum seq. & vide nota. And. Tiraq. in legib. connubia. in glo. 5. nu. 4. cum alijs. Et ideo ad euitans opī. solent in instrumentis notarij apponere, talis

**I**llis episcopus dedit licentiā & autoritatem, & cōsensum  
super talis rei alienatione: vt tenet Spec.in tit.de empt. &  
vend.in §.nunc dicendum nu.8. Quæ autem differentia sit  
inter decretū, authoritatē, licetiā, & cōsensū, vide Ias.in l.  
nec quicquā, in §.vbi decretū nu.3. ff. de offi.procō. & lega.  
**20** **V**igésimo; in omni contractu debet interponi decretum  
iudicis, seu peti vt contractus cōfirmetur, vt est tex. & Bar.  
doct.nu.2. in l. si quos C.de decurio. lib.10. Luc.de Penna  
in l.f. C.de decre. decurio. eo.lib. Ant.de Burgos in c. cum  
causa, nu.17. de emptio. & vend. Pantal. de Crema.in re-  
pet.l.zcol.26. C.de rescind. rend.

## Regula C L X X X V I I I .

## D E C R E T U M in quibus casibus annulletur.

1. **P**rimus est quando ex falsa causa est interpositum, vt su  
pradixi, in regu. 185.
2. **S**econdus quādo fuit interpositum sine causæ cognitio-  
ne, vt dixi suprà in regu. 186.
3. **T**ertius si iudex interponendo illud non sedeat: vt in l.  
naturali, in §. si queratur ibi, & pro tribunali decretum in-  
terpositum sit, ff. de cohfir. tut. Spec. in tit. de ferijs, in §. se-  
quitur nume. 12. Luc.de Peni.in l.vlt. C.de decurio.lib.20.  
Philip.Corn.in cons.98.nu.4. vol.1.
4. **Q**uartus quando interpositum est in die feriato in ho-  
norem Dei. Vt nota. l.in actus, & in l.dies festos C. de feri.  
Ancha.in cōs. 116. nu.6. vers. fuit enim decreti interposi-  
tio nulla ipso iure, Iacobi.de S. Geor.in l.dinus, nu.7. si de  
feri. Chassa.in consue.Burgund.in tit. [Des iustices] rub.1.  
§.6. fol.68. col.2. nu. 96.
5. **Q**uintus, quando per errorem est interpositum. Teneat  
Bar.in l.ius pluribus, num.2. ff. de iust. & iur. Ludou. B. do-  
gni.in cons.33. incip. vt ea quæ insta, col.1. facit text. in l.si  
per errorem ff. de iurisd.om.iudi.
6. **S**extus, quando intervenit dolus partis. Vt in l. & si pre-  
ses, C.de præd.mino. Bar.in d.t.ius pluribus, Bal.& ibi Ia-  
cobi.nu.13. in l.vnicā, C.de fideiuss.mino. nam dolus nemini  
debet patrocinari, c.sedes, & c.ex tenore de rescript.
7. **S**eptimus, quando non intervenit citatio peremptoria,  
annullatur et primū decretū si ante fuerit interpositū.

Vt in l.præsentí C. de his qui ab eccl. config. & in l. n. &  
ibi glo. vbi C. in rem actio notant Doct. in l. si finita, in s.  
Iulianus ff. de dam. infect. Bartol. in l. consentaneum, C.  
quomo. & quānd. iud. Philip. Corne. in cons. 5 i. nume. 4. &  
in cons. 132. nu. 5. volu. 4.

- 8** Octauus, iudex ex officio suo, potest annullare decretū  
interpositum in quo fuit pars decepta. Ita firmat Io. Aud.  
in e. consultationibus, de offi. delega. Bald. in lvnica, nu. 9.  
C. de confessio. Hippo. m sing. 220. b.

## Regula

**D E C R E T U M** iudicis præsumitur interpositum ex iuris causis. Hanc regulam probat glo. in l. 1. in verbo, omni ordine, ad fin. C. de fide instru. lib. 10. pro qua est text. in l. 2. in versicu. quod arbitramur C. de inoffic. ciuii. iudi. quem text. allegat Bald. in l. errore, in 1. colum. C. de testament. facit etiam tex. in l. ab ea parte, in 2. respon. ff. de proba. ita tenet Spec. in tit. de empt. & vend. in §. nunc dicendum nu. 5. Hanc op. tenuit Ias. in l. nec quicquam, in §. vbi decretum nu. 79. ff. de offi. procon. & lega. & in l. mandata nu. 6. ff. de offi. eius, & in l. post dotem. nu. 83. ff. lolut. inatri. Pet. Loriotus, in tract. de pactis, axiom. 56. Philip. Corn. in cons. 98. nu. 1. vol. 1. Alex. in l. sciendum. ff. de uer. oblig. Hippo. vbi allegat alios doct. in sing. 1438. Abb. in c. quoniam contra, de probatio. ubi Pau. Paris. nu. 137. Fran. Niconi. not. in d. c. quoniam contra, q. fina. post glo. nu. 28. Quam opinionem dicit esse communem Andre. Alciat. in tracta. præsumpt. in 3. regula; præsump. decima, nu. 1. 10. 11.

- 2** Amplia primo procedere, etiam si iudex esset ribaldus, adhuc pro tali decreto presumitur. Ita tenet Bal. in c. si-  
cuit, per illum tex. nu. 3. in fi. de re iudi. & illud dictum Bal.  
sequitur Ias. in c. 1. nu. 8. qui feu. dare poss. & in l. pacta no-  
uissima, nu. 7. C. de pac. Franc. Nico. in rep. in c. quoniā con-  
tra, in q. fidia. post glo. nr. 29. fol. 155. col. 4.

**2** - Amplia secundo, nā licet sit verum quod spoliatus an-  
te omnia restituendus sit, iuxta tex. in l. si quis ad se fundū,  
C. ad leg. Iu. de vi publ. tamen in tantum presumitur pro  
Iudice, & pro eius decreto, quod spoliatus à iudice non po-  
test petere restitutionē: & tunc non habet locū supra dicta  
regula

regula. Ita probat glo. in c. præsentiam, in glo. fina. 7. q. 11.  
 & in nomine Domini, in uerbo, audientia. 23. distinct. quas  
 gl. approbat Abb. in c. cum dilectus, nume. 11. quod metus  
 cau. & in c. dilectus filius, de restrip. & in c. conquerente, in  
 vlt. notab. do restitut. spolia. Ias. in d. l. iuste possidet. nume.  
 3. ff. de acquiren. pos. & in l. iusluratum, in §. ait prætor,  
 nu. 2. ff. de iurein. Dec. in l. qui authore, nu. 3. & ibi Guliel.  
 Maine. nu. 10. ff. de reg. iu. Cagno. in l. non videtur, in §. si  
 iusti, eo. tit. Io. Gualden. in tract. de arte testandi, ti. 11. cau  
 tela 20. nu. 8. Matthæ. de Afflict. in constituti. Neapo. libr.  
 1. rub. 7. nu. 39. Stephæ. Aufre. in addit. ad decis. Capel. To  
 losa. in decis. 490.

**1.** Limita primo, procedere in maioribus iudicibus, velu  
 ti in præside, prætore, & similibus, quia lex præsumit quod  
 maioris iudicis factum sit rite factum, secus tamen in mi  
 noribus, puta in magistratibus pedaneis, vel municipalib  
 us. Ita tenet Bal. in l. tutores, ff. de confir. tuto. & dicit ita  
 velle Azonem in Summa. C. de tuto. & curato. qui non sa  
 tis. & quod ita intelligitur, §. nos autem, Insti. de authori.  
 Quod dictum sequitur Ias. in l. paeta nouissima, nu. 9. C.  
 de pact. & in d. c. 1. nu. 10. qui feud. dare pos. & in rub. C. qui  
 admi. nu. 7. Franc. Nico. in d. repe. c. quoniam contra §. in d.  
 q. fi. nu. 32. Hippoly. in singu. 438.

**2.** Secundo limita, quandounque decretum interpositum  
 fuit præcipitater, de quo dixi supra. i reg. 186. prima amp.

**3.** Limita tertio, quando iudex esset idiota, quia non est  
 verisimile quod ipse fecerit seruari solennitates iuris quas  
 ignorat, uel adhibuerit legitimam causæ cognitionem.  
 Ita concludit Aret. in cons. 69. nu. 2. quem sequitur And.  
 Alciat. in tract. præsumptio. in d. reg. 40. nu. 10.

**4.** Quarto fallit, quando pars plene non edocuit iudicem  
 de negotio. Ita concludit Bal. in cons. 375. nu. 4. uol. 3. allo  
 gat tex. in l. 1. C. de præd. decurio. lib. 10. quem sequitur Al  
 ciat. vbi supra, nume. 9.

**5.** Quinto fallit, quando in tali decreto esset error mani  
 festus, seu uitium visibile, & sic per euidentiam facti cotta  
 rum apparet. Ita tenet Bal. in l. 2. in §. sed alio, in 1. dictu.  
 nu. 15. in fi. quest. ff. si ex noxa. cau. agat, per not. in l. I. inde  
 p

ratores, ff. de priuile. credit. quem sequitur Alciat. vbi supra  
nu. 11. Hippoly. in d. sing. 438. in fi.

## Regula cxc.

D e curiones, & constituti in dignitate non debent torqueri. Hanc regulam probat tex. in l. milites, & in l. decuriones, C. de quæstio. De iure regio est text. in l. 2. titu. 30. par. 7. & in l. 4. tit. 2. lib. 4. ordi. Circa quam reg. vide And. Tiraquel. in tract. de nobilie. c. 20. nu. 133.

Hanc regulam cum sex limitatio. ponit Cisuenes in l. 79. Tauri. in 2. col. uersi. sexto dubitatur.

1. Amplia primo ultra cum, habere locum in eorum filijs usque ad pronepotem. Ita probatur in l. diuo Marco, C. de quæst. & in l. si matrem, C. de poen. & in d. l. 2. tit. 30. parte 7.

2. b. Amplia secundo procedere, etiam finito officio in memoriam pristinæ dignitatis. Ut in l. fi. ff. de decuri. & in l. nichil, C. de quæst. glo. in l. omnes, C. de decurio. libr. 10. & in c. concessum, de reg. iur. libr. 6. ita tenet Hippoly. in pract. crimi. §. expedita. nu. 27. Et hanc quæstionem dicit Bart. se habuisse de facto in d. l. milites, sequitur idem Hipp. in singu. 179. in 3. col. idem in l. edictum, nu. 16. ff. de quæst. Thomas Grā. in uoto 1. nu. 17. & 18. & in uoto. 32. nu. 19. & 21. idem Hippo. in sing. 197.

3. Amplia tertio, habere locum in doctoribus & Aduocatis; nam sicut milites torqueri non possunt, ita eodem modo neque Doctores, ratione dignitatis: quia Doctor dicitur in dignitate constitutus ut in c. quanto, de Magist. Hac opinionem tenet Ioan. Andr. in c. cum in contemplatione de reg. iur. in antiquis, eandem opinionem tenuit Alex. de Imo, in l. centurio, ff. de vulga. vbi per decem equiparationes tenet quod priuilegium concessum militi, & Doctoribus concessum videatur, & ibi Lancelo. Galia. nu. 25. Hipp. in d. l. edictum, nu. 4. & in singu. 556. & in d. §. expedita. nu. 30. Ias. in l. 1. in 2. col. C. de iur. & facti igno. Thomas Grā. in uoto 1. nu. 4. & in uoto 25. nu. 4. & Cinus expresse in d. l. milites. Matthesil. not. 59. facit quod dixi supra in regul. 55. in 5. & 7. limitatione.

4. Amplia quarto adeo procedere, quod consuetudo in contrarium nō ualeat. Ita probat tex. in l. omnes iudices, & ibi ex-

expresse Bar. per illum tex. nu. 2. C. de decurio. lib. 10. quod dictum Bar. sequitur Ludoui. Roma. in singu. 488. Additinator. Bar. in l. 1. in addi. ad nume. 2. C. de dignita. libr. 11. Ias. in l. de quibus, nume. 66. ff. de iusti. & iure. Chassanæ. in consue. Burgun. in tit. [Des iustices.] Rub. 1. §. 4. fol. 34. col. 1. nume. 8. Lancelo. Galia. in repe. l. Centurio, nu. 35. ff. de vulga. Hippoly. in d. l. edictum, nu. 5. Thomas Gramma. in d. uoto. 1. nume. 12. Angel. in tracta. maleficiorum, in uerbo, fama publica, nume. 102. eadem opinionem tenet idem Gramma. licet corruptus sit, in d. voto 25. nume. 4. Et licet aliqui ex Docto. quos ipse allegat contrarium teneant, ita commu. teneri ultra alios docto. tenet Ludouic. Carrerius in præt. criminali, in princ. nume. 189. Paul. Grillandus in tractatu de tortura, quæstione 7, nume. 3. & Hippoly. in singu. 556.

5. Amplia quinto in tantum procedere, quod nec pro debito careerari possunt. Ita tenet Bal. in l. 1. C. qui bonis cedere poss. per tex. in l. miles, ff. de re iudic. facit etiam glos. in l. medicos; C. de professo. & medi. lib. 10. ita tenet Hippoly. in d. l. edictum, nume. 5. ff. de quæstio. Andræas Tiraquel. in tract. de nobilit. cap. 20. nu. 136. Pro qua opinione est hodie tex. de iure Regio in l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordin.

6. Amplia sexto adeo procedere, quod etiam furæ subiectæ non debent: & sic pro delicto non debent suspendi. Ita probat tex. in l. meris, §. sed enim sciendum, in uersicu. ne iureæ subiecti, ff. de pœna. Quod etiam probat text. de iure Regio in l. 8. titu. 31. par. 7. Et quod de consuetudinæ hæc opinio seruitur, tenet glo. in l. desertorem, §. pœna. in verbo, torquentur, ff. de re milita. quam sequitur Bal. in c. cum quidam, nu. 1. de iureiu. Hippoly. in repe. l. ynicæ, nu. 107. C. de raptu. virgi. Claudius Cottareus in tracta. de iure militum, lib. 3. cap. de pénis. Andræas Tiraquel. in tracta. de nobili. c. 10. nume. 107.

7. Amplia septimo, adeo quod si tales torqueantur de facto talis cibnæficio non ualeret. Ita probat glo. in l. penult. ff. quæst. & ita per illam glo. tenet Hippoly. in d. l. edictū, nu. 7. & in d. §. expedita, nu. 46. & in d. singul. 189. Bal. in l. Imperator, la ij. loquendo de muliere prægnante, ff. de statu hominis.

nomi. & idem Hippol. in singu. 107. & Ange. Aretin. in tra-  
cta. maleficiorum, in verbo, fama publica, nu. 99.

- 8 Amplia octauo procedere, quod si officialis aliter face-  
re velit, possit ei de iure resisti. Ut habetur in d. l. omnes,  
C. de decurio. lib. 10. & in Auth. quomodo oporteat episco-  
pus, in §. fin. colla. 2. Hanc opinionem tenet Hippoly. in d.  
l. edictum, nume. 3. Thomas. Gram. in d. voto. 1. nu. 15. & in  
votō. 32. nume. 24. Pro qua opinione est glo. in c. ex literis,  
in verb. denuntietis de offic. delega. vbi dicit quod iudici  
male exequenti, violéter resisti potest, etiam per tertium  
cuius nihil interest. Vnde dicitur Proverb. 24. & 8. Psal.  
80. capit. quod quis potest eripere condemnatum ad mor-  
tem etiam propria authoritate: & per vim quando est iniu-  
ste condemnatus, facit glo. notab. in c. non inferēda, in glo.  
fi. 23. q. 3. tex. in l. contra præcepta nostra, C. de exequito:  
& exacto. lib. 12. pro qua opinione etiam facit quod notat.  
Bal. in l. addictos, C. de episcopa. audien. Specu. in tit. de ci-  
tatio. in §. sed nūquid. Et hanc opinionem illarum gloss.  
vbi notab. prosequitur hanc materiam, tenet vltra Feli. in  
d. c. ex literis, qui expresse illam glos. sequitur Chassai. in  
consuetu. Burgun. in tit. [des iustices.] Rubr. in c. 1. §. 7. fol.  
75. col. 3. nu. 5. eandem opinionem teneat Thom. Gram. in  
cons. 56. nu. 26. in cons. crimi. Deci. in cons. 469. nu. 3 Iōan.  
Bernar. in pract. cap. 95. Matt. de Affl. not. in const. Neapo.  
lib. 1. Rubr. 8. nu. 78.

- 9 Amplia nono, cum hodie non sint decuriones id quod  
supra de decurionibus dictum est habere locum & extédi  
ad consiliarios ciuitatis, vt si ciuitas habeat consiliarios  
idem erit, nam cōfiliarij ciuitatum decurionum instar ob-  
tinent. Ut est gl. in Rubr. C. de decurio. libro 10. & ibi ex-  
presse Docto. præcipue Pirrhüs Engleber. in dicta Rubric.  
sequitur etiam Barto. in l. non ambiguitur, nume. 4. in fine,  
ff. de legib. Lucas de penna in l. nominationum, in 2. co-  
lin. C. de decurio. lib. 10. expresse Iacobus Rebuff. in dicta  
rubric. subdit, quod cum consules ciuitatis sint loco ipso-  
rum sublituti, habent idem priuilegium quod ipsi decu-  
riones: argumen. l. filiae in §. finali, ff. de conditione &  
demonstratione, in l. si donatæ, in §. sponsus, ff. de donatio.

inter virum & vxorem. Quod maxime intelligit ibi Iaco.  
 Rebus de consulibus ciuitatum & magnorum locorum, &  
 nobilium, non autem de consulibus opidorum, argu. text.  
 in l. athletæ. in §. gentium. d.l. propter magistratum. ff. de  
 admini. tutor. & quod consules ciuitatum nostri temporis  
 habeant idem priuilegium quod decuriones ut non que-  
 stionentur, tenet vltra Ioan. de Platea. & Docto. in d.l. Ru-  
 bri. Salice. vbi dicit ita tenere Docto. in d.l. diuo Marco.  
 C. de q. eandem op̄i. tenet glo. in l. nulli. in verbo, ordo. ff.  
 quod cuiusque vniuer. nomi. & Tho. Gram. in d. voto. l. nu.  
 21. & in voto. 32. nu. 20.

10. Amplia decimo procedere, etiam in nobilibus: nam no-  
 biles torqueri non possunt. Iste est casus notabilis & non  
 alibi, in l. nullus. in vers. vel generis. C. ad l. Iul. maiest. Pro-  
 batur de iure Regio in d.l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. Ordin. & quis  
 dicatur nobilis ponit l. 2. & 3. titu. 2. par. 2. & l. 86. Styli.  
 & de forma probandi nobilitatem vide in Pragmaticis  
 antiquis. f.al. 173. & vide supra posita in reg. 69.
1. - Vltra supradictas limitationes limita primo, non habe-  
 re locum consulto Princeps: nam si princeps super hoc cō-  
 sularitur, bene potest torqueri. Ita probat tex. in d.l. nullus.  
 & ibi Bald. C. ad legem iul. Maiesta.

2. Limita secundo, quandocunque ante dignitatem gessit  
 aliquod officium, scilicet si erat tabellio, & dubitatur de  
 fide alicuius scripturæ, quia in tali casu torqueri potest ut  
 aperiat veritatē. Text. est notab. qui hoc probat in l. si quis  
 decurio. C. ad l. Corne. de falsi. & de iure Regio in l. 2. titu.  
 go. par. 7. & ibi hoc expreſſe tenet Montal. Pro qua limita.  
 facit quod notanter tenet Iasi. in l. ex facto nu. 30. ff. de vul-  
 ga. & pupi. & in l. si seruum. nu. 6. ff. si ex noxa. cau. aga. vbi  
 hoc expreſſe firmat.

3. Tertio fallit, nam licet clerici in sacris constituti priu-  
 ilegia militum ad eos extendantur, ut prosequitur Alex. in  
 l. centurio. ff. de vulga. cum miles dicatur cœlestis militia,  
 nam talis clericus hoc non obstante bene potest torqueri  
 si contra eum sint indicia. Ita notab. tenet Abba. in c. gra-  
 vis. de depositi. nu. 6. sequitur Felin. in c. olim. nume. 2. versi.  
 tertius casus, de rescrip. & in c. at 6. clerici. nu. 6. versi. 3. re-  
 stringe

stringe de iudi. Hanc opinio. vbi latissime eam examinat; tenet Alcia. in c. i. nu. 43. de offic. ordina. Contrarium tamen opinionem tenet expresse Abb. antiquis in d. c. grauis. de depositi. itmo quod ad hoc ut clericus possit torqueri non sufficit quod ad sint indicia contra eum; nisi sit infamatus. Quam opinionem sequitur Ioan. Andr. in c. cum in contemplatione. & ibi Abb. sibi contrarius, de regul. in antiquis. & illud dictum Abba. antiqui. communiter approbari tenet Cardi. in dicto cap. i. nume. 4. de depositi. & in d. c. cum in contemplatione. questio. 11. sequitur etiam Ioan. de Anan. in cap. i. nume. 7. de cleri. percusso. Alexand. in additio. ad Bart. in l. i. in nu. 5. ff. de poen. & in l. milites. C. de questio. Anto. de Butr. in d. c. grauis. nu. 14. in fi. de depositi. Fel. in c. ueniens. el j. nume. 4. de testib. quam opinionem dicit omnes tenere: idem Felin. in c. vniuersitati. nume. 2. de senten. excommuni. & in c. de hoc de simo. nume. 2. Hanc etiam tenet Angel. Areti. in tract. malefici. in verbo. fama publi. nume. 102. Andr. Barb. in c. si constiterit. in 3. col. de accusa. Hippoly. in tract. crim. in §. nunc videndum. nu. 51. & in §. expedita. nume. 40. & in singu. 55. & in l. edictum. nume. 9. & in l. questionis habendæ. nu. 76. ff. de questio. & in repet. rub. ff. de fideiuss. nume. 26. & in conf. 41. nu. 6. quam etiam sequitur Felin. in c. cum oporteat. versi. vnum tamen singulariter nota. nume. 7. de accus. Eadem opinio. sequitur expresse, vbi eam minus exaltat Io. Constan. in glo. ad consti. Regias Gallie. artic. 163. fol. 294. col. 1. Philip. Dec. in c. at si clerici. nu. 126. de iudic. & eam tenet expresse. Io. Bern. in tract. c. 117. col. 1. & 2. & in reg. 125. in 3. sublimi. Steph. Aufred. in tract. de potestate seculari. super ecclesi. personas. in regu. 3. nu. 17. Bon. de Curti li in tracta. de nobilitate. in 5. par. nu. 7. Ias. in l. magistratis bus. nu. 7. ff. de iurisd. om. iud. Thom. Gram. in voto 11. nu. 1. & in conf. 65. nu. 3. & hæc opin. videtur magis vera & communis. vt ex supradictis appetat.

<sup>4</sup> Quarto limita, nisi iste talis renuntiauerit iuri suo & priuilegio, nam in hoc casu bene poterit torqueri, cum in causa criminali valeat renunciatio. Ut est gloss. notabi. quam ibi requiritur Angel. in l. i. in verbo, audiendi sunt, ff. dc

ff.de furi. & Balnea.idem Angel.Fulgo. & Paul. de Cast.iu  
 l.pactum inter hæredem,C.de pæt.vbi dicunt, quod iudi-  
 ces maleficiorum quotidie faciunt inquisitos renuntiare  
 defensionibus suis.Hanc questionem mouit Dec.vbi relatio  
 quit cogitandum, in l. nemo fraudare, nu.9.ff. de reg.iur.  
 Contra quam limitationem,imo quod supra dicta renun-  
 tiatio non valeat,cum causa criminalis sit , & ex eo veniat  
 imponenda poena corporalis,est glo.notab.quæ hoc tenet  
 in d.l.pactum inter hæredem.in verbo licet,ff.de pac.que  
 communiter approbatur à Doctorib. & eam sequitur ex-  
 pressio Ioan.de Imol.in l.custodias.nu.3.ff.de public.iudic.  
 Bald.in c.cum non ab homine.nu.8.de iudi.& in c.cum ve-  
 nisset,nu.7.de testib.idem Bal.in l.vnica.nu.24.C. de con-  
 fess.vbi dicit,quod in tantum procedit, quod etiam si in ta-  
 li renuntiatione iuramentum interuenerit,non valet.& il  
 lam glo.sequitur Ias. in l. si quis. in,conseribendo , nu.18.  
 C.de pact.in l.4.in §.quæstum.ff.siquis cautio.

Pro qua opinione glo.est tex. in l.non tantum.ff. de ap-  
 pella.& in l.liber homi. ff.ad leg.Aquit. quod notat Hip-  
 pol.in sing.651.circa quam glo.vbi not.eam declarat.vide  
 Ias.in d.l.pactum.inter hæredem.nu.12.

5 Et circa hanc regulam vide Cifuentes in d.l.79.;Tauri.  
 Pau.Grillandum in tract.de quæstio.& tortura.in 6.q.Hip-  
 pol.in tract.in d.§.expedita.nu.26.& in d.l.edictum.nu.3.  
 & Ang.Are.in tract.maleficiorum,in verb.fama publica.nu-  
 me.102.vbi notabilit.ponuntur personas quæ de iure tor-  
 queri non possunt.

### Regula exc. 1.

**D E F E N S I O** licita est pro tuitione rerum, vt occiden-  
 do quis non teneatur.Hanc regulam probat glo. & ibi Bar-  
 to.nu.6.in l.vt vim,ff.de iustit.& iure, idem Bart.in l.1.nu.  
 2.& 7.C.vnde vi.& in l.furem. nu.2. ff.ad l.Cornel.de sica.  
 Eandem regulam ponit gl.in l.itaque.in verbo, latronem,  
 ff.ad l.Aquil.Docto.in c.2.& in c.significasti.el ij. de homi-  
 cid.pro quo est text. in d. cap. 2. ibi , te tuaque liberan-  
 do. De iure regio probatur in l. 5. titul. 13. lib. 8. prd.  
 & in l. 1. titul. 17. libr. 4. fori. & in l. 3. titul. 8. part. 7.  
 Hanc regulam probat text. iuncta glo.ibi in verbo,vitam.  
 quam

quam ibi ad hoc expresse notat Bald. in l. aduocati. C. de  
aduoca. diuer. iudi. idem Bal. in l. si suis nummis. C. de ope-  
ris liberto. & in l. 2. C. de constit. pecu. Ioan. ab Ana. in c. 2.  
& in c. perfodiens. de homicid. Cardina. in cle. 1. de homi.  
Aret. in consi. 80. nu. 8. Hippo. in consi. 4. nu. 8. & 22. & in l.  
furem. nu. 3. ff. de sicar. Matth. de Affli. in constitu. Neapol.  
lib. 1. rub. 13. nu. 20. & 53. tenet Ias. in princ. Insti. de actio.  
nu. 89. Deci. in d. l. vt vim. nu. 31. Chassanze. in consuetudi.  
Burgund. vbi notabiliter examinat hanc regulam, & alle-  
gat iura pro ea & fundamenta, in titu. [Des iustices.] rubr.  
1. 5. 5. fol. 42. col. 2. nu. 11.

Hanc regulam cum tribus ampliatio. & quatuor limit.  
ponit Ias. in d. l. vt vim. nume. 23. quem refert Berna. de Lu-  
co in regu. 507.

1 Amplia primo ultra Ias. si inferatur vis ædificando, nam  
licet resistere. vt in l. si item. in §. ad ianuam. ff. quod vi  
aut clam. & in l. de pupillo. in §. meminisse. ff. de no-  
oper. nuncia.

2 Amplia secundo, si inferatur vis turbativa. Ut in l. 4. in  
§. cum generaliter. & in l. cum fundum. & in l. 1. in §. vim.  
de vi & vi arm. Bart. in l. 1. in §. hoc interdicto. nu. 3. ff. de  
itine. actuque priua.

3 Amplia tertio, quod licet pro defensione rerum con-  
gregare amicos, & amici & vicini mei possunt cu qui vult  
expellere me de possessione mea impune percutere. Ita no-  
tab. firmat Bart. in l. de voto. C. de meta. & epidime. lib. 12.  
& in l. prohibitu. C. de iure fisc. lib. 10. quem sequitur Cor-  
set. in sing. in verbo defensio. cl. ij. Alexan. in consi. 119. col.  
2. vol. 7. Hyppoly. in singul. 456. Ias. in l. vt vim. nume. 30.  
ff. de iustit. & iur.

4 Amplia quarto, habere locum pro defensione dignita-  
tis & officij etiam ex interuallo. Ita tenet Bal. in repe. l. 1.  
nume. 6. C. vnde vi. per text. in l. item apud Labecorum. in  
§. adiicitur. ff. de init. Regula. c x c i t.

**D E F E N S I O** enilibet permitta est. Hanc regulam  
probat tex. in l. r. in §. cum arietes. ff. si quadru. paupo. fecis.  
dica. & in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & in §. quod vero. Insti-  
dica.

tu.de iure natura.gen.& ciui.& in elem. 1. de homicid.Cic  
ca quam regul. vide posita supra in precedentí regula. &  
Hippol.in singu.c. & in l.is qui aggrediōrem.vbi est tex.pro  
hac reg.C.de sica.Abb.in c.olim.el.j.nu.15. cum alijs, de  
restitu.spoliato.& ibi Docto.Ange.in tracta.maleficio.in  
verb.& Titius se defendendo.nu.7. Hippol.in l.2.nu.24.ff.  
de sicut.& in consi.4.nu.7.& Matthæ.de Affli.in constitu.  
Neapol.i.lib.1.rub.8.nu.72. Catellia.Cotta in Memora.  
lib.iuris,in verbo,defensio.

1. Primo amplia,habere locum in Cardinalibus:nam pro  
defensione corporis licitum est offendere etiam Cardina-  
les.Ista est glo.notab.in c.fi.in verbo,percusserit.de pœn.  
lib.6.& ibi Ioan.And.quam glo.sequitur Ang.in l.vt vim  
ff.de iust.& iu.& ibi Ias.nu.1.& Phi.Deci.nu.7.Curt.Sen.  
in consi.20.nu.39.

2. Amplia secundo,habere locum etiam in clericis.Vt est  
glo.in summa.23.q.1.habetur in c.cum voluntate.de sen-  
ten.excommu.it a tenet Hippol.in consi.4.nu.5.Pro quā o-  
pinione facit notabile dictum Ioan.de Lign.in tracta.de  
iusto bello,vbi dicit,quod si clericus ad altare celebrans  
inuaditur ab aliquo,licite potest dimittere celebrationē  
& se defendere,& si in illa rixa se defendendo occidit ag-  
gressorem,potest in continentia redire ad altare & Missam  
perficere.quod dictum refert & sequitur Abb.in c.clerici.  
el.j.nu.2.de vita & honest.cleric.Maria.Soc.in repet.c.ad  
audientiam.nume.40.de homicid.Hippoly.in l.his qui a-  
gressorem.nume.2.C.de sica.Dec.in l.vt vim.nume.6.ff.de  
iustit.& iur.

3. Amplia tertio, non solum habere locum quādocunque  
imminet periculum mortis, sed quandocunque imminet  
periculum alicuius iniuriæ personalis. Ita tenet Bart.in l.  
.1.col.2.C.vnde vi.quem sequitur Ant.de But.in c.olim.el  
j.de resti.spoliat.& Alex.in consi.109.col.5.vol.1.& hoc  
esse verum firmat Ias.in d.l.vt vim.nu.10.& 36.& no.Ang.  
in d.l.is qui aggressorem.nu.2.in fi.vbi dicit,quod istud di-  
ctum debet esse semper mente tenendum,quia ex eo datur  
lucrari multas pecunias,& ita dicit consuluisse in ciuitate  
Venetiārum vbi liberauit quendam captum à pœna mor-  
tis,

tis. quod intelligit no. Paul. Paris. in c. dilecte fili. nume: 36. de except.

- 4 Amplia quarto, habere locum etiam in minatore, nam minator potest occidi à minato. pro qua opinione est glos. in cap. cum dilectus. in verbo, violētia. quod met. eau. quod tenet Baldus in l. metum in fine. C. eod. tit. & in l. fina. nu: 4. ff. de hæred. instituen. & ibi expreſſe Ioan. de Imol. & hæc opinionem tenet Abb. in e. i. de offic. delegat. & ibi Felin. nu. 2. idem Felin. in c. afferte. nu. 12. de præsumpt. & in c. si-  
eut dignum. nu. 12. de homic. Marian. Soci. in c. ad audi-  
tiam. nu. 38. eod. titu. Ioan. de Platea in §. ius antem gen-  
tium. nu. 43. Institu. de iure natura. Panor. in c. scribam. de  
præsumpt. & in c. quod dicitur de ver. sign. Montal. in l. 3.  
titu. 13. part. 2.

Quam ampliationem veram intelligo quandocunque ille qui minatur, solitus est minas executioni mandare. Ita concludit Angel. de Peru. vltra supra dictos Doctores, in consil. 215. Petr. de Anchara. in consil. 299. Chassanæ. in con-  
suetud. Burgund. in titu. [ des fiedz. ] rub. 3. §. 1. fol. 102. col.  
3. nu. 4. pro qua opinione est glo. in d. c. cum dilectus. Secū-  
do intellige hanc ampliationem secundum Bald. qui me-  
lius loquutus fuit quam alibi, in l. 1. C. quando liceat vni-  
cuique sine iudi. se vend. quandocunque minans est in actu  
percutiendi: alias non licet minatorem occidere, quod te-  
net etiam idem Baldus in tractatu statutorum, in verbo,  
pax. versi. 1. quod dictum sequitur Iason in l. vt vim nu-  
me. 13. ff. de iustitia & iure. & in l. 1. nu. 46. ff. de offic. eius,  
eui manda. est iurisdict. Angel. de Perus. in l. quemadmo-  
dum. C. de inofficiis. testamen. Anto. Corset. in singu. in-  
cip. metus. Hippol. in singul. 640. & in practi. criminali. in  
§. diligenter. nu. 87. & in l. 1. in §. præterea. nu. 22. ff. de quæ-  
stio. Matthæ. de Affli. in constitutio. Neapolita. lib. 1. rubr.  
8. nu. §2. In quo notandum est, quod quandocunque mina-  
tor solitus est minas executioni mandare, & est vir potens,  
est præsumptio contra ipsum. ad torquendum eum. Ita te-  
net Specul. in titu. de præsumptio. in §. species. vers. sed po-  
ne. Alber. in l. metum. C. quod metus eau. Bald. & Ioan. de  
Imo. in d. l. fin. ff. de hæredib. instituen. Ias. in l. 1. C. de feru.  
fug.

fug. Felin. in c. cūm oporteat. nume. 9. de accusatio. & in d. cap. afferre, nume. 11. de præsumptionib. Panormitan. in d. cap. scribam. nume. 4. Albertus Brun. in tracta. de indicijs. colum. 13. versicul. quæro vterius, Angel. & ibi Augustinus Arimin. in tractat. maleficiorum in uerbo, fama publica. nume. 30. Hippolyt. in d. §. diligenter. nume. 85. & in consil. 3. nume. 13. Steph. Bertran. in consil. primo, nume. 9. volum. primo, & in consil. 127. nume. 12. volum. 2. & in consil. 293. nume. 17. volum. 3. in libris secundæ impressionis. Et hanc opinionem dicit esse communem Marc. Anto. Blanc. in repetitio. I. final. nume. 183. ff. de q. & hæc opinio probatur in I. 60. in II. Styli. Pro quo facit, nam ex solis minis inducitur capitalis inimicitia. l. licet in verbo, capitales. ff. de arbitr. quam gloss. sequitur Chassan. vbi supra nu. 11. Et non solum ex minis oritur cap taliis inimicitia, vt supra dixi, sed etiam ex iniurijs verbalibus, ita tenet Bal. in c. veniens in f. per illum text. ff. de iureiur. quem sequitur Ias. in l. procuratoribus. C. de procurato. quod dictum dicit esse notandum Chassa. vbi supra. & illud dictum sequitur Hippol. in consil. 3. nume. 12. & in d. §. præterea. nume. 23.

**5** Amplia quinto in tantum procedere, quod si aliquis est percussus ab aliquo, & ille percussus insequitur vulnerantem qui fugiebat, & eum occidit, licet non sit defendendo; non debet puniri poena mortis, sed alia mitiori poena. Hoc fuit notabile verbum Iacob. de Aret. in l. 1. C. vnde vi. nu. 8. tenet Anto. de Butr. in c. olim. el j. nume. 57. de restitut. spoliato. & ibi Abbas nu. 15. quos sequitur Franc. Aret. in consil. 80. nume. 9. Ange. in tracta. malefic. in verb. & Titins se defendendo. nu. 36. & ibi August. Arim. vbi dicunt, quod secunduni hoc dictum consuluit Bal. in ciuitate Papiæ. sequitur etiam Hippoly. in singul. 100. & in l. is qui aggressorem. nume. 18. C. de sicar. & l. 58. styli. & quia in contrarium videtur l. 59. Styli. vide Couarru. in 4. 2. part. c. 7. §. 7. nume. 11.

**6** Amplia sexto habere locū, q. si aliquis se defendēdo, occidat suū inuasorē, non iucidat in irregularitatē. & licet in hoc olim essent diuersæ opiniones, de quibus per gl. mag. in

c. sicut dignum. in §. clericus. & in c. si: de his. el iij. §. dist. & in cle. si furiosus. de homi. tamē hodie hoc est expresse determinatum per tex. in d. cle. si furiosus. & sic dico. quod occidens aliquem non voluntarie. neque ex proposito. sed solum ad suam defensionem. quia aliter non poterat à morte euadere. non incidit in irregularitatem per illum text. & ibi omnes Doct. idem voluit glo. in summa 23. q. 1. gloss. & ibi Abb. in c. sicut dignum. nu. 14. de homi. Quod tamen est verum quandocunque mortem propriam aliter euadere non poterat. ita probat text. iu d. clem. si furiosus. & ita per illum tex. tenet idem Abb. in c. olim el j. de resti. spolia. nu. 17. & in c. clerici. el j. de vita & honesta. cleri. nu. 1. Felin. in c. dilecti filij. nu. 14. de exceptio.

**L**imita primo, quando inuasus est constitutus in periculo vitae. sed quando non esset ita angustatus vel in periculo vite constitutus. tunc non licet ipsis inuaso. occidere aggressorem. Ita probat tex. in d. cle. si furiosus. & in l. is qui aggressorem. in vers. in discriminę vitę constitutus. C. de sicar. & in l. i. in versicu. cum moderamine. C. vnde vi. & ibi glo. magistra. & in l. scientiam. in §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui. & in l. i. in §. vim vi. ff. de vi & vi arma. Et dicitur quis constitutus in discrimine vitae. & licet illi occidere aggressorem eo ipso quod terror armorum sibi infertur. ut habetur in l. licet. in §. armata. ff. de vi & vi arma. & in l. sed & si quemcunque. in prin. ff. ad l. Aqui. vbi hoc voluit gl. & Docto. Floria. de S. Petro. in d. §. qui cum aliter. nu. 4. Cæpol. in consi. 29. nume. 13. in consi. crimina. Angel. in tract. maleficio. in verbo. & Titius se defendendo. nu. 11. facit quod notat Barto. per illum tex. in l. sed & si quemcunque. nu. 2. ff. ad l. Aquil. vbi firmat. quod eo ipso quod probo aliquem venire contra me gladio euaginato. & ego eum occidi. quod tunc probata est defensio mea. quod sequitur Ioan. de Ana. in c. si perfodiens. nu. 5. in fi. & in nu. 6. de homi. vbi dicit. quod iesus armorum assert iustum metum mortis. quod etiam tenet Bald. in d. l. sed et si quemcunque. vbi dicit. hoc esse notandum. illud dictum sequitur etiam Ias. in d. l. vt vim. nu. 9. Cæpo. in d. cōs. 29. nu. 14. facit quod notat gl. in l. i. C. vñ vi. vbi dicit quod sufficit terror armorū vel iactio persecutionis.

Limita

2 -- Limita secundo non procedere in bannito, quia is nō potest se defendere, & si quem occidat se defendēdo, punitur, ex quo vbi licita est offensio, reprobata est defensio. Ita cōcludit Bartol. in l. vt vim, nu. 4. ff. de iusti. & iur. quem sequitur Nellus de sancto Gemi. vbi arguit ad vtrāque partem, in tracta. bannitorum, in 2. par. 1. tempo. q. 49. nume. 49. & Philip. Deci. in d. l. vt vim, nu. 3. Hippoly. in tract. crimi. in §. aggredior. nu. 75. & Nellus vbi supra concludit, quod bānitus occidens ad defensionem, punitur directa legis Corneliz, & de dolo, cum sciebat se non posse defendere. Contrariam tamen opinionem tenet Bal. in l. 1. nu. 51. C. vnde vi. & in d. l. vt vim, nume. 3. Cardi. in cle. 1. nu. 32. de homi. Ratio in qua se fundat est, supradicta regula, scilicet quod defensio est de iure naturali. d. l. vt vim. & Clemen. pastoralis. de re iudi. & non potest à Principe tolli. §. sed naturalia quidem iura. Instituti. de iure natu. facit quod notat Bald. in c. à nobis. num. 6. de exceptio. vbi dicit, quod statutum tollens defensionem debet intelligi de ciuili, non autem de naturali. quem sequitur Felin. in c. dilecti. nume. 6. eod. titu. In qua quæstione Paul. Castren in d. l. vt vim. naturaliter distinguit authoritate Ioann. de Ligni. in tract. de bello. c. 88. quod aut statutum dicit bannitum posse offendere, & tunc non est licita defensio bannito, ex quo vbi offensio permittitur, reprobatur defensio. Aut dicit, quod occidens bannitum non puniatur, & tunc licet se defendere, ex quo non est permitta offensio, sed est impunita, quem sequitur Hippol. in d. §. aggredior. nume. 78. Quod tamen intelligo verum, ac habere locum quandocumque maxima subsistente causa tollitur hæc defensio naturalis, cum subsistente maxima causa tolli possit: vt no. Angel. in l. si sic. ff. de leg. r. & ibi Alex. idem Alexand. in l. cum mulier, nume. 12. ff. solu. matri. Alber. in l. omnes. qui, C. de episco. & cleric. vbi plura adducit in quibus defensio tollitur. facit tex. in l. addictos. C. de episcopa. audien. & ita tenet expressus Phil. Dec. in d. l. vim. nu. 3. & 4. & ante eum Floria. in l. 1. in §. cū arietes. nu. 3. vers. quod tamen dixi. ff. si quadrup. paup. fecis. dica. per text. in l. milites agrum. in §. irruens. ff. de re milita. & in l. si seruus, C. de his qui ad eccles. con-

102 D. Petri Due*n*.  
fu. & in l. itaque ff. ad l. Aqui. de quo etiam vide notab. per =  
Fel. in d.c. dilecti filij. nu. 7. de exceptio.

3 Limita tertio, in filio contra patrem, & in seruo contra  
dominum. Ita tenet Bart. in d.l. vt vim secundum Hippol.  
in practi. in d. §. aggredior. nu. 79. vbi tenet, quod si pater  
aut dominus verberet filium aut seruum, si filius. aut seruum  
resistat, licet patri vel domino occidere filium vel seruum  
impune, per supradictam rationem glo. in d.l. vt vim. Nam  
ex quo licita est offensio patri in personam filij, & domi-  
no in personam serui, vt late concludit Alciat. in trac. pre-  
sump. in l. regu. præsump. 3. per totam. facit text. in l. 1. 2. 3.  
& 4. C. de patria potesta. & per totum C. de emenda. seruo.  
& propinq. non est licita defensio contra eos, ideo pater &  
dominus occidere possunt, ita concludit Hippo. vbi supra.  
Sed Bart. in d.l. vt vim. hoc non dicit, sed ibi nu. 4. dicit, q.  
non licite filio se defendere aduersus patrem uerberantem,  
non tamen dicit, quod si pater occidat non teneatur. Imo  
expresse Felin. tenet contrarium in d.c. dilecti filij. de ex-  
ceptio. nu. 7. in casu, quo pater aut dominus non uerbera-  
ret animo corrigendi, sed potius occidendi, nam filio licet  
ei resistere, ut ibi.

4 Limita quarto, in officiali: nam non licet aduersus offi-  
cialē exequentē resistere, & se defendere. Ut in l. si seruos.  
& ibi notat Bartol. C. de his qui ad eccl. confu. & in l. fina.  
C. quando liceat unicuique sine iudi. se uindi. Cataldus in  
tract. Syndica. nu. 172. Ioann. de Imo. in l. ex consensu. in §.  
fina. ff. de appella. nu. 39. facit gloss. in d.l. ut uim. ff. de iu-  
sti. & iu. que dicit, quod officiali iniuriam facienti non li-  
cet resistere, nec se defendere contra eum. Facit quod no-  
rat Arist. lib. 5. Ethicorum. c. 5. ubi dicit quod si principa-  
tum habens percutiat, non debet repercuti ex quo uiolen-  
tia à superiori iuste infertur. facit etiam tex. in c. nolli. in  
fi. 13. q. 1. item etiam facit c. bonæ. de xestate & quali. ubi im-  
ponitur pena ei qui manus intulit suo duci. & facit. c. pa-  
rat. 9. q. 3. facit etiam Ecclesiast. c. 4. ubi dicitur, noli resiste-  
re contra faciem potētis. Et sic non sine causa princeps se-  
cularis portat gladium ante se, ad denotandum quod sub-  
diti eorum superioribus nō debent resistere, ut dicit Apo-  
stolus

stolus ad Roma.c.14. Ideo Luc. in Euange. 10.c. dicit, qui nos, scilicet iudices mundi spernit, me spernit. facit pro hoc tex.in l.addictos C.de appella. ubi nullo modo via facta licet resistere iudici, quando aliquid facit ut iudex. Pro quo facit quod not.in c. si quando. de offic. deleg. Et hanc opinio.tenet Hippol.in l.1.nu.8. ff.de siccari. Quod tantum intellige, ut dixi supra in reg.190.ampliat.8.

## Regula cxciiii.

**D E L I C I E N S.** aliquid, in uia uel effundens, tenetur ad pœnam dupli. Hanc regulam probat text. in l.1. ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.

1. Limita primo, si effundens aut deiiciens ter proclamauerit, ea quidem uocé ut audiri, & eas uirari possit, tunē enim non tenetur. Ita probat tex. in l.si putator. ff.ad l.Aquili.& in l.inter. §. qui suscepserit. ff. manda. & in l. qui fous ueras ursorum. ibi, si neque denunciatum est. ff.ad l.Aquili. De iure Regio est tex. in l.4.titu.8.par.7.
2. Limita secundo, si uia sit qua uulgo non commeat, & eiectum uel effusum sit, nam cum locus remotus sit, etiam si modo cœperit commeari, regula non habet locum. Ut in l.1.in §.1.ff.de his qui deiecerunt. uel effude. dininare enim nō potuit, an aliquis per eum locū transiit, esset: ut in l. si fideius. in §. si cū debitor. ff.manda. & in d.l.si putator. in fi.
3. Limita tertio, quando interdiu eiectum est, non autē cum noctu. vt in l.hoc edicto. in §. Labeo ait. ff. de his qui deiecerunt. uel effude. tñ in urbe & noctu iter fieri solet, ideo quod siue diu siue noctu quid effusum est, teneri puto, ut videatur sentire glo. in d. §. Labeo ait. in uerbo, non nocte.
4. Limita quarto nō habere locum in herede. Ratio, quia pœnalis est, ut in l.si uero plures, in §. h.c aut actio. & in §. si. ff. eod. titu. & pro hoc facit quod supra dixi in regu.13.
5. Limita quinto, nō habere locū in hospite, qui dimittit, sed in eo qui hospitiū dedit. Ut in l.1.in §. hospes.eod.titu.

6 Amplia sexto, etiam si vxor & maritus diu seorsum habitauerint. Vt late concludit Pala.Ruui. vbi supra, in d.re petitio. Rubri. §.34. in princip.

7 Amplia septimo, etiam si vir passus est se condemnari ab uxore, & sic eam absoluvi falsa exceptione opposita, cum vir tenetur viro in aliqua quantitate, cum hoc videatur facere animo donandi: licet sententia ualeat, vir potest cōdicere pecuniam ab uxore ac si non esset absoluta & si nō

habet locum l. iudex, cum alijs, ff. de conditio. indebit  
Iste est notab. tex. in l. si sponsus, in §. si vxor. la. ij. ff. de do-  
na. inter vir. & vxo. & ita per illum tex. tenet Bal. in l. cum  
allegas, nume. 7. C. de usur. Roma. in singul. 312. Ias. in d.l.  
iudex nume. 2. & in l. properandum in princ. nume. 19. C.  
de iudic. Montal. in l. 3. titu. 12. lib. 3. fori, in glo. in verb.  
[Pueda lo hazer.]

Hanc regulam limitat septem modis Pala. Ruui. in re-  
pet. Rubr. de donatio. in §. 47. & in §. 50. & in §. 51. 52. 53.  
54. & 55. Et circa tertiam limitationem ibi positam, scilicet  
quod talis donatio iuramento confirmetur, vide posita  
supra in regu. 209. in 2. ampliat. ver. pro qua op. Socin.  
duobus modis, in reg. 104.

1. Ultra quem limita primo, quando talis donatio esset re-  
ciproca. Ut est glo. in l. licet inter priuatos C. de pac. & ita  
tenet idem Pala. Ruui. in d. repet. Rubr. §. 50. nu. 16. cum seq.
2. Limita secundo, valere donationem vxori factam per  
maritum pro reparatione domus eius quae corruit. Ut in l.  
quod si vir. ff. de dona. inter vir. & vxo.
3. Limita tertio non habere locum, quod protraheretur in  
tempus finiti matrimonij. Ut in l. sed interim, ff. de dona.  
inter vir. & vxo. & in l. cum vxori §. vlt. & in l. quia, eod. ti.
4. Quarto limita, quando expresse coniuges in contractu  
matrimonij reseruauerunt sibi quedam, ex quibus possunt  
se inuicem associare; vel unus posset, de his reseruatis, do-  
nationem facere alteri: quia tunc propter illam animi con-  
ventionem & promissionem de donando factam in tempo  
re habili, valebit, saltem ut morte confirmetur. Ita tenet  
Bal. in l. 1. C. de dona. ante nuptias.
5. Quinto limita, quando res modicae quae usu consumitur  
donatur. Argu. eorum quae dicuntur in l. quod autem, in §.  
1. ff. de dona. inter virum & vxiorem.
6. Limita sexto, quando maritus rem donatam dat in do-  
zem filiae amborum, vxore praesente, & non contradicen-  
te, sed consentiente. Ut in l. siue vxor. & ibi Bar. ff. de dona.  
inter vir. & vxo. sequitur Fran. Cremen. in sing. 4. Chaffan.  
in consuetu. Burgund. in tit. [Des droictz.] Rub. 4. §. 7. nu-  
me. 11. fol. 170. col. 1.

7. Limita septimo, quando maritus remittit vxori sua fru  
ctus sue doris. Ut in l. vir. vsuras, ff. de do. inter vir. & vx. De  
cuius intellectu vide Ias. in l. de diuisione, in s. col. ff. solu.  
matri. & in s. fuerat, institu. de actio. Chassa. vbi supra nu. 6.  
notabiliter Thomas Grammat. in decis. 70.
8. Limita octauo, quando mulier renuntiat marito dona-  
tionem per eum factam, nondum per eam acceptatam. Ita  
tenet Chassa. vbi supra nume. 19. De iure Regio probatur  
in l. 5. titu. 11. part. 4.
9. Limita nono, non habere locum in Imperatore: nā Im-  
perator potest donare Augustæ l. f. C. de dona. inter vir. &  
vxo. & ita per illum tex. ultra Doc. ibi tenet Ias. in l. frater  
a fratre, in l. lect. nu. 44. ff. de cond. indeb. vers. 5. fallit, & in  
l. ciuitas, nu. 4. ff. si cert. pet. facit quod notat Cattel. Cotta  
in memora iuris, in uerbo, donatio facta à Rege.
10. Limita decimo, nō habere locum in ijs quæ obueniunt  
eis ex forma statuti: quia possunt donare. Ita tenet Chas-  
sa. vbi supra, nu. 9: ubi ponit exemplum.
11. Limita undecimo, si rusticus uel plebeius acciperet no-  
bilis in uxorem, & constante matrimonio facit instrumen-  
tum de receptione dotis, quam non recepit, quanuis in ef-  
fectu ista dicatur donatio inter vir. & ux. tamē ualet, quia  
fit in remunerationem ad recompensationē propter in-  
qualitatem eorum. Ita notabiliter concludit Bar. per glo.  
ibi, in l. si uoluntate C. de dotis promis. num. 2. & in l. si di-  
uortio, & ibi Ias. nu. 9. ff. de uerb. obli. idem Ias. in l. ex hoc  
iure, nume. 55. ff. de iusti. & iur. & in l. f. col. f. C. de uerb. si-  
gnifi. & in l. si non sortem, in s. libertus ff. de conditio. in-  
debi. nu. 8. idem tenet Bal. in l. 2. s. f. ff. si cert. peta. Segura  
in l. cobæredi. s. cum filiæ, ff. de vulg. & pupil. nu. 162. Abb.  
in c. 1. nu. 8. de adult. Ioan. de Neuiz. in Sylua nupt. lib. 2.  
nu. 28. Pala. Ruui. in repet. rub. de donatio. s. 10. & 31. nu. 1.  
Tiraquel. in ll. connubia. in 4. l. nu. 7. & in s. l. num. 18. & in  
repet. l. si vñquam in verb. donatione largitus nu. 19. C. de  
reuo. dona. & hanc dicit communem Bal. Nouel. in tract.  
dotis, in 10. par. nu. 7. Curt. iun. in conf. 6. nu. 20. Couuarru.  
in Epitome 4. lib. in 2. par. c. 3. s. 3. nu. 1.
12. Limita duodecimo, quando maritus donat annum vel

menstruum ad sui sustentationem, usque ad vires dotis, & non ultra. Vt in l.ex anno, & in l.de fructibus ff.de dona. inter vir. & uxo. & in l. sicut, C.eo.tit.

13 Limita decimotertio, si unus ex coniugibus, seruis vel animalibus, vel vestibus alterius usus fuerit, uel in domo sua gratis habitauerit donationis causa: nam ualeat donatio. Vt in l.si uir uxor, ff.de dona. inter uir. & uxo.

14 Decimoquarto fallit, si uir uectigal, uel uecturas p uxo re uel ministris eius solueret. Vt in l.si qd pro uxore ff.co.ti.

15 Decimoquinto fallit, si serui uiri, uxorij operas prestatent. Vt in l.si id quod donatum est, in §. si quas serui operas, ff.de dona. inter uirum & uxo.

16 Decimosexto fallit, si uir soluit in presenti quod in die debet uoxi: nam tunc potest. Vt in l.sed si uir ex lana, in §. quod uir uoxi, ff.de dona. inter uir. & uxor.

17 Decimosseptimo fallit de iure Regio, nam claps anno à tempore contracti matrimonij ualeat donatio inter coniuges, si filios non habent, si tamen filij postea nascantur, revocatur donatio, nisi in quinta parte. Vt in l.3. titu. 12. lib.3. fori. Quod dicit esse menti tenendum & alibi non repetiri. Pala. Ruui. in repe. Rub. de dona. §. 54. num. 1 i. facit etiam l.9. tit. 6. lib. 3. fori.

Et alias limitationes circa hanc reg. vide per Pala. Ruui. & Docto. in locis supra allega.

### Regula cccxxii.

DONATIO ob causam in filium à patre facta; debet in legitima computari. Quam regu. ponit Bar. quem sequuntur ibi Docto. in l.in quartam, nu. 10. ff. add. falcid. pro qua opinio. est glo. 2. in Authen. ex testamento, C.de collatio. De iure Regio probatur in l.29. Tauri. Circa quam regulam uide Doctores in l.6. & 29. Tauri. Bernar. de Luc. in regula 12. Roderic. Xuaréz in l. quoniam in prioribus, in §. qd. l.95. C.de in offic. testa.

18 Liquidata primo, si res efficiantur peculij aduentitij, vt in rebus donatis ob causam remunerationis, scilicet quando donatur propter benemerita has enim res peculij aduentitij esse firmat glo. communiter ab omnibus Doct. approbata in Auth. vnde si parés, in uerbo, falcidiç, C.de in offic. testam.

testam. Ea enim quæ aduentitia sunt, communicari non debent, l. si. C. de colla. De iure Regio est text. in l. 5. titu. 15. par. 6. Quod intellige quando benemerita rei donatæ responderent, ut est glo. notabi. communiter approbata in l. si donatione, C. de colla. in uerbo, postulas, & in c. relatum el ij. in verb. iuxta seruitij, de testa. Bar. in l. si forte, nu. 5. ff. de castren. pecu. Et in hoc non statut confessioni patris, sci licet merita præcessisse, sed oportet quod merita seu seruitia probentur, ut tenent glo. & Bar. vbi supra Ias. in repe. l. frater à fratre, nu. 44. ff. de condi. indebi. Corne. in consil. 144. nu. 10. vol. 2. Marc. Mantua in l. si donatione, nu. 46. C. de colla. & ibi Rimi. nu. 8. Castellus in l. 29. Tauri, in glos. in verb. [las otras donationes] in fi. limitation. Matthæ. de Affl. in decis. 370. nu. 15. Ioan. Bernar. in regu. 533. Chassane. in consue. Burgun. in titu. [Des droictz.] Rub. 4. in 5. 7. fol. 175. col. 4. nu. 7. Ruuin. in consil. 96. nume. 2. volu. 5. Castellia. Cotta in Memo. iuris, in verbo. donation. inter patrem & filium.

**2** Limita secundo, quando res ob causam donatæ non sunt ad hæredes transmissibiles. Ut in l. omni modo, in §. imputari, C. de inof. testam. & sic primo alimenta per patrem filio præstata, quæ uocant victum & vestitum, l. legatis, ff. do alimen. & ciba. legat. in legitimam non imputantur, ut in l. quæ pater, ff. famil. herc. tenet Bart. in d. §. imputari. Docto. in l. filiæ, licet, C. de colla. Secundo expensæ quæ à patre sunt in nuptijs, aut in consequendis honoribus filiorum, non imputantur in legitimā: vt est text. & ibi gl. in l. 3. in §. fi. in glo. fi. ff. de muneri. & honori. Bal. Ange. Ias. & Docto. in d. §. imputari, per illum tex. & in l. 1. in §. sed an ipse, ff. de coll. bono. Boer. in deci. 14. nu. 3. Ripa in repe. l. in quat tam nu. 163. cum alijs, ff. ad l. Fal. Quod tamē limitat Ale. in addi. ad Bar. in d. l. 3. in §. fina. ff. de mune. & hono. præcedere, quando filius non haberet bona propria & à patre satis facta: securus tamen si haberet, quia tunc censetur hæ expensæ factæ animo repetendi. Ut in l. fin. ff. de pet. hæ. facit, l. Nesennius, ff. de nego. gest.

**3** Limita tertio, quando res donatæ efficerentur castrensis pecutijs, vel quasi. Ut in l. si filius, C. famil. hercis. Ex qua-

D. Petri Duen.

Sequitur, quod arma quae militi dantur & equi non compuntur in legitimam. Idem de libris qui dantur Docto. aut Aduocato. ut tenet Bar. in l. 1. §. neque castrense, nu. 2. Idem puta in pecunia quae a patre datur pro habendo Breuiario, aut pro consequendis ordinibus, aut pro celebranda prima missa: quia haec debent dici peculia castrensis: ut in l. sacro sancte, & in Auth. presbyteros, C. de episc. & cleri. Ripa in d. 1. in quartam, nu. 166. De iure Regio est tex. in l. 4. tit. 4. par. 5. & in l. 5. titu. 15. par. 6. Quod etiam procedit in libris a patre emptis filio Scholari: omissa distinctione Bar. in d. §. neque castrense, nu. 2. & in l. si donatione, C. de colla. & ibi Alex. in l. filiæ cuius, & ibi, plenius Sali. nu. 13. C. fam il. hercis. Ripa & Doct. in l. in quartam, nu. 198. ff. ad leg. Falcid. tenet gl. in d. l. filiæ cuius, in glo. 1. pro qua op. est tex. in l. quæ pater, ff. fam. hercis. De iure Regio probatur in d. l. 4. tit. 4. par. 5. in fi. & in d. l. 5. tit. 15. par. 6. ita tenet Pala. Ruui. in d. l. 17. Tauri. nu. 16.

4. Limita quarto, quando pater sponte soluit emendā pro condemnatione filij, ut liberetur filius. Tenet Bar. in l. Sti cus, nu. 2. in fin. ff. de pecu. lega. vbi distinguit, quod si pater voluntarie soluit, soluta non sunt imputanda. Si autem ex necessitate forte per statutum aut consuetudinem, tunc imputantur, quem sequitur Bal. in d. §. imputari. Quam disti. Bar. reprobat Fabi. de Monte, in repet. Auth. nouissima. q. 8. princ. vers. octauo queritur, C. de inoffr. testam. Ripa, vbi dicit ita cōmuniter teneri, in d. l. in quartam; nu. 185. quia in hoc casu motus paterna pietate ne filius vexetur a fisco soluisse creditur pater, & sic coactus soluisse, pro qua op. facit tex. in l. re legatorum, in §. fi. vers. neque enim, ff. de interdi. & teleg. vbi dicitur quod ex delicto quis non debet habere beneficium.

5. Quinto limita, non habere locum in donatione simplici, attento iure huius regni: nam simplicem donationem hodie filius conferre non debet cum alijs fratribus, nec debet in legitima imputari. Ut in l. 26. Tauri. Facit etiā text. & ibi gl. in d. Auth. ex testam. ento, C. de coll. & ita expresse testet Cifuentes in d. l. 26. Tauri. nu. 6. & in l. 29. nu. 1. in fi. Roderi. Xuatez in repe. l. quoniam in prioribus, in §. q. nu.

6. fol. 96. C. de inof. testa. Pala. Ruui. in l. 26. Tauri. nu. 25. 2  
 Porto alias limitati. circa hanc reg. & eius materiā vide  
 per Doct. in supradict. locis: præcipue in d. l. in quartam.

## Regula ccccxi.

DONATIO facta à patre filio in potestate, regulariter non valet. Hanc reg. probat tex. in l. si pater, C. de inoff. dona. & in l. donationes quas parentes, C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. 2. in §. si filium, ff. de dona. & in l. 1. §. si pater filio, & in l. si pater filia, ff. de vseua. pro dona. Dé iure Regio probatur in l. 3. tit. 4. par. 5. & in l. 4. tit. 15. par. 6. Et circa hanc reg. vide Plat. in l. 1. C. de castrē. peculi. lib. 12. Bart. & Doct. in l. frater à fratre, ff. de cond. inde. vbi Ias in 1. & 2. lect. nu. 44. Iacobi. de S. Georg. nu. 33. Ioann. Crot. fol. 6. col. 3. in 12. q. Mar. Mant. nu. 327. & 342. Ferdi. Loazi in repe. l. filius familias, §. diui. nu. 77. & 85. cū alijs Lud. Roma. in l. si donatione, nu. 8. C. de colla. Cifuentes & Docto. in l. 17. Tauri. Segura in repe. L. licet Imperator, nu. 80. cū alijs, ff. ad Trebel. & in repe. l. vnum ex familia, §. si fandim, nu. 115. cū alijs, ff. de leg. 2. Bertran. in consil. 252. nume 25. vol. 1. primæ impressionis, Cassanæ. in consuet. Burgun. in titu. [Des droitz.] Rub. 4. in prin. nu. 36. fol. 126. col. 2.

Hanc reg. cum 11. limitationibus ponit Soc. in reg. 103.

Sed ultra eum limita primo non procedere in donatione facta à Rege vel à Principe non recognoscente supetio rem. Ita tenet Bart. in c. 1. in §. item sacramenta, de pace iuram. firmand. in Usibus feudorum, facit text. in l. penul. C. de donatio. inter vir. & vxo. & ita per illum text. tenet ibi Alexand. in addi. ad Bart. Eandem opin. tenet Crot. vbi si pra. & originaliter ante omnes tenuit Qld. in eos. 231. Ias. in d. l. frater à fratre, in 1. lect. nu. 44. in 5. fall. in versl. & ita habes expeditas omnes fallentias Bart. & ibi Marc. Mant. nu. 348. Segura in d. l. imperator, nu. 83. ff. ad Trebel. Aret. in l. placet, nu. 3. ff. de acquir. hære. Lanceo. Galiz. in repe. I. Centurio. nu. 115. ff. de vulga.

Secundo fallit, quādo duo filii sunt in potestate, & unus donat alteri de consensu patris bona profectitia vel bona propria patris, nam talis donatio statim valet. Ita notab. tenet Ioan. Andræ. in additio. ad specula. in tit. de instrum.

reditio.

**s**editio. in §. porro, super nu. 3. incip. concipitur, & ante eā tenet Oldra. in cons. 26. Cuius ratio est, quia si pater cōsen scriit quod hēc bona donarentur alteri filio. cōsuetudo intelligitur filium tacite emancipare quo ad istum actum, ut valeat donatio, vt in I. si permittente, C. ad Mac, sicut enim valet donatio si emanciparet in totum, vt in I. vt libe- ris, C. de coll. ita valere debet quo ad istum actum. Quam decisionem Ioan. Andr. exclamando extollit usque ad sy- dera, Aret. in I. placet, nu. 4. ff. de acquir. hēredi. & ibi eam impugnat dupli ratione, quam etiam reprobat Ias. in I. frater à fratre, in prima lectura, nu. 44. in octaua limita. & ibi contra eam adducit plura Mar. Mantua nu. 349. vbi in fine hoc reliquit cogitandum. Eandem opī. exprobat Segu- ra in d.l. Imperator, nu. 86.

**3** Tertio fallit, quando pater remittit usumfructum filio quem habet in bonis aduentitijs filij: nam hēc donatio sta- tim valet, non expectata morte parentis. Ita Bar. in repet. d.l. frater à fratre, nu. 57. versi. si vero donaret, & per text. in I. cum oportet, in §. si autem, C. de bon. quæ liber. glo. & Bar. in I. 2. C. de inossi. dona. cum qua doctrina Bar. tran- seunt ibi communiter scribentes, & Ias. in d.l. frater à fra- tre, in 5. limit 2. nu. 44. vbi eam Crotus fol. 6. col. 3. versi. fal- lit ergo conclusio præmissa.

**4** Quarto fallit, quando iusta donatio esset facta filio na- turali tantum: cum filius naturalis non sit in patria pote- state. Ita notab. tenet Bar. in I. omnes, in §. Lucius, ff. de his quæ in fraud. credit. quem sequitur Roma. in cons. 43. nu. 2. & in I. si donatione, nu. 15. ff. de coll 1. Crot. vbi supra, versi. quinto fallit, & ibi Mar. Mantua, nu. 353. Quod tamen in- telligo verum, nif donatio fiat in fraudem, ut in d. §. Lu- cius, ita notabili. concludit idem Rom. in cons. 397. nu. 1. quem sequitur Mantua vbi supra. Pro qua facit quod tra- dit Carol. Molinæ. in tractatu de inossi. testamen. donatio. & doti. nu. 49. cum alijs. Quod hodie de iure Regio habet locum usq; ad quintam partem honorum extantibus alijs filiis legitimis: ut in I. 9. & 10. Tauri. quod etiam in spurijs, habere locum dicunt ibi supradic. iura.

**5** Quinto fallit, quando pater donat aliquid filio pro le- gitimijs

gitima: nā tunc valet donatio facta filio in potestate. Iste est notab. casus: secundum Ang. ibi, in l. si non mortis, ff de donatio. inter vir. & vxo quam opinio. vbi eam latissime examinat sequitur Ias. in d.l. frater à fratre, in 7. limit. nu. 44. & in rep. nu. 23. vbi adducit pro ea plura fundamenta, postea relinquit cogitandum, Mar. de Mātua in d.l. frater à fratre, nu. 356. Paris. in d. cons. 16. nu. 35. vol. 2. Eand. op̄. tenet Bal. in l. cum oportet, §. non autem C. de bonis quæ libe. & eam latissime examinat. & tenet Rodericus Xarez in repeti. l. quoniam in prioribus, in princip. fol. 3. nu. 4. C. de inoffic. testam. Contrariam opinionem, reprobando illud dictum Ange. tenet Are. in l. placet, nu. 4. ff. de acquir. hære. Segura in l. viiium ex familia, in §. sed si fundum, nu. 116. ff. de leg. 2. & in repe. l. Imperator, nu. 84. ff. ad Trebel. Dec. vbi hoc notabiliter declarat, in consi. 86. nu. 8. & contra Ange. vbi eam latissime examinat, tenet Ferd. Loazes, in repet. l. filius fami. in verbo diui. nu. 75 - ff. de lega. 1. Mōuentur omnes supradicti Doct. tali fundamento, quia alii menta debentur filio in vita patris, l. si quis à libe. in prin. ff. de lib. agnosc. tamen donatio in causani alimentorum à patre filio in potestate facta, non valet, gl. notab. quam ibi approbat Bal. in l. 2. C. de inoffi. dona. ita eodem modo nō debet valere donatio facta filio pro legitima. Eandem op̄. nionem contra Ang. tenet idem Aret. in consi. 17. nu. 4. cum sequen. Est tamen verum quod docto. supradicti assignant plures intellectus ad illud dictū Ang. & ad d.l. si non mortis, nam Dec. in d. consi. dicit, quod procedit in filio emancipato. Segura in d.l. Imperator, dicit quod loquitur in filio emancipato, vel in matre. Ias. in d.l. frater à fratre, tenet etiam hoc in l. lec. nu. 44. scilicet quod loquatur in matre vel in filio emancipato: postea tamen dicit quod valet supradicta donatio facta filio in potestate pro sua legitima, sed reuocabiliter. quē sequitur Mar. Mant. ibi nu. 257 Et Angel. contra tenet, vbi eam etiam latissime examinac [Didacus del Castillo] in l. 17. Tauri col. 2. in princi. versi. sed doctor de Segura. vbi per illam l. 17. approbatur op̄. Ias. supradicta, scilicet, quod iam quod valet donatio facta per patrem filio: pro sua legitima, valet reuocabiliter, & sic

Se poterit à patre quandocunque reuocari, & ita procedit dictum Ang. ut expresse tenet ibi Castil. per dictam l. 17. in col. 4. in principio, quæ expresse hoc disponit, ibi, spuenda la reuocar quando quisire.] Quod tamen est verum nisi patre postquam fecit supradictam donationem, non solù pro legitima, et in quoquæ casu fecerit donationē filio suo de teria parte bonorum suorum, si possessionem filio tradidit, predicta donatio à patre renocari nullo modo poterit, etiam si filius sit in potestate, per supradictam l. 17. & sic per illam l. corrigunt in omnia supradicta iura prohibentia donationē per patrem filio in potestate fieri posse.

6. Limita sexto, non procedere in matre quæ potest face-re donationem filio suo in potestate. Ut in d.l. 12. Tauri ibi, so la madre.] dum tamen tradat possessionem filio suo, alias autem bene poterit eam reuocare, secundum Palau Ruui. ibi nu. 12. & ibi Castil. in glo. in verbo, [la madre.] Per quam l. corrigitur text. in d.l. si non mortis ff. de inof-ficio. testamen. & in l. si constantē C. de donation. inter viru & vxo. vbi dicitur, quod mater non potest donationem à se factam filio reuocare, quia non habet filios in potestate sicut pater, ut in §. sc̄minat. Inst. de adop. & per totum Insti-tu. de patria potesta. sed per supradictam l. possessio non tradita, bene poterit reuocari.

Et circa tertiam limitationem, quam ad hanc regulam ponit Soci. vbi supra, scilicet quod talis donatio causa sti-dij valet, ultra docto. qui ita tenent in d.l. 17. Tauri, tenet etiam Segura in d.l. vnum ex familia in §. sed & cismundum nu. 131. ff. de leg. 2. & Ferd. Loazes in repetit. l. filii fam. in §. diu. num. 85. ff. de lega. r. & vide posita supra in regu. 87. Petr. Rebuff. in tracta. de priuile. scholarium, priuili. 60. nu. 2. & vide supra in reg. 87.

Et circa octauam limitationem: Soci. scilicet, quod quādo interuenit iuramentum, quod valeat talis donatio, vide posita supra in regu. 219. in 2. ampliatione.

*Règula Te CXXI. 111. 118. 1. 182.*

DONATIO excedens quingentos solidos non valet, nisi fuerit insinuata. Est text. in l. si quis pro redēmptione, in §. exeteris C. de donation. & in l. 9. in fi. titu. 4. part. 5. per quæ

quæ iura costringit ut in l. Sancimus C. cōdecreta quæ usque ad trecentos aureos tantummodo permittebat, tenet Bar. & doct. in l. Modestinus ff. de donat. Bal. & ibi doct. in l. I. Iud. C. de sacro san. eccl. & in l. f. C. de iure dotti. Circa quam regulam vide Franc. Aret. in cons. 77. Paul. Paris. in cons. 25. nu. 53. & in cons. 69. nu. 93. lib. 3. Soc. Iun. in cons. 69. nu. 37. & in cons. 77. nu. 55. lib. 1. & in cons. 67. nu. 18. & in cons. 118. nu. 2. vol. 2. Caro. Rui. in cons. 159. nu. 6. & 15. vol. 4. Ioan. Bart. de Scarampis in cons. 111. nume. 6. inter consilia Alberti Bruni. Pala. Runi. in repet. rub. de donat. inter virum §. 19. nume. 6. Andræ. Tiraqueli. in legibus connubia. In glo. 4. nu. 10. & in glo. 5. nu. 32. & 34. & in glo. 6. nu. 177. & 272. Ioan. Beffanius in consuetu. Aluerniæ. c. 15. art. 42. & notabiliter Anto. de Canario in tracta. de insinuatione, in prima, & secunda parte, nu. 1. cum sequen. Ioan. Igne. in Authen. ex causa nu. 207. C. de liber. præte. Guid. Papa in cons. 57. & in decis. 325. Aymon publicia. in gloss. ad dicta consuetu. Aluerniæ. arti. 42.

Rationes autem quare donationes insinuari debeant, sunt quatuor. Prima est ut inter insinuationem & donationem, donans. deliberare possit, an sibi expedit donationem perficere. Ut in Auth. de appell. & intra quæ temp. in priu. versi. ut liceat homini intra id spatium plenissime delibera re, colla. 4. Secunda ratio est, ut ita ratio actus ostendat mortis perseverantiam. Ut in l. vna C. de plus petitio. sicut dicitur de actu geminato, ut in l. Balista. ff. ad Trebel.

Tertia ratio, ut tollatur deceptionis suspicio. Ut in l. si decipiendi, ff. ad Velleian. nam sicut præsentia amicorum. tollit suspicionem fraudis: ita præsentia iudicis, ut in l. trâ-factione & in l. sue apud acta. C. de transactio. ita tenet Guido Papa in cons. 57. colum. 2. versicul. 1. Andræ. Tiraqueli. in legibus connubia. in glo. 6. nu. 177. ubi dicit, quod aperte iudex debet intelligere quod isti intenderant donationem confidere, ad hoc ut insinuatio valeat; alias licet. interponat decretum, non valebit, ista est glo. notab. secundum eundem ibi, in l. tutor bonorum, vers. amici eius, & iudices scientibus, ff. de bonorum possessio. Quarta ratio est, ut occuratur falsis probationum modis. Ut in l. finali. C. de

de fideicom. Quas rationes ponit Anto. de Canario in d. tract. de insinuatione, q. 9. nu. 17. referendo se ad Specul. in tit. de instrumen. xditio. in §. porro. Bartol. tamen in d.l. Modestinus nu. 3. addit duas alias rationes. Prima ne si clā fiat, homines fraudulentur. Vt in l. data, C. de donat. & quia in magnis quantitatibus, magna exigitur obseruatio. Vt in l. fin. & in Auth. ibi posita C. si certum peta. Anto. de Canario in d. quæst. 9. dicit has rationes magistrales, excepta illa quæ ponitur in d.l. data. Facit etiam alia ratio, quia reipublicæ interest ne quis re sua male vtatur. Vt in §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alie. iuris.

1. Amplia primo prædictam regulam, habere etiam locū in creditore qui remisit domum sibi debitam, quia remissio donatio est. Vt in l. si mulier, ff. de condic. causa dat. Et quod in remissione facta causa donationis requiratur insinuatio, tenet glo. 1. & ibi doc. in l. si quis obligatione, ff. de regulis iur. & ibi Hierony. Cagno. nu. 5. dicit esse communem opin. Eandem opin. tenet Bart. in d.l. Modestinus nu. 1. Bal. in l. pactum nu. 12. C. de collat. quam dicunt communem esse Alex. & Deci. in l. creditori nu. 12. C. de paſt. idē Alexan. & ibi Ias. in l. si mulier nu. 1. C. de condic. cau. dat. Fel. nu. 2. in c. veniens el j. de testib. docto. idem Alexan. in cons. 138. nu. 28. vol. 2. Andr. Barb. in cons. 41. nu. 24. versic. item est etiam ponderandum, libr. 1. quod tamen declarat secundum Feli. vbi supra, & Rom. in d.l. Modestinus nu. 41.
2. Amplia secundo, siue donatio fuerit facta extraneis, siue coniunctis. Ita tenet Bal. in h. data, in prin. C. de donat. quia eadem ratio, & maior videtur inter coniuctos, quam inter extraneos, vt coucludit Barba. in cons. 23. nu. 10. vers. modo in proposito vol. 2. facit quod notat Marc. Mant. in Apophth. 79.
1. Limita primo, non procedere in dote. Vt in l. fin. in §. 1. C. de iure dot. & in l. fina. C. de donat. ante nupt. & hoc fauore dotis statutum est, sicut multa alia, vt in l. 1. & ibi no. ff. solu. matri. Et hæc limi. probatur de iure regio in l. 9. in fi. tit. 4. par. 5.
2. Limita secundo in donatione propter nuptias, quæ non est minoris fauoris quam dos. Vt in l. fina. C. de donat. ante nupt.

nupt.imo dicitur quod in substantia nihil distat. ad hoc sicut tex. in Auth. eo decursum C. eo. tit. & in Auth. vt fratrū filij in §. illud, collat. 9. & in Auth. vt sponsi. largi. in princ. collat. 9. ita Ang. in d. §. illud nu. 1. Guid. Papa in dec. 325. nu. 2. Ant. de Canario in tract. de insinuatio. in 2. part. q. 4. nu. 4. Bal. Nouel. in trac. de dote in 6. part. princ. q. 47. nu. 2. Bald. in Auth. dos data, §. similiq; modo C. de don. ante nupt. Bart. in l. cum multe. in prin. C. de dona. ante nupt. Io. Bassi. in consuet. Aluerniæ. in d. arti. 42. fol. 107. licet olim insinuatio requirebatur, vt in d. l. fi. C. de donat. ante nupt. & in l. fina. §. similiq; modo C. de iure dot. & in d. l. sancimus in princ. C. de don. Quod verum respectu mulierum & in earum fauorem, secundum suprad. §. illud & ibi Ang. & d. Authen. eo decursum, Paul. Paris. ubi hoc declarat, in conf. 17. nu. 24. vol. 2.

3 Limita tertio, non procedere in donatione feudalī, vt si rex vel alius dat caltrum aut aliam rem in feudum, valebit sine insinuatione. Ita tenet Bald. in c. peruenit el ij. nu. 4. de iure iurā. Idem in alia donatione à principe facta. Vt in l. illud, C. de sac. sanc. eccl. in l. sancimus ver. exceptis, C. de donatio. & ibi do. & in Auth. vt non fiant pigno. in §. illud colla. 5. Anto. de Canario in tracta. de insinuatio-ne, in 2. par. nu. 2. Marth. de Afflict. ubi hoc declarat, in c. 1. in §. item sacramenta, gl. 4. nu. 33. de pace iura. firman. in usibus feud.

4 Quarto fallit, in donatione remuneratoria & mutua. Vt in l. si pater, & in l. Aquilius Regulus & ibi glos. in uerbo, non meram, ff. de dona. & in l. fi. & ibi glo. in uerbo, obseruatione, C. de iure dot. & ibi Angel. de Perusio, tenet Bal. in l. illud nume. 8. de sacrosane. eccl. Ias. in l. si non sor tem in §. libertus nu. 8. ff. de condi. indebi. ubi dicit ualere prædictam donationem, dum modo facta sit propter seruitia præcedentia, & seruitia sint æquivalentia donationibus, idem Ias. ubi hoc no. declarat. in l. ex hoc iure, nu. 53. ff. de iust. & in. Segurā in repet. l. ab exhereditati substituto. nu. 91. ff. de leg. 1. Bart. & ibi. not. Ioan. de Imo. in d. l. Aquilius Regulus. Anto. de Canario in d. tract. in 2. parte quæsi. 11. nu. 16. Ratio est, quia talis donatio non est proprie donatio,

natio; sed potius quædam permutatio seu compensatio, ut  
in l. sed & si lege §. consuluit in fin. ibi, velut genus quod-  
dam hoc esse permutationis, ff. de petitione hære. & in d.l.  
Aquilius Regulus versi. dixi posse defendi. Et talis dona-  
tio non renocatur prætextu ingratitudinis, nec in ea ha-  
bet locum tex. in l. fina. C. de reuocan. donat. nec alia iuræ  
communia loquentia de donatione, ut est tex. iuncta gloss.  
in l. si pater. §. 1. ff. de donatio. & ibi docto. & glo. & ibi doc.  
in d.l. fi. in verb. inueniatur, Ripa in repet. q. 44. Carol. Mo-  
linæ. in consuet. Pari. tit. 1. §. 30. nn. 99. Boer. in decis. 27. Et  
ultra istum effectum & alios effectus huius obligationis an-  
tidotalis, vide 18. effectus. Per Ias. in l. si nō sortem, §. liber-  
tis nu. 9. ff. de condit. indebi. 19. effectus ponit idem Iaso. in  
l. ex hoc inre nu. 15. cū alijs, ff. de iust. & iu. alios ponit For-  
tunius Garcia in l. 1. §. ius naturale nu. 37. ff. de iust. & iure,  
& quatuor & triginta ponit And. Tiraquel. in repet. l. si vn  
quam in verbo donatione largitus nu. 11. cum sequent. C.  
de reuocan. donation.

5. Quinto fallit, in donatione iurata. Ut tenet Ioan. And.  
in addition. ad Specu. in titu. de instrumen. æditione in por-  
ro in additione incip. minus. Federic. de Senis in cons. 281.  
nu. 1. Bald. in c. cum contingat. num. 13. de iure iurant. & ibi  
Ioan. de Imol. vbi latissime hoc examinat nu. 90. per qua-  
tuor col. & ibi Abb. nume. 17. Joan. Faber. in §. & cum retro  
nu. 3. Insti. de donatio. Alex. in cons. 4. nu. 10. & in cons. 12.  
nu. 4. vol. 1. & in cons. 157. nu. 19. vol. 2. & in cons. 21. nu. 11.  
vol. 3. Socin. vbi plene eam disputat & concludit, in cons.  
77. nu. 10. vol. 1. vbi dicit, quod hæc opinio est verior, & q  
semper pro ea iudicaret & consuleret. Et eam dicit esse co-  
munem Ias. in cons. 51. colum. fi. vol. 1. Francisc. Curt. Iuni.  
in cons. 34. nu. 1. Deci. in cons. 239. nu. 3. & in cons. 432. nu.  
11. & 15. & in cons. 488. nu. 6. Ripa lib. 2. respons. c. 11. num.  
11. Matthæ. de Affi. in c. 1. nu. 36. de feudo dato iuicem  
l. commiss. in Vbbus feudo.

Hanc opinionem dicit etiam esse communem Soci. Iu-  
ni. in cons. 67. nu. 20. vol. 2. Alex. vbi dicit ita fuisse consul-  
tum per multos docto. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. & eam  
tenet plures docto. quos refert Andrx. Tiraquel. quos pro  
pter

pter prolixitatem non refero in rep.d.l.si vnquam in præfatione,nu.143. Anto.Rubrus Alex.in consi.59. nn.2. Parisius,vbi eam dicit communem, in consi.69. nume.95.vol.3. Contrariam tamen opinionem, imo quod predicta regula & leges eam probantes non possint iuramento renuntiari, tenent Gulielmus de Cugno, Alberi. & Bald. sibi contrarius in l. illud, nu.9. C.de sacrosanc. eccles. & dicit Imol.in d.l. Modestinus, quod istud est de mente Bart. ibi, in nume.6. dum se remittit ad not. per eum, in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. idem tenet Anto. de Canario in d. tractatu 2. part. quæstio.33.num.50.vbi per totam q. hoc examinat, & tenet hanc opinio. maxime in num.59. Ang. in conf. 179. nu.7. vbi dicit hoc esse verum, etiam in donatione facta inter coniunatos & inter fratres. Et eam dicit comitnem Andr. Barba. in consi. 16. nume. 16. versi. & si quispiam dixerit, volu.2. colum.10. in princ. Alexan. sibi contrarius in addi. ad Bart. in l. post mortem, ff. de adoptio. Barba. in consi. 22. incip. uiso celebri, in 2. colum. in fine, versic. quod vero opponitur, volu.4. Angel. Areti. in §. aliz, nu.5. & 9. institu. de donatio. idem Barba. & quam plures docto. tenent hanc opinionem, quam ipse refert in consi. 66. nume. 23. & in consil. 67. per totum inter consilia Curt. Senio. Barto. de Scarampis in consil. 111. nume. 6. inter consilia Alber. Brun. Róma. in d. l. Modestinus, nunc. 18. Lauren. Calcane. in consi. 25. nu. 33. versi. nec obstat etiam quod dicitur. Ruii. post plures quos refert in cōsi. 159. nu. 6. vol. 4. & ibi num. 15. refert contrariam opinionem, in qua se non bene firmat propter ambiguitatem opinionum. & alij etiā docto. quos refert Maria. Soci. iunior in consi. 69. nume. 39 & in consil. 71. nu. 58. colu. 1. vbi refert has duas opiniones & etiam se non bene firmat. & alij etiā doctor. quos Andræ. Tiraquel. in repe. l. si vnquam, in præfatione, nu. 153. C. de reuocan. donatio. & hanc opinio. vbi adducit pro ea plura fundamenta, & dicit quod secundum eam si causus eueniret semper consuleret & iudicaret, tenet Ioan. Crottus in repetitio. l. nemo potest, col. 14. versi. fallit hæc conclusio, ff. de lega. 1.

Sed hæc posterior opinio uerior mihi videtur, quod do

D.PetriDuen.

natio etiam si sit iurata, si non sit insinuata non valet. Ratio prima facit, nam ut supra dixi in rationibus huius regulæ, insinuatio fuit introducta fauore publico, ne quis effusa liberalitate patrimonium suum exauriat, ideo iuramentum nullum effectum operatur, ut in c. si diligenti, de foro compet. not. in l. iurisgentium, §. si paciscar. ff. de pact. Secunda ratio facit, nam donatio omissa insinuatione ideo est nulla, quia presumitur facta esse in fraude, & sic ad evitandas fraudes quæ committi possunt, maxime inter coniungatos, ut in d. l. data, C. de donationibus, & sic etiam in odiū recipientium clandestinas donationes. Si ergo iuramentum firmaret contractum donationis absque insinuatione, prestatet occasionem delinquendi, contra l. conuenire, ff. de pactis dota. & sic videretur iuramentum contra bonos mores quod non valet, c. non est, de regu. iur. libr. 6. & sic vbi cunque l. vel statutum presumit fraudem in aliquo contra etiū, iuramentum interpositum super illo contractu non firmat dictum contractum, ita Bal. Sali. Pau. de Castro in Authen. sacramenta puberum, C. si aduersus vendi. Bart. in l. omnes populi. in 2. q. 3. q. princ. ff. de iustitia & iure. Roma. in cons. 12. pro qua opin. faciunt alia quam plura fundamenta traduntur a Docto. in locis supra allegatis, quæ propter prolongatam non euro referre.

6 Sexto fallit quod donatione facta ecclesiæ, vel alicui pio loco. Ita tenet Bar. & Albe. in d. l. illud. C. de sacrosan. eccle. per illum tex. Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de instrum. æditio. in §. porro. super verbo, sed illa lex. Io. Calde. in cons. 3. sub rub. de donatio. tex. in l. si quis pro redemptrione. C. de dona. Ro. in d. l. Modestinus, nu. 11. Felin. post Ant. in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ. nu. 82. de constit. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & allegat quam plures doctores eam tenentes. Ripa in lib. 3. responso. c. 11. nu. 10. Abb. in c. relatum, el j. de testa. Parisius, in cons. 70. nu. 23. vol. 4. Petrus Rebuffus in trac. de priuilegijs scholariū, priuile. 64. vbi dicit, quod idem est in donatione facta scholarii tanquam pia, & dicit quod est communis opinio.

7 Septimo fallit, quando princeps ex certa scientia cōfirmat donationem non insinuatam. Ita tenet Panor. in cons. 84

si. 84. nu. 3. cum seq. vol. 11. vbi consuluit, rescriptum principis ex certa scientia, confirmans donationem non insinuatam, valere etiam in præiudicium filiorum, quibus erat ius in quæsumus spe probabili: quia insinuatio est solennitas quædam de mero iure positivo introducta, quam ob rem est in arbitrio principis. Ita Alex. in l. quanquam, C. de militari testa. Alcia. in trac. de præsumpt. in 3. regu. præsumpt. 11. nu. 8. Doct. in titul. de confirmatio. utili vel inutili facit quod supra dixi in regu. 43.

- 8 Octauo limita in donatione facta corā iudice, quia eo ipso videtur insinuata. Ut in l. omnium, & ibi docto. C. de testa. & l. sancimus, C. de dona. Bart. & docto. in l. Modestinus, ff. de donatio. facit tex. & ibi docto. in l. fi. C. de prædijs decurionum, li. 10. Alex. in conf. 20. nu. 5. vol. 3. Quam opinionem tenuit. Bar. in l. Modestinus, nu. 3. Ias. vbi hoc not. declarat, in d. l. omnium, nu. 4. Andr. Tiraquel. in legi. con-nubia. in glo. 5. nu. 32. Et an iudex si faciat donationem coram se possit insinuatio fieri? Vide notab. Bart. in l. consul. nu. 3. ff. de adoptio. Anton. Capicum, vbi hoc notabiliter examinat, in deci. 203. nu. 13.
- 9 Limita nono in bonis donatis in testamentis, quia donationis nomine non venit testamentum, vt in l. alienatum, §. fi. ff. de verb. signi. & sic instituti in testamento non tenentur insinuare, licet si testamenta facta sint coram curato & testibus, iuxta c. relatum, c. cum esses de testamē. oporteat quod publicentur & in publicam reducantur formam ad hoc vt probent, in l. publicati. C. de testam. tamen hic non agitur de illa publicatione, nec de illa quæ ad aperturam testamentorum fieri solebat, vt l. prima & secunda, ff. quæ admo. testamen. aper.
- 10 Limita decimo, in lucro quod quis acquirit ex legis vel consuetudinis dispositione. Tenet Bal. in Auth. co. decur-su. de donatio ante nupt. nu. 2.
- 11 Limita undecimo, in casu l. vnicæ, in fi. C. de plus peti-tio. ibi, siue insinuata sint, siue non.
- 12 Limita duodecimo, in donatione causa mortis. Ut in l. fina. C. de donatio, causa mor. vbi hæc donatio omnes esse catus sortitur quos habent ultimæ voluntates. Et ita expresse L. ita X 2 conccludit

D. Petri Duen:

concludit Guido Papa in decis. 610. & in decis. 325. nu. 3.  
notat gloss. in l. si quis pro redemptione, in verbo ad refectionem, C. de donatio. quod ibi Bart. Sali. & Ang. Specul. in tit. de instru. æditione, in §. porro. Et hanc op. tenet expresse Anto. Rub. in cons. 59. nu. 1. vbi post Bar. in d.l. fi. dicit quod per illam lest correctus tex. in l. donatio. C. de donatione. eandem op. per d.l. fi. tenet Anto. de Canario in tracta. de insinuatione, in 2. par. q. 7. nu. 7.

13 Limita decimotertio, non procedere in contractibus, qui donationis nomine non continetur, & ideo venditio & alij contractus non insinuantur. Ut in l. Labeo in §. in contractum, & ibi doct. de verbo. fig. maxime Cæpo. nu. 4.

14 Decimoquarto fallit, si filia renuntiat futuræ successioni, quia in hoc non requiritur insinuatio, secus si hereditas esset iam quæsita, & filia remitteret, quia tunc donatio est. Ita tenet Bal. in d.l. illud. nume. 7. vers. quid ergo dicemus, quem sequitur Aut. de Canario, in d. tract. de insinuatione, in 2. par. q. 16. num. 21. Idem est si fiat pactum inter fratres, quod unus alteri succedat, ut in l. licet, C. de pact. quia potius dicitur contractus quam donatio, & ob id insinuatio non requiritur, ita Joan. Andr. in additio. ad Specu. in tit. de instru. æditi. in §. porro. quem sequitur Ant. de Canario, vbi hoc notabil. examinat. in d. tract. in 2. par. q. nu. 23.!

15 Decimoquinto limita, in confessione facta in iudicio animo donandi, quia insinuatio non requiritur. Ut in l. quidam in iure. & ibi Bart. nu. 1. ff. de donatio. Bal. in d.l. illud, nu. 12. C. de factos. eccles. quia pro insinuata habetur postquam in iudicio facta est, & ita tenet Anto. de Canario in dict. tract. in 2. par. q. 15. nu. 21.

16 Decimosexto fallit, in donatione rei alienæ, cum non sit proprie donatio. ut in l. in ædibus §. fi. ff. de dona. nam usurcationis cōditio non est donatio, quia procedit à lege, & non iud. dona. Ita concludit Bal. in l. post mortē, nu. 14. C. de fideicom. quem sequitur Roma. in d.l. Modestinus, nu. 16.

17 Decimosseptimo limita, in remissione usurarum fururū temporis, ut in d.l. Modestinus, & ibi Bart. & Doct. gloss. in §. aliz. in verbo. inueniri. Institu. cod. titu. Rationem ponit Anto. de Canario in d. tract. in 2. par. q. 13. nu. 13.

Limita

18. Limita decimo octavo: quando plures donationes sunt factæ diuersis temporibus, quæ simul congregatæ eam sum mam excedunt, tunc enim non requiritur insinuatio. Ita probat tex. in l. sancimus, in §. si quis autem per diuersa tempora, & ibi expresse Bal. & docto. C. de donatio. & ita tenet expresse per illum tex. Ioann. Ignæus in Authen. ex eausa, nu. 207. C. de libe. præte.
19. Decimonoно fallit de iure antiquo, in quo 72. aurei faciebant libram auri, ut est gloss. in Authent. de defensio. ciuita. §. & iudicare colla. 2. & in l. in eum, ff. de in ius vocan. & in l. quicunque in glo. in verbo, vel viginti, & ibi Bal. & Salice. C. de ser. fugi. & in l. quotiescunque in verbo. haud. C. de suscep. & arcarijs. libr. 10. & in rubr. C. de veteris numis. potesta. lib. 11. & in §. omnium autem. Institu. de poena temere litigan. & in l. fina. C. communia de legat. & in l. id est, ff. de dolo. Sed cum hodie aurei quibus utimur sunt minori ponderis, & 96. faciunt libram auri, & sic hodie ducatus non est nisi octaua pars vnciæ secundum Bart. in d. Rub. C. de veteris numismatis potesta. & in d. l. quoties. Abb. in c. conquerenti. nume. 6. de officio ordin. & ibi Felin. diffuse nume. 2. idem Abb. in c. nulli. nume. 1. de iudicis. Paul. de Castr. in l. fina. & ibi docto. C. communia de lega. ideo donatio hodie valet usque ad octingentos aureos, quia aurei vel solidi de quo in illa l. debent computari secundum tempus quo facta fuit illa lex. Ita in expressis terminis tenet Ang. in l. sancimus. nu. 4. C. de donati. Iason, ubi dicit quod ita obtinuit in l. 2. in §. ex his nume. 16. ff. de verbo. obliga. & in l. quæ extrinsecus, eod. titul. & in l. in eum. nume. 1. ff. de in ius vocan. Paul. Castren. in l. final. C. commun. de lega. Iason in l. puniri nume. 2. C. si contra ius vel utili. publi. Quam opinionem tenet Deci. in consil. 229. nume. 3. Felin. in c. conquerente. nume. 2. de officio delega. Bartho. de Chassianx. in consue. Burgund. in tit. [des iustices.] Rub. 1. §. 7. fol. 76. col. 4. nume. 1. Alex. in conf. 4. nu. 9. in fi. vol. 1. Alci. in l. etiam aureos nummos, & in l. hæc nuntiatio ff. de verb. sign. Alber. Brunus in tracta. de augmento in ultima conclusione 1. q. principalis col. 2. versicul. olim. Hodie tamē in nostris temporibus cum ad constituēdam librā auri

D. Petri Duén.

requirantur plus quam centum & viginti aurei vel solidi,  
videtur quod donatio valeat etiam post mille aureos sine  
insinuatione, attenta supradicta limicatione.

Regula c c x x v .

D o s de necessitate debetur ecclesiæ, vel pio loco sufficiens & perpetuo : & tradi debet in limine fundationis vel acquisitionis iuris patronatus. Hanc Regulam probat tex. in c. placuit, & ibi glo. 1. q. 2. & in c. nemo. de consecra. distin. 1. gl. in c. piæ mentis, in verbo collata. 16. q. 7. & in c. cum sicut, & ibi Abb. de consecr. eccl. uel altaris, & ita expresse tenet Lamberti. in tracta. iuris patronatus, in 1. par. 1. lib. in 10. artic. 5. quæst. prin. nu. 1. cum seq. Et quod dos eccl. debeat esse perpetua, probat tex. in c. sine exceptione. 12. q. 2. & in c. nulli. de reb. eccl. non alie. ita tenet Lambert. in d. tracta. in 1. parte 1. lib. in 2. artic. 5. nu. 3. & in artic. 5. nu. 1. Et quod debeat tradi in limine fundationis, probat tex. in d. c. nemo. & firmat Lambertinus in d. arti. 10. & per totam illam quæstionem notabiliter tractat materiā huīus regulæ.

Hanc regulam cum viginti ampliationibus, & sex limitationi. ponit Cæsar Lamberti. in d. tracta. in 1. part. 1. lib. in 22. articul. 5. quæstio. princi. fol. 46. col. 3. nume. 3. vsque ad finem.

Regula c c x x v i .

D O N A T I O facta per criminosum post crimen contractum, antē sententiam condemnatoriam, valet. Hanc regu. probat tex. post in 1. contractum, ff. de donati. De iure regio probatur in 1. 2. tit. 4. par. 5. & in 1. 5. tit. 11. lib. 3. for. Circa quam regul. vide Bar. in 1. si is qui bonis, ff. de acquiren. hæred. Doct. in 1. ex iudiciorum, ff. de accusa. Salic. in 1. si quis post hac. C. de bon. præscri.

1. Limita primo, quando delinquendi propositum ex pœna suspicione fieret. Ut in 1. si aliquis, in 2. respon. ff. de dona. eau mor. & in 1. in fraudem, ff. de iure fisci. & in 1. sed & si maritus, ff. qui & à quib. in 6. & in 1. quæstum. la j. eod. titu. Circa quam limita. vide norab. ultra Bart. Roma. in d. l. post contractum, nu. 3. vbi notabiliter eam examinat.

2. Limita secundo, quando etiam post delictum ante accusationem

etuationem donauit bona, quæ ipso iure publicata erant. Ut in l. commissa, ff. de publica. & vestiga. & in Auth. incestas C. de incest. nupt. Scribentes l. Imperatores, ff. de iure fisci, & in c. cum secundum, de hæreticis, lib. 6. Facit quod supra dixi in reg. 150. vbi in fine posui 250. casus in quibus confiscatio bonorum fit ipso iure.

3 Limita tertio, quando bonorum administratio ob delictum esset interdicta: vt in crimen læse maiestatis, & reper-tundarum. Ut in l. ex iudiciorum ff. de accusa. & in d.l. quæsitum tradit Bart. in d.l. post contractum, nu. 12. Quod tam non procedit in alienatione necessaria: vt in l. reo, ff. de solu. & in l. alienationes, ff. famil. hercis. & in l. peto, in §. prædium ff. de legat. 2. Quod intelligendum est pro suis alimentis, aduocatis, & scripturis ad eū pertinentibus, ita tenet Bart. in d.l. post contractum, nu. 12, quem sequitur Didacus à Conuarru. in Epitome, de sponsali. in 2. par. cap. 6. §. 8. nume. 9. quem sequitur Hannibal. in repe. l. post contractum, nume. 481. facit quod supra dixi in regula 68. in 10. limitatione.

4 Quarto fallit, quando alienatio esset irreuocabilis, vt actio libertatis facta seruo. Ut in l. qui pœnæ ff. de manumissio. Ita tenet Bart. in d.l. post contractum, nume. 12. & ibi Imol. nume. 4.

5 Quinto fallit, quando post accusationem nō comparet in iudicio: vt in l. si. ff. de acquiren. reis. Ita Bart. in d.l. post contractum, nu. 13. & ibi Roma. nu. 11.

6 Sexto limita, vt per gl. in d.l. lex iudiciorū, quando post item contestatam fieret: quia videtur esse litigiosa. Quæ sententia reprobatur à pluribus: quia non fit litis contestatio criminalis ad rei petitionem, sed ad vindictam, l. quanquam §. Iulianus ff. de aqua pluui. arcē. ita tenet Bart. in d.l. post contractum, nu. 14.

7 Limita septimo, qñ post sententiā condemnatoriam fit. Ut in l. si quis post hac, C. de bon. præscrip. Nisi appellatum sit, quicquid dicat Bart. in d.l. post contractū, nu. 15. nec obstat text. in l. chirographis, in §. 1. ff. de admi. ruto. quia illic fuit prima sententia confirmata per secundam, secundū Imo. in d.l. post contractū, nu. 4. hoc etiā sentit Rom. nu. 14

## D. Petri Duen.

- 8 Limita octavo, non procedere in testamentis. Ut in l. si quis filio ex hereditate, in §. iuritu, ff. de iniust. rupto. Cuius ratio est, quia deficit confirmatio, eo q̄ ante additionem sententia sequuta est. Quod tamen hodie correctum est per tex. in l. 4. Tauri. vbi disponitur, q̄ non solum ante cōdemnationem, verum etiam post condemnationem potest quis testari, de quo vide ibi Castel. in princip. & Docto.
- 9 Nono limita, in donatione causa mortis. Ut in l. si aliquis ff. de donatio. caus. mor. Aliud tamen est in donatione coniugali: vt in l. res vxoris, C. de donatio. inter virum & vxo. Et alia circa hanc regu. vide per Bart. & Docto. in locis supra allegatis.

## INCIPIT LITERA E. REGVLA CCXXVII.



A q̄ uae in testamento adimuntur, ipso iure adempta censentur. Quam reg. probat text. & ibi Barto. nume. 2. in l. si ita sit scriptum, & ibi glo. in verbo, ipso iure, ff. de lega. 1.

Hanc regulam ampliat duobus modis, & limitat tripliciter Vdalric. Zasius in d. l. si ita sit scriptum, à nu. 7. usque ad nu. 14.

### Regula CCXXVIII.

ECCLESIA habet priuilegium, vt pro quoecunq; criminis ab ea quis extrahi non possit. Hanc regu. probat tex. in c. definiuit, cum alijs 17. q. 4. in c. reos, 23. q. 5. in c. inter alia, de immu. ecclie. De iure Regio est text. in l. 2. titu. 11. part. 5. Circa quam regu. vide Ioan. de Visquis in rep. d. c. definiuit, quæ posita est per modum tractatus, in 2. volu. tractat. diuersorum. Doc. Didacus à Couarru. in lib. 2. variarum Resolut. c. 20. Ioan. Igne. in l. 1. nu. 4. cum alijs, ff. ad Syllania. Petr. Rebuff. in gl. ad constit. Regias Gallie, in 2. par. in tract. de immu. ecclie. per totum. Nico. Boe. in decis. 109. Guliel. Maine. in reg. nemo de domo, ff. de reg. iur. Ias.

in l. pleriq; ff. de in ius vocan. Hanc regulam amplia quinque & viginti modis. Remig. de Conny. in tract. de immu. ecclæ si. a pag. 14. vsq; ad pag. 100. & à pag. 101. vsque ad pag. 209. limitat eam 39. modis. Et circa hanc regu. vltra Aluarum Pelargum in lib. 1. de planctu ecclesiæ, artic. 66. cum seq. vide 8. priuilegia ecclesiæ per Catel. Cottam, in Memorali. iuris, in verbo, ecclesia. Et viginti priuilegia ponit Guliel. Luueranus in arbore iurisdictionum, nu. 15. Et triginta septem priuilegia ecclesiæ & dotium, cum 30. illustrationibus, ponit notabi. Cæsar Lamberti. in tract. iuris patrona. in articu. 8. q. principalis, lib. 1. à nu. 1. vsque ad nu. 6. fol. 35. col. 3. Quæ 37. priuilegia ante eum posuit Pau. de Citadinis in tracta. iuris patrona. in 3. par. quest. 12. secundæ cause, per totum.

Additio. vide d. Hierony. Giga. in tractat. crimi. lxxviii maiest. lib. 1. Rub. qualiter & à quibus, q. 10. vbi hanc Reg. limitat 6. modis.

## Regula cccc xix.

**ECCLESIA** fundata, cōstruncta, & dotata, post fundationem, cōstructionem, seu etiam post consecrationē, non potest acquiri in ea ius patronatus: quia cū sit libera non pot recipere seruitutes. Hanc regu. ponit glo. 1. in c. piz mentis, circa medium, in vers. si quis autē post consecrationem 16. q. 7. & ibi Docto. & Inno. in rubr. num. 2. de iure patro. vbi dicit dantem aliquid ecclesiæ, post consecrationē eius non dici patronatum, sed bene factorē, quem sequitur Io. And. in c. 1. de iure patro. lib. 6. Card. in d. rubr. q. 6. & cons. 82. Arehi. in c. filius 16. q. 7. Abb. in c. quoniam, num. 9. de iure patrona. & in consil. 28. nu. 1. & in consil. 106. nu. 2. & latissimè in consil. 59. nu. 3. volu. 2. Ange. in summa, in verbo, ius patronatus §. 4. Feli. in c. cum venerabilis. nu. 37. ad medium, de exceptio. & ita exprefſe concludit Lamberti. per plura, in tract. iuris patrona. in 1. lib. q. 6. primæ partis princi. nu. 1. cum seq. fol. 47. col. 4.

Hanc regu. ampliat tripliciter, & limitat 3. modis, vbi has ampl. & limi. sublimitat & declarat Cæsar Lamberti. in tract. iuris patro. in 1. par. 1. lib. in 8. artic. 6. q. prin. nu. 4. per totum, fol. 56. col. 4.

D. Petri Duen.

Regula c c x x x .

ctor. per Rubr. ff. quod quisque iuris, & per cap. cum om-  
nes, de constitutu.

Hanc regulam ponit Bernar. de Loco in regula 242. vbi  
limitat eam duobus modis. Eandem regulam limitat du-  
pliciter Philipp. Deci. in d. §. de adulter. nume. 103. & alijs  
duobus modis Roma. in consil. 325. nu. 10. Eandem item re-  
gulam cum sex ampliationibus & duabus limitationibus,  
vbi notabiliter eam examinat, ponit Henricus Botthæus  
in tractatu de synodo episcopi, arti. 4. nu. 1. cū sequētibus.

Regula C C X L V I I .

E P I S C O P V S in quibus casibus dispensare possit. VI..  
tra Innoc. in c. dilectus filius, de tempo. ordi. vide 113. ca-  
sus, quos ponit Aluarus Pelargus in lib. 1. de planctu ecclē-  
siae, artic. 50. & ibi in fi. vers. prohibetur, ponit casus in qui-  
bus episcopus dispensare non potest. Et 136. casus in qui-  
bus episcopus potest dispensare, ponit Bertachi. in tract. de  
episcopo, in 2. par. 4. lib. nu. 107. Et 163. casus in quibus epi-  
scopus dispensare potest ponit notab. Specul. in tit. de di-  
spensatione in §. nunc de episcoporum. à nu. 1. usque ad nu.  
22. & ibi etiam usque ad finem casus, à nume. 25. in qui-  
bus episcopus dispensare non potest.

Regula C C X L V I I .

E P I S C O P V S , vel legatus non possunt dispensare co-  
tra Concilium. Hanc reg. probat glos. in c. dilectus, el. j. de  
præben. in verbo , cum se facultas, gloss. & ibi Docto. in c.  
cum dilectus, in verb. in zestate. de electio. & in clemen. i. in  
verbo, eligatur, de electio. & in c. dilectus, de tempo. ordi.  
& ibi Innoc. in c. i. & in c. i. de fili. præsb. Ioan. de Ana. in c.  
cum diœcesi. de usur. Archidiaco. in c. sicut, 15. distinc. & in  
summa 56. distin. & in c. virgines, 27. questio. i. late Ioann.  
And.

Andr. in c. 1. super glo. in uerbo, concessum, de supplen. neglig. præla. Specula. in tit. de dispensatione, in §. nunc de episcoporum, nu. 27. Ludoui. Roma. in cons. 325. nu. 7. Anto. Doct. in c. at si clerici, in §. de adulterijs, & ibi Felin. nu. 5. de iudic. & Philippus Dec. nu. 37. Henricus Bothenus in tracta. de synodo episcopi, arti. 1. conclusio. 3. nu. 6.

1. Limita primo, nisi de mandato Papæ expresso & specia-  
li. quia tunc valeret eius dispensatio vel constitutio, etiam  
si esset cōtra cōcilium. Pro quo facit quod notabiliter tra-  
dit Anto. de Butr. in cap. pen. de fili. præsby. lib. 6. vbi dicit  
quod illud quod legatus de latere ex speciali commissio-  
ne Papæ facit non tam factum legati, quam Papæ dicitur,  
secus s̄ ex generali. Pro qua opinione est gloss. in c. literis,  
in glo. 2. in fi. de rescript. facit tex. in c. si Apostoliceq; de præ-  
ben. lib. 6. quod ita tenent Docto. in c. quod translationem,  
de offic. lega.

2. Limita secundo, non habere locum quandocunque ades-  
set magna causa: scilicet necessitatis, uel utilitatis. Ita te-  
net Abb. in d. §. de adulterijs, nu. 9. Lamberti. in tract. iuris  
patro. in 1. par. 2. lib. in 19. articu. 7. q. princ. nume. 2. fo. 222  
col. 3. idem Abb. in cap. cum dilectus, de electio. allegat ad  
hoc decis. Rotæ. 262. in nou. secundum impress. antiq. secun-  
dum nouam decision. 5. in titul. de iure patrona. allegat e-  
tiam text. in c. tali. & in c. exigunt. 1. q. 7. & in c. exposuisti,  
de præben. idem Abb. in c. dilectus, & in c. fina. de fili. præ-  
sbite. & ibi cæteri docto. qui dicunt, quod licet alias episco-  
pus non dispensem, quod filius sacerdotis succedat in ecclæ-  
sia paterna, illud est verum nisi vbi subesset necessitas vel  
utilitas ecclesiæ? Eandem limitationem posuit Bald. in l.  
omnes populi, ff. de iusti. & iur. vbi dicit, quod episcopus  
ex magna causa potest dispensare contra canones. Nicol.  
Mile. in Repert. in verbo. dispensare potest episcopus, vbi  
allegat supra dictam decisionem, ad quam se remittit ad  
cognoscendum quæ sint magnæ causæ. Specu. in titul. de  
dispensati. in §. nunc de episcoporum, nume. 30. in fin.  
Catellia. Cotta in Memo. in verb. episcopus. Roma. in  
d. consil. 325. Feli. in cap. 1. in 7. fallen. de constit. Hanc e-  
tiam limitationem ponit Roma. in sing. 92. allegant supra

di & Doct. & Ias. in l. nemo potest, nu. 8. in 1. leet. ff. de leg. 1. tex. in l. si hominem, ff. mandati. Quain limitationem in- zelligo veram, vbi de facili superiori consuli non possit, a- lias secus, per l. diui fratres, ff. de pœn. & per l. Diuus Pius Claudi. ff. de fals. facit quod notat Inno. in c. venerabilem de elect. Bal. in l. non dubium, C. de legi. Pro qua opinione est tex. in c. i. de cleri. ægrotia. lib. 6. vbi ratione distantię lo- corum conceditur episcopo indigenti coadiutore, sibi assu- mere vnum vel duos de consensu, & consilio sui capituli, vel maioris partis, absque hoc quod ueniat ad sedem apo- stolicam: ad quam alias venire tenetur: vt ibi dicit text. ad idem etiam tex. in c. i. ne sede uacan. lib. 6. vbi si episcopus esset in remotis, non expectatur eius consilium: quod a- lias requiritur & expectatur. Et hanc limit. cum supra di- cto intellectu sentit Aret. in d. §. de adulter. nu. 20. allegat ad hoc tex. in c. nihil, de elect. quod notant Doct. in c. licet ex suspecto, de foro compe. Catell. Cotta hoc tenet in Me- moria. iuris: in verb. episcopus, cl. j.

Contra quam limitationem facit, quod notat Ioan. An- dræas, & Petrus de Ancharen. in c. i. de ætate & qualita. li- bro 6. & ibi Domini. de sancto Geminio. qui impugnantes Archidiacono. ibi, & cap. licet canon de elect. libr. 6. volunt, quod episcopus etiam ex magna, necessaria, & utile causa, & etiam cum cause cognitione non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curati propter Concilium generale, c. cum in cunctis, in §. inferiora, de electionib. cū qua opinione transit Philippus Franc. in d. capitu. i. & li- cet pro opinione Archidiaconi multa possent adduci quæ ipse ponit in d. capitulo. licet canon. & eum eo sit Hostiens. in capit. cum dilectus, de electio. tamen contra Archidia- conum est communis opinio secundum Domin. de Sancto Geminiano in d. c. licet canon, nume. 7. in finalibus verbis. Eandem opinionem contra Archidiaconum tenet Ioann. Monacus, in capitul. cupientes, in nume. 124. de elect. libr. 6. & communiter doctores in d. cap. cum dilectus, de elec- tio. quæ opinio aperte destruit hæc limitationem. In quo est notandum quod in casu Ioannes Andræa, & aliorum Doctor. contra Archidiacono. non conceditur dispensatio, etiam

etiam ex magna necessaria; & utili causa: quia concilium generale prohibet episcopis & ponit contra facientes: ut patet in d. capitulo cum in cunctis, in §. clericorum, de electio. & in l. 26. tit. 5. par. 1. & ideo hæc opinio non conuenit huic limitationi, quæ est quando concilium vel permittit dispensare, vel quando loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo dispensationem, nec imponendo alii quam poenam: quia ubi imponit poenam, restringitur dicta limitatio.

3 Tertio limita, nisi canon concilij esset canon penitentiarum: quia cum penitentiae sint arbitriæ, c. Deus qui, & c. quæsumus de penitentia. & remissione mensuram, & ibi glossa de penitentia dist. 1. & c. tempora. 26. q. 7. glossa in c. sunt plures, de penitentia dist. 3. poterit episcopus in tali canone dispensare. Ut in c. quem penitet de penitentia dist. 1. glo. & doct. in d. §. de adulterijs. Ex quo notab. glo. i. in d. cap. tempora plenitudinis, & in d. c. latorem, in gl. fi. 33. q. 2. dicunt, quod episcopus ex causa potest diminuere penitentiam quam in duxit Papa, sequitur Roma. ubi dicit ita contigisse defacto in persona Cardinalis de Ursinis, qui erat summus penitentiarius, in sing. 460. Hippol. in sing. 182. Ias. in l. omnes populi in 1. lectu. nu. fin. & in 2. lectu. nu. 13. ff. de iustit. & iur. Quod tamē intelligo uerum, nisi casus de se esset reseruatus Papæ: per notata in c. quod translationem, de officio delegata. & in d. §. de adulterijs. Et qui sint isti casus penitentiales reseruati Papæ, habetur in c. 2. de penitentia. & remissione. libro 6. & per Hostien. in summa, eo. tit. in §. 2.

4 Quarto limita, non habere locum in casu posito per Fe lin. in cap. 1. nume. 5. de sponsa. ubi adducit quamplures rationes pro sua opinione. Quæ omnes uidetur ridiculæ, & sic ipse non firmat pedem, cum illa limitatio non uideatur vera: & in contrarium allegat glossa in cle. 1. in ver. eligatur, de electio.

Restringe tamen has limitationes nisi canon concilij poenam indicaret, quæ non possit imponi nisi per Papam. Exemplum in depositione episcopi: ut in c. quāvis: & in c. multum, & in c. dudum, 3. q. 6. nam sicut solus Papa potest deponere, ita uidetur conuenies, quod solus Papa possit di

D. Petri Duen.

spensare. Ita tenet Host. & ibi Ant. de Butr. vbi hoc declarat. in vlti. col. in c. 1. de biga. Aret. in d. 5. de adulterijs. nu. 14. Quod videtur verum quando quis non potest impone-re pœnam ex defectu potestatis: secus si ex priuilegio per-sonæ: quia tunc videtur quod poslit dispensare ob cessantē rationem, ita Anto. de Butr. vbi supra, quia tali casu qui nō potest condeinnare, potest absoluere: vt est tex. Bar. & Bal. in l. f. C. vbi senato. vel claris. ne illud quod inductum est in fauorem, retorqueatur in odium, ita tenet Deci. in d. 5. de adulterijs. nu. 39. Restringe secundo nisi essemus in casi-bus tantum Papæ reseruatis: iuxta notata in c. quod translationem, de offi. dele. & in c. sicut vnire. de excessi. præla. ita tenet Spe. in titu. de dispensatione, in §. nunc breuiter, quia in his se non intromittit alius inferior, nisi ex specia-li commissione Papæ, d. c. quod translationem.

Regula C C X L I X.

EPISCOPVS non potest facere statuta in præiudiciū alio-rum inferiorum. Hanc reg. probat tex. in c. vestrā. de locat. ybi probatur non valere statutum episcopi, per quod pro-hibet locationem decimaru fieri in sua diœcesi. & ibi om-nes docto. ponunt hanc conclusionem, præcipue Abb. nu. 2. & 6. post gl. idem Abb. in c. 1. in 1. notab. de institutio. & in c. fina. de ferijs. nu. 5. & in c. cum dilectus de consuetu. nu. 10. Archi. in c. 1. de consecra. distinc. 5. nu. 9. & ibi Card. de Turre Cremata. Henri. Bobic. in c. à nobis. el j. nu. 3. de sen-tent. exco. Domi. & ibi Card. Alex. nu. 3. in summa. 18. disti. Roma. in cons. 428. nu. 3. Philip. Fran. in c. fin. §. fi. de appell. lib. 6. Ioan. de Imo. in c. cum ecclesiistarum. nu. 16. Feli. in c. quod super his nu. 7. in fi. de maiori. & obedien. Ioan. Fa-ber in §. sed quod princi. Insti. de iure natural. Bar. Soci. in cons. 272. nu. 8. vers. confirmantur præmissa vol. 2.

Hanc regu. cū vnica ampliatione, & quatuor limitatio-nibus ponit, vbi etiam assignat rationem huius regu. Héri. Bothœus in trac. de synodo episcopi, in art. 1. conclu. nu. 19.

Regula C C L .

EPISCOPVS non potest facere statuta contra ius canonii-eum. Quam regulam probat tex. in c. institutionis 25. q. 2. & in c. licet, ibi, quod regulare fuit, de offi. ord. & in c. quod super

Super his, de maiori. & obedien. in c. cum inferiori. eo. titu.  
 . Facit tex. in l. formam C. de offic. præse. prætor. & in l. hæc  
 necessaria. de novo codice compon. in l. ille à quo in §. tem  
 pestium ff. ad Trebell. in l. nam & magistratus, ff. de arbit.  
 Not. Host. in c. s. in s. de offic. Archid. quem ibi sequuntur  
 Card. Joan. And. & Anto. de But. Henr. Bohic in c. à nobis  
 el. j. nu. 3. de senten. excom. Abb. in c. cum dilectus, nu. 10.  
 de consue. & in d. c. quod super his, & ibi Feli. nume. 2. ad  
 quem se remittit Christo. Ia. in lib. suo de concilio, arti. 2.  
 lib. 2. pag. 81. colum. 1. in s. Calde. in consi. 5. in titu. de con  
 stitut. Cardi. in Clem. 1. in §. fina. de rebus eccl. non alien.  
 Alberi. in 1. parte statuto. quest. 6. & in l. formam, C. de of  
 fice. præse. preto. Ias. in l. omnes populi, in 2. lectu. nu. 11. ff.  
 de iusti. & iu. Pau. Pari. consi. 27. nu. 59. lib. 2. Barb. in consi.  
 21. colum. 7. versic. sed istis non obstantibus, volu. 3. Iacob.  
 de S. Georg. in l. 1. in 1. lect. nu. 5. ff. quod quisque, iu. Alex.  
 vbi dicit ita communiter teneri, in d. l. 1. ff. quod quisque  
 iur. idem in consi. 116. nume. 2. lib. 2. Ioann. Faber in §. sed  
 quod principi. Instit. de iure nat. Ange. Are. in §. ius ciuile,  
 col. 3. insti. eod. titu.

Hanc regulam cum 8. limitationibus, vbi notab. cā ex  
 minat ponit Feli. in c. quod super his, de maiori. & obedien.  
 nume. 2. cum sequen. Eandem regulam, vbi assignat 8. ratio  
 nes ad eam cum 6. ampliationib. & 8. limitationibus, & cū  
 25. illationib. & notab. eam examinat, ponit Henric. Both.  
 in tracta. de synodo episcopi, in 8. conclusio. 1. artic. à. nu.  
 36. vsque ad nume. 90.

## Regula CCL.

EPISCOPVS statuendo potest adiuuare ius commune,  
 scilicet apponendo pœnam vbi ius non imponit, vel aggra  
 uando pœnam à iure impositam: vt in c. innotuit, & ibi An  
 to. de Butr. & Panor. de eo qui furti. ordi. suscep. & in c. 2. in  
 §. statutum. de consti. lib. 6. glo. in Clem. ne Romani. in ver  
 bo, tolli. de electio. quam omnes doct. ibi sequuntur. Ita tē  
 net Panor. in c. cum dilectus, nu. 10. de consuetu. & in cap.  
 cum consuetudinis nume. 5. eod. titu. & in c. nemini, nume.  
 6. de offic. legati. & in c. licet nu. 1. de offi. ordina. & in c. ex  
 frequentibus nume. 5. de institutio. & in c. à nobis el. j. in 11

D. Petri Duen.

notab. vbi bonus tex. de senten. excom. Hostien. Ioann. Andræ. Cardinal. & Anton. de Butrio in d. cap. fina. de officio. Archipres. Anchara. in cap. primo quæst. 11. de constitu. in repeti. & in consil. 425. incip. viso & diligenter, col. fin. Bal. in rubrica de constitu. col. 2. vbi dicit hoc ideo esse, quia episcopus habet merum imperium, & in l. omnes populi ff. de iustit. & iure, & in l. programmata. colu. 1. C. quo minatio, uel epist. Inno. in cap. ex tuæ, de cleric. non residen. Hostien. in cap. ex parte, el 111. de uerb. signifi. Paul. Castren. in l. non est nouum, ff. de legi. Geminia. & Præposi. in summa 18. distin. & in cap. mancipia. in prin. 54. distinct. Ioann. Faber in §. sed quod principi. institu. de iure natura. Angel. in §. ius cuiuslibet. col. 3. institu. eod. titu. Roma. in consil. 429. pume. 7. Alexand. in consil. 55. nu. 15. col. 14. in fine volum. 4. Felin. vbi plura allegat, in cap. quod super his nume. 9. de maiori. & obedien. Rochus de Curte in tracta. de cōsūtud. nume. 178. Ratio huius regulæ est, quia pœnam apponere statutis, dependet à iurisdictione, ita tenet Abb. id capit. quæ in ecclesiastum numero 6. in fin. de constitut. & ibi Philip. Dec. 37. Felin. in cap. irrefragabili in §. ceterum, col. 2. uersiq. limitat tertio, de officio ordin. sed episcopus habet iurisdictionem, imo merum imperium, c. si quis episcopus quæstio. 8. & ibi glossi. 1. text. in d. c. de persona. 11. quæst. 1. notant docto. in c. cum contingat, de foro compre. Bal. & docto. vbi Iaso. nume. 18. in l. imperium, ff. de iurisdictione omn. iudi.

Hanc regulam ponit Henric. Bothæus in tracta. synodo episcopi, in primo articulo, conclusio. 13. à nu. 106. usque ad nu. 135. cum octo amplia. & 4. limitation. & à num. 135. usque ad numero 236. infert 15. illationes, ex supradicta regula.

Regula CCLII.

Episcopus aliquem excommunicatus in statutis suis, si absolutionem sibi non reseruauit, alter quam ipse vel inferior absoluere potest. Hanc regulam ponunt Ioan. Andræ. imo & Panormita. in cap. graue. in fine, de præben. per tex. in capitulo nuper, de senten. excommu. vbi hoc tenet Henricus Bohic in ultima distinctione, & Abbas, in quinto notab.

notab. Feli.col.2.versic. nota text. optimum, Panor. in cap.  
 pastoralis, in §. præterea, nu. 1. de offi. ordi. & ibi Feli. nu. 9.  
 in 1. fallen. & in cap. prudentiæ, in §. fi. num. 19. in 1. fallen.  
 de offi. deleg. Petrus de Palude in 4. sententiarum. distin. 8  
 q. 5. articu. 1. col. 1. Ange. de Claua in summa, in verbo, ab-  
 solutio, el j. in §. 1. Syluester in summa in verbo, absolu-  
 tio. el j. colum. 6. versicu. absolutio ab excommunicatio-  
 ne statutorum. Facit quod scribit Archidia. in summa  
 18. distinctio. in finalibus verbis, & ibi Geminia. & Præ-  
 posi. dicens, quod à sententijs latis per consilia prouincia-  
 lia possunt suffraganei absoluere, quod etiam tenet Col-  
 lectarius in c. graue, nume. 12. de præbend. Et non solum  
 absoluere possunt ipsi suffraganei, sed etiā sacerdotes sui,  
 ita tenet Præpos. Alex. per illum tex. in cap. si quis autem,  
 in 2. notab. 18. distinct. vbi ponit aliquos casus, in quibus  
 non procedit. Facit etiam pro hac conclusione text. in c.  
 suffraganeis, de institutio. & ibi Panormi. in vltimo notab.  
 notat Ioan. de Imol. in d. c. graue nume. 16. Ratio huius  
 regulæ est, quia statuta episcopi interpretantur secundum  
 ius commune, vt tenet Abb. in c. causam quæ nume. 6. & ibi  
 notab. Dec. nume. 22. de rescript. post Bart. in l. 1. ff. ad leg.  
 Falcid. idem Panor. in c. ex parte el iij. num. 3. de verbo. si-  
 gni. Sed ius commune disponit, quod quando conditor sibi  
 non reseruat absolutionem, videtur alijs concedere, d. c.  
 nuper, & sic eam interpretationem debent pati statuta epi-  
 scopi, cum prædictum c. nuper, non distinguat. Hanc ra-  
 tionem assignat Dominicus de Sancto Gemin. in summa  
 17. distinct. in fin. verbis.

Hanc regulam ampliat vno modo, & limitat sex modis  
 Henric. Bothenus in tracta. de synodo episcopi, articu. 5. in  
 unica conclusione, quam ibi facit, à nu. 1. vsque ad finem.

Regula CCLIII.

EPISCOPVS non potest apponere generale interdi-  
 citu in sua diœcesi contra subditos suos denegantes ei cha-  
 ritatiu subsidiu, dato q. possit eos excommunicare. Hanc  
 regu. ponit Bartholo. de Belenc. in tractatu de charitati-  
 uo subsidio, q. 25. nume. 1. pro quo est tex. in extraug. Bo-  
 nifacij octauj. incipien. prouide attendentes, in tit. de sen-

## D. Petri Duen.

ten.excom.in communibus,vbi dicit,quod idem est in collectore Papa exigente decimā beneficiorum, quia pro nullo pecuniario commodo potest apponi generale interdictum ita tenet Io.And.Dom.i.Philip.Fran.& alij docto.in c.præsenti,de senten.excom.lib.6.Ioan.Calder.in tract.de interdictio.in 1.par.nu.17.

2. Limita primo, non habere locum in interdicto speciali, scilicet in certa ecclesia:nam episcopus potest illud apponere, propter denegatum subsidium,quia extrauagans prædicta non habet locum in speciali interdicto, sed in generali . Ita Io.And.Dom.i.& alij docto.in c.præsenti,de senten.excom.lib.6.Calde.vbi supra,Feli.in c.sane,el ij.nu.3. de offi.deleg Steph.Aufred.in tract.de potestate ecclesiæ, super laicos,nume.8. versi.10. potest episcopus, Bartholo. Belen.in d.tract.q.35.nu.2.
2. Limita secundo , nisi subditi denegante soluere subsidium,prius fuissent propter hoc ab episcopo excommunicati, quoniam si perseverent in contumacia, non obstante excōicatione, episcopus poterit apponere generale interdictum.nec obstat dicta extrauagans quæ loquitur quando directe immediate apponitur generale interdictum pro commodo pecuniario , hoc autem casu apponitur potius propter contumaciam,& solutio subsidij non est causa immediata, sed mediata & remota . Ita notab.concludit Ioan. Calde.in conf.8.incip.episcopus interdicit eccl. in tit.de senten.excommu.vbi dicit hoc esse verissimum,& ita debet intelligi dictam extrauagantē:sequitur Bartlio. de Bellencinis in d.q.25. nu. 4. Remigius de Conny.in tracta. de charitatuo subsidio,q.12.pag.67.

### Regula ccl i i i.

EPISCOPVS non potest de ecclesijs patronatis & earum bonis disponere aliter,quam se habet status ipsarum ecclesiarum , sine consensu patroni . Quæ regula probatur per glo.in cap.nobis, §.cæterum, in verbo, in capella. ver. sed his non obstantibus,de iure patrona. allegat ad glo.tex.in c.monasterium, & seq.16. q.7. vbi dicitur, episcopum non posse auferre ecclesiam à dispositione patroni , & sic eo inuito collegiata non potest fieri, sicut eo inuito non potest

## Regulæ utriusq; iuris selectæ. 181

test ei auferri directe ius præsentandi, c. de eernimus, 17. q.  
7. & c. cum dilectus, de iure patrona. & ita expresse con-  
cludit Lamberti. in tracta. iuris patrona. in 6. q. princip. 3.  
lib. nume. 2. fol. 403. col. 4.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limitat uno mo-  
do Lamber. in d. tracta. in 10. artic. 6. q. prin. 3. lib. nume. 1.  
fol. 406. col. 4. in fin.

### Regula CCLV.

ERROR iuris non inducit bonam fidem, sed potius  
malam in usucapione vel præscriptione longi temporis.  
Hanc regulam probat text. in l. nunquam in usucapio. in  
princip. ff. de usucap. vbi expresse illum text. ad hoc notat  
Paul. de Castr. probatur etiam per text. in l. si fur. in §. 1. ff.  
eo. titu. & in l. irritam, & ibi Bal. C. de usucap. pro dona. Ita  
tenet Panor. in c. de quarta, de præscrip. & in c. dudum, in  
4. nota. de decim. Card. in cleni. 2. in §. si quis, col. hn. in 11.  
q. de rebus eccles. non alienan. idem Abb. in c. cum dilec-  
tus, nume. 7. de consue. Soci. in consi. 33. nume. 10. volu. 4.  
Quam regulam ponit etiam glo. Bar. & docto. in l. Celsus,  
ff. de usucapio. Et circa hanc regulam vide nota. Paris. ia  
consi. 66. nu. 120. cum seq. volu. 1. Thom. Gram. in decisi. 79.  
nume. 4. cum sequent. Mainerium in l. non est nouum, in §.  
quoties, nu. 10. ff. de regu. iur.

Hanc regulam ponit Bernar. de Luco, in regu. 570, cum  
§. limita. referendo se ad Feli. qui eam ponit in c. de qua-  
rta, à nu. 26. vsque ad nu. 38. de præscrip. Eadem regulam  
etiam cum eisdem §. limita. ponit Clau. de Seyfello in d.  
l. Celsus, à nu. 7. vsque ad nume. 11. ff. de usu. Præterea hanc  
regulam limitat sex modis, vbi notabiliter eius materiam  
examinat Francisc. Balbus, in repe. d. l. Celsus, in 1. par. in 4.  
notab. nu. 17. cum seq. ff. de usucap.

### Regula CCLVI.

ERROR in nomine proprio non vitiat, si de corpore  
constet. Hanc regulam probat text. in l. si quis in fundi  
vocabulo, ff. de lega. 1. & in l. quoties, in princip. ff. de herc.  
insti. in l. si fortidianum, C. de lega, in §. si quis in nomine.  
insti. de lega. & in l. si in nomine, C. de testa. De iure regio  
probatur l. 9. & in l. 28. in medio, titu. 9. par. 6. Circa quam  
regu-

regulam vide Felin. in c. significante, nume. 5. de rescript. Deci. notabiliter in l. si librarius, ff. de regulis iur. Ruin. in consi. 115. nume. 14. volu. 5. Bart. in l. qui extrinsecus, ff. de verb. obliga. Hippo. in singu. 144.

Hanc regulam limitat duobus modis Soci. in regu. 119. Eandem limitat, uno modo Gerar. de Petra Sancta, in singu. 90. Eandem item limitat tribus modis Guliel. Pontanus, in d.l. si quis in fundi vocabulo, nume. 1. Eandem regulam cum octo ampliationibus, & tribus limitationibus, ponit ibi Ripa, nume. 1. cum sequen. Eandem regulam limitat quinque modis Ias. in l. si in nomine, nu. 1. cum sequen. C. de testamen. Eandem regulam limitat 4. modis Porcus in §. si quis in nomine, nume. 10. institu. de lega. & uno modo ut per Ias. ibi in addi.

### Regula CCLVI.

• E R R O R impedit prorogationem iudicis. Hanc regulam probat text. in l. 2. ff. de iudi. & in l. si per errorem, ff. de iurisd. om. iudic. text. & ibi doct. in c. significantibus, de offic. & potesta. iudi. delega.

Hanc regulam limitat uno modo Iacobinus de Sancto Geor. in d.l. 2. nu. 9. Eandem regulam cum 4. ampliationibus & 6. limitat. ponit Ias. in l. si per errorem nu. 9. cum sequen. ff. de iur. om. iudi. Eandem regulam cum septem ampliatio. & quatuor limitationibus ponit Vdalricus Zafius in d.l. per errorem, à nu. 6. vsque ad nu. 20.

### Regula CCLVII.

A E T A S vbi est fundamētum intentionis alicuius, siue sit actor siue reus, ille debet eam probare. Hanc regulam probat tex. in l. cum te, C. de probatio. & in l. si minorem, de in integrum restitu. mino. & in l. cum de ætate, ff. de probatio. & ibi Iacobinus de Sancto Georg. Circa quam regulam vide Bart. notabi. in consi. 90. & in repe. l. de ætate, nume. 12. ff. de mino. Ancha. in c. accessit. nu. 1. cum sequen. de despensa. impu. Iacobi de S. Georg. in d.l. si minorem, nu. 2. Io. Oldendor. in tracta. de probatio. c. si. in regula 34. Alciat. in tracta. præsump. in 3. regula, præsumptione 3. nu. 2. Petrum de Vnzola in practica artis notariatus, in cap. ah de contractibus suis teneatur pubes respondere nu.

nu. 22. notab. Ioan. Mauritium in tracta de restitu. in integrum, c. 315. cum 8. sequentibus. Quæ regula probatur de iure Regio in l. 4. titu. 14. parte 3.

1. Hanc regulam limitat quatuor modis, vbi notabiliter eam declarat Alciat. in tracta. præsumptionum in 2. regula, præsumptione 14. nu. 1. cum sequen.

Regula CCLIX.

AETAS, seu fragilitas ætatis, seu imprudentia excusat in pœnalisibus. Quam regu. probat text. in l. 1. & 2. C. si aduersus delictum, & in l. 1. C. de falsa moneta, & in l. 2. ff. de termino moto. in l. ferre, ff. de regu. iur. in clemen. si furiosus, de homic. glo. quæ allegat quam plures concordantes, in d. l. ferre. De iure Regio probatur in l. 9. titu. 1. & in l. 17. titu. 14. & in l. 8. titu. 31. parte 7. & l. 15. titu. 1. parte 1. & in l. 4. titu. 19. parte 6

1. Amplia primo, adeo procedere prædictam reg. vt talis minor non possit pro debito incarcерari. Ita tenet Bal. in l. 1. nu. 24. C. qui bonis cedere poss. quem sequitur Iaco. de Sancto Geor. in l. nec impuberem, nu. 3. ff. de in ius uocan. Chafia. in consuetu. Burg. in titu. [des rentes] Rubr. 5. §. 2. nu. 14. fol. 106. col. 4. pro qua opinio. est glo. in l. 3. in §. sed vtrum ff. de mino. & ita tenet Aug. in repe. l. nemo carcerē C. de exact. tribut. lib. 10. Rom. in cons. 120. nu. 4.

Contra quā glo. tenet expresse Bar. in tract. de carceribus, nu. 6. vbi dicit quod supradicta gl. communiter reprobat. idem Bar. in l. si filio, la ij. ff. solu. matri. Doct. in l. filius ff. de procu. Bal. post Cinum in l. alio C. quod cum eo. Hypo. in sua practica criminali, in §. attingā, nu. 69. & ita communiter teneri firmat Io. Baptista Caccialupus in tracta. de debitore suspecto & fugitiuo, q. 5. nu. 9. & ibi Io. Baptista in d. nu. 8. dicit supra dictā op. gl. in d. §. sed vtrum habere locum & posse saluari quando cunque minor est filius familias: nam tunc non pot pro debito carcerari. Quæ sequitur Baristi. in hoc, cons. 94. nu. 41. uolu. 1.

2. Amplia secundo, habere locum in infante: nam infans penitus excusat delicto etiam si dolum commiserit. Ut in l. infans, ff. ad l. Corne. de sica. in d. l. 1. C. de falsa mone. & in d. cle. vnica, de homic. notatur per Doct. in c. 2. de delictis

## D. Petri Duen.

licitis pue. De iure regio probatur, in l. 4. titu. 19. parte 6. & in l. 9. tit. 1. par. 7. & in alijs iuribus supra allegatis. Et quis proprius dicitur infans, gl. 3. in d. cle. si furiosus, dicit, quod ille qui est minor septennio. probatur per tex. in l. si infant. C. de iure deli. in c. 1. de desp. impu. lib. 6. idem videot tenere glo. in c. 1. in verbo. infant. 3 1. q. 2. dicit tamen ibi, quod potest cap. pro maiori septennio, secundum subiectam materiam, ad quod facit tex. & ibi glo. in c. 1. 2 8. distinct.

Et circa hanc ampliationem & regulam, quae differentia sit inter infantem, puerum, adolescentem, puberem, iuuenem, & senem, & similes, ultra Doct. in l. si infant. C. de iure deliber. & doct. in Rub. de delictis puerorum, est glos. notabilis, quae enumerat supra dictas etates, in proœmio 6. in verbo, perfectus quam glo. ultra Chassanx, in consuetu. Burg. t1. [Des enfans.] Rubr. 6. §. 4. fol. 2 1 6. col. 4. nume. 15. sequitur Ioann. Oldendorpius in tracta. de us. cap. e. de etate hominis, & earum temporib. nu. 1. cum seq. vbi notabiliter hoc declarat fol. 8. col. 2. in 8. volum. tract. eandem glo. sequitur Grammaticus in decisio. 34. nume. 2. cum seq. Ioan. Corasius. in l. precibus, nn. 19. C. de impuerum & alijs substi. Ioan. Montolinus in suo Promptuario caris, in verbo. etas. Nicol. Bello. in Rubr. Institu. quibus modis re contrahitur obligatio. nu. 25. & est similis glo. in l. 1. in §. pueritiam, ff. de postu. Hippol. in l. infans. nume. 6. ff. de sacerdatis, sequitur eas.

3 Amplia tertio, habere locum in furioso. Ratio est, non illud quod à furioso fit, perinde reputatur ac si casu contingere sine facto hominis. Ut in l. fi. in fin. ff. de admini. tu. to. & in l. sed & si quecunque in §. 2. ff. ad legem Aquiliam, vbi dicitur, quod illud quod fit à furioso, perinde est ac si à quadrupede vel regula per se cadente factum esset, cum factis furiosus dicatur puniri suo furore, ut in l. diuus, ff. de offic. præsid. in l. penul. §. fina. ff. ad legem Cornel. de paricid. Probatur de iure Regio in l. 9. titu. 1. parte 7. & in l. 15. titu. 1. part. 1. facit quod notat Bal. in l. humanitatis. C. de impuer. et alijs, vbi tenet, quod furiosus habetur pro mortuo, & mortuus non potest corporaliter puniri, ut tenet Cinus in l. 2. C. qui testament. facere pos. Quod tamen intelli-

go verum quandounque furiosus continuo furore labo-  
rat: sed si habebat dilucida interualla, requiritur quod de-  
lictū sit cōmissum tpe dementiæ, ad hoc vt supra dicta am-  
pliatio locū habeat, ita cōcludūt supra dictę leges Regni.

Quam amplia. intelligo non habere locum in furioso,  
qui commisit maximum & atrocissimum delictum: nā hoc  
casu credo posse puniri non obstante furore. Ad quod dicē  
dum moueor. ex not. doctr. Inno. in c. 1. de constitu. vbi di-  
xit, quod propter atrocitatē delicti licitum est iura trās-  
gredi. sequuntur ibi Docto. Cano. & Docto. Legistæ in plu-  
ribus locis quos congerit Hyppo. in l. vnius. in §. cognitu-  
rum, nu. 70. ff. de q. Ias. in l. cum seruus, nu. 7. ff. de cond. cau.  
data cau. non sequuta. Pro qua opt. est text. in c. mulier. 15.  
q. 1. vbi probatur, quod si animal irrationale habet accessū  
ad mulierem, quod tale animal cum prædicta muliere cō-  
buri debet. Si ergo animal brutum, omni ratione, & sensu  
carens, punitur propter enormitatem criminis, à fortiori  
furiosus cum sit homo. & illum tex. dicunt esse notandum,  
vbi tractant eius materiam Hippo. in d. §. cognitum, nu.  
71. & in Practica sua criminali. in §. diligenter, nu. 166. Ti-  
raq. in II. connubia. in 9. leg. nu. 83. Ioann. Igneus in l. 3. §.  
ignoscitur, nu. 78. ff. ad Sylla.

Et circa hanc ampliatio. & eius intellectum videndum  
est, an si aliquis commisit aliquod delictum propter quod  
deberet decapitari vel suspendi, si postea iste efficiatur  
furiosus, nunquid debeat decapitari vel suspendi? Bald.  
notab. mouet hanc questionem in l. furiosum C. qui test. fa-  
ce. pos. vbi determinat non posse puniri in persona, sed be-  
ne in bonis, quia nō debet dari afflictio, vt in l. diuus, ff. de  
offic. præsi. idē tenet idem Bal. in l. 1. C. de cōfes. & in l. hu-  
manitatis nu. 46. C. de impub. & alijs, idem Bal. & ibi Aluz.  
in c. 1. in fine principij, an ille qui interfecit fratrem domi-  
ni sui in vſib. feu. Imo. ibi multa pro & contra adducit, &  
in fine relinquit indecīsum, in l. ex pacto. ff. de vulg. & pup.  
nu. 22. idem Imo. sequitur illud dictū Bal. in c. Rainutius,  
nu. 143. de testa. per rationes quas ibi assignat. vbi plus te-  
net, quod si iste qui commisit delictum dum esset sūnæ mē-  
ris, & esset condemnatus, si postea efficeretur furiosus  
sententia

## D. Petri Duen.

sententia non debet exequi contra eum , sed princeps est consulendus , allegat ad hoc tex.in l.diuis , in §. si vero, ff. de offic.præsi. qui parum aut nihil ad hoc facit.eandem opin.Bal.tenet Alex.in d.l.furiosum.C. qui testa.facere pos. motus,quia furiosus mortuo æquiparatur, vt supra dixi,& mortuus non debet puniri in persona,iuxta no.per.Cin.in d.l.furiosum,C. qui testa.fac. pos.& ab ista sententia Bald. nullus discrepat præter Roma. in d.l.furiosum , vbi tenet quod licet opi. Bald. in practica seruetur propter eius autoritatem,tamen non videtur vera,motus tali fundamento.Nam qualitas superueniens post delictum commissum non mutat pœnam l.i.in princi.versicu. per contrarium ff. de pœnis facit etiam tex.in l.si quis decurio. C.de fals. Sed sustinendo dictum Bald.ad tale fundamentum respondent Doctor.quod Bal. non vult quod mutetur pœna , sed quod impeditatur processus ; condemnatio , & executio, propter furorem,& si propter factam absentiam vel mortem.Secundo & contra Bal.tenet idem Ro.in l.pen. ff. si ex noxa.causa agatur.quem sequitur Barba.in c.in literis,col.pen.vers. & in quantum,de rescript. Mouetur Roma. per doctrinam Bar.& Docto.per text.ibi,in l.i.ff.de pœn.vbi concludunt, quod in publicis delictis in quibus pœna à iure determinata est, attenditur tempus commissi delicti : ad quod etiam respondent Doctores,vt supra dixi:& sic dico,quod in actu pratico,& sic in iudicando & consulēdo ab opinione Bal. non est recedendum: præcipue cum in pœnis & delictis minor pars tenenda sit.l.interpretatione, & l.sanctio legum. ff.de pœn.& hanc opinionem Bal.sequutus fuit Iaso.in d.l. furiosum,nu.7.idem in l.ex facto, nu.30.ff. de vulgar.& pupil. & ibi Ripa num. 73. Gulielmus Benedictus in repet.c. Rainutius,in verb.si absque liberis moreretur in tracta.de exemplari substitutione,nu.23.Deci. & ibi Cagnol. nu.1. in l.in negotijs. ff.de regu.iur.Et hanc opinionem firmat esse communem Ludo.Gome. item si quis in fraudem, nu.6. institu.de actio.Hipp.in l.i.nu.58.ff. ad Cornel. de siccari.& Ias.licet contra eam teneat in l.si seruum, nu.7.ff. si ex noxa.caу.agя.eandem opin.Bal.sequitur Ang.in tract.malef. in verb.scienter & dolose nu.7. Marcus Ant. Baueria.in §.

item

item furiosi.nu.13.& 14.institu:qui testa. facere poss.

Sed licet hæc opinio sit communis , vt supra dixi, arbitror tamen contrariam opinionem attētari posse:imo quod non obstante furore superueniente debeat corporaliter puniri,ad quod dicendum moneor per tex. qui hoc clare probat in d. l. Diuus in vers. neque morbo eius dandi est venia.& in ver. etiam supplicio afficiendus,ff.de offic. præsid. & dico,quod non obstat text. ibi in princi. iuncta ratione, dum dicit,quod satis fauore ipso punitur:quia tex. ille loquitur quando in furore commisit delictum: & certe text. ille hanc differentiam ponit, quod si cōmisit delictum tempore furoris,nō debet puniri: sed si cōmisit delictum dū es- set sanx mentis, dato quod furor superuenerit, puniendus est,& quod text.hoc probet, patet :quia text. ibi dicit, nec morbo eius dāda est venia.si morbo,ergo furore: quia qua litas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi cui adjicitur,l.in delictis,§.si damnum,ff.de noxal.Secun do ad hoc etiam moueor ex notabili decisione Bart. qui in fortioribus tenet in l.nunquam la ij.§. si vi aut clam. ff. de vñucap. per textum ibi, vbi tenet posse decidi quæstionem Theologorum,quod si aliquis dum esset sanx mentis cōmi sit peccatum mortale , & postea efficiatur furiosus & moriatur in furore , an damnabitur apud Deum ? & determinat ibi quod sic,quod dictum Bar.ultra Doctores supra al lega. sequitur Ias. in l.patre furioso, nume. 40.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et hanc opinionem contra Bald. tenet Franc.de Albergotis de Arc. qui fuit discipulus Bartol.in d.l.furioso, & eam in punto iuris firmat Iaso.in l.si seruum,nu.7.ff.si de noxa.caus. aga. vbi dicit,quod opinio Bal.est communis,quod dictum Ias.sequitur Ioan.Montolinus in Promptuario iuris:in verbo,furor.versic.ex delicto. tamen ante furorem commissum posset furiosus puniri,& hanc opinionem contra Bal.vbi latissime eam examinat,tenet Io.Igne.in l.3.§.ignoscatur.nu.79.ff.ad Sylla.

Et non obstant fundamenta Imol.& Alexan. vbi supra, scilicet quod furiosus habetur pro absente: item quod equi paretur mortuo, & mortuus non potest corporaliter puniri,vt tenet Cin.in d.l.2. Quia dico quod Ci.loquitur in eo;

qui

D. Petri Duen.

qui naturaliter est mortuus, vel absente qui naturaliter vivit. Facit pro hoc, quia mors ciuilis non equiparatur naturali, nisi in casibus à iure expressis, glo. est no. in c. placuit, el ij. 16. q. 1. quam sing. alleg. Bald. in Auth. si quā mulier. col. pen. C. de sacros. eccl. Are. vbi eam declarat in l. ex ea parte. col. 2. ff. de verb. obl. Ias. in l. si decesserit, nu. 10. ff. quā satisd. cog. & est similis glo. in c. suscepimus, de rescript. lib. 6. in verbo, non morte, alias sequeretur euidentissimum absurdum, quodd seruus si deliquerit non posset corporaliter puniri, eo, quia censeretur mortuus ciuiliter, vt in l. quod attinet, ff. de regu. iur. quod est falsum, & contra text. in l. 1. ff. de pœn.

Sed non obstantibus supra dictis fundamentis, & alijs quā pluribus, quæ pro hac parte possent adduci, dico, quodd in iudicando & consulendo ab opinione Bal. non est rece-dendum: quia est communis, vt supra dixi.

4. Amplia quarto prædictam regulam habere locum in ebrio: nam si aliquis existens in ebrietate committat homi-cidium, non debet puniri homicidiij poena. Probat tex. in c. fane, cum duobus sequent. 15. q. 1. gloss. in c. inebriauerunt Loth. eadem causa & quæstione. & in l. 1. iuncta glo. in ver-bo, temulentia, C. si quis Impera. maledi. De iure Regio probatur in l. 5. tit. 8. par. 7. & hanc opin. tenet Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis, quem sequitur Hippoly. de Marsi. in l. 1. nu. 63. ff. de sicarijs. Quod tamen intelligunt supra dicti Docto. quodd licet iste talis non debet puniri poena homicidiij, tenetur tamen de pœna ebrietatis: & sic mitius debet puniri arbitrio iudicis, & ita hanc opinio. intelligit Card. in c. denique, 4. dist. Ripa in l. 6. nu. 79. C. de revocan. dona-tio. Ioan. de Ana. in c. de infantibus, nu. 1. de his qui filii. occid. Rom. in l. 1. in princ. nn. 9. ff. de verbo. obli. & hanc opin-ionem approbant Doctor. Theologi, prout refert Ioann. Gerson in regulis moralibus, lib. 1. col. 3. pro qua opinio-ne facit supra dicta l. Regni.

Contrariam tamen opinionem tenet idem Bar. sibi con-trarius in l. respiciendum, in §. delinquent. nn. 3. ff. de pœ-nis, per text. in l. omne delictum, in §. qui se vulnerauerit, ff. de re mil. & sequitur Florianus in l. sed & si quancunque, ia

in §. sed si iufans, ff. ad leg. Aquil. vbi dicit Floriantis, quod iste talis punitur, tamen monitus quā si nō fuisset ebrius. Quam opinionem sequitur etiam Gulielmus Maine. in l. in totum, nu. 68. & in l. fere in omnibus, nu. 3. ff. de regu. iuris, Salicet. in l. diuus Traianus, C. de sicarijs. Abbas in c. 1. col. 2. de maledi. Bald. in l. 1. nu. 45. C. unde ui. & sic conclu dūt prædicti Doct. q; licet ebrius debet puniri ratione delicti, tamen q; leuius puniatur. In qua quæstione sic distinguo. q; aut ipse non dedit operam vt inebriaretur, sed forte deceptus fuit ex aliqua causa iusta, & tunc nō est aliqua poena puniendus: aut enim dedit operam vt inebriaretur, & sciebat q; in ebrietate existens erat solitus quasi vt furiosus homines percutere & mutilare, & sic procedit secunda opinio. ita notab. concludit Marian. Soci. in repet. c. ad au dientiam, nu. 15. de homic. Aret. in tracta. malefi. in uerb. scienter & dolose, nu. 17. Ludouicus Montaluus in tracta. de reprobatione sententia Pilati, in primo dubio, nu. 4.

5. Amplia quinto, habere locum in confessione: nam minor nō punitur ex confessione facta in iudicio ratione delicti commissi, imo potest petere restitutionem aduersus tam confessionem. Pro quo facit notab. uerbum Ioā. And. in c. 2. de in integ. rest. lib. 6. quod dictum tanquam notabile & quotidianum sequitur Ange. de Peru. in l. certum, in §. in pupillum, nu. 2. ff. de confess. & sic dicit debere intelligi tex. in l. si ex causa, in §. nunc videndum, ff. de minor. quod sequitur Abb. in c. 5. nu. 7. de confes. Dec. in l. sen. per. in §. ius publicum, nu. 4. ff. de regu. iur. Hippo. in l. 1. nu. 11. ff. de quæstio. & in sing. 445. Ias. in l. nam & postea, in §. si minor, nu. 7. ff. de iur. iu. Mat. de Afflic. in decis. Neapol. decis. 208. idem in consti. Neap. lib. 2. Rub. 38. nu. 10. Ioan. Mauritius not. in tracta. de resti. in integ. c. 150. Quod tamen non ha bet locum in delictis atrocissimis, secundum Bart. in l. auxilium, vers. nota ex hac lege, ff. de mino. Hipp. in l. de minore, nu. 35. ff. de quæstio.

6. Amplia sexto, habere locum in sene. Ita probat tex. in l. 2. ff. de termino moto. text. & ibi glo. in uerb. miseratio. in l. auxilium, in §. in delictis, ff. de minor. & ita expresse per supra dicta iura cocludit Cæpo. in rep. l. si fugitiui, nu.

D. Petri Duen.

26. C.de fet.fugit.facit tex.in l.sacrilegij pœna.in princ.ff.  
ad l.Iul.pecul.De iure Regio probatur in l. 16. ti. 8. par. 7.  
Hanc op[i]tenet expresse Gulielmus Maine.in l. fere in om  
nibus,nume. 16. ff.de reg.iur.tex.& ibi Doct.in c.pueris.de  
sent.excom.Io.Igne.notab.in l.3.in §.ignoscitur, ff.ad Syl.  
nu.1.cum seq. & in tantum hoc procedit, quod non solum  
debent puniri, verum etiam non possunt torqueri.vt in d.l.1.  
in §.ignoscitur. & in l.1.in §.impubes.ff.ad Sylla.& ita ex  
presso tenet Hippoly. in sua pract.in §.expedita.num. + 1.  
ibi dicit hoc esse verum, quandocumque senex esset decre  
pitæ ætatis : in quibus ego etiam supra dictam ampliatio  
intelligo. Porro quis propriæ dicatur senex decrepitæ æta  
tis, ponit Tranced.in compendiosa q. 22. vbi dicit , quod  
ille qui est maior 70. anno. alleg. ad hoc text. not.in l.mai  
iores, ff.de iure immu.facit text.in l.si vltra. C.de decur.li.  
10. Et circa hanc ampli.vltra supradicta, vide alia priuile  
gia senectutis, per Ioan.de Pla.in §. item his qui.num. 27.  
institu.de excus.tuto. per Syluest.Aldob. in §.item maior.  
nu.5.Inst.co.ti.not.per Christoph.Iac.in trac.de concilio,  
lib. 1.pag.60.cum sequen.Ad hæc quinquaginta priuilegia  
senectutis ponit Andr.Tiraq.in trac.de primoge.in præfa  
tione: à nu.75. vsque ad finem, quæ autem ante eum posuit  
Barth.Cæpo.in trac.de Imper. milit.dilige.in princ. à nu.  
1. vsque ad finem.

7 Amplia septimo; vt prædictus ex defectu ætatis torque  
ri non possit. Ita probat tex.l.1.in §.impubes. ff.ad Syll. &  
in l.3.in §.impubes.cod.titu.l.de minore.in prin. & in l.ex  
libero.in §.de minore, ff.de q. De iure Regio probatur in l.  
2.tit.30.par.7. Ita tenet Ioan. Igne. in d.l.1 in §. impubes,  
nu.1.cum seq.Alber.Gan.in tra.de pœnis reor. nu.30. & in  
rub.de quæst.& torm.nu.9. Ang.Are.in trac.malefic.in ver  
bo.fama publica , nu.102. Quod tamen non habet locum  
in criminis læsæ maiestatis in personam Principis commis  
so:vt in d.l.de minore. & vltra Hippolyt. ibi ita concludit  
Ioan.Ign.in d. §.impubes, nu. 18. Secundo intellige hanc  
ampli. quod licet prædicti minores non possint torqueri,  
possunt tamen terreri.ita probat tex.in l.1. §. impuberi, ff.  
ad Sylla.ex quo not.Bal.in l.2.C.quor.appe. non recip.nu.  
4.di-

4. dicit, quod omnès illæ personæ quæ de iure torqueri nō possunt, possunt saltem terri. quem sequuntur supra dicti docto. & ita tenet Igne. in l.3.nu.49.ff.ad Sylla.
- 8 Amplia octauo, habete locum etiam si minor commis-  
rit delictum in minori ætate, nam postea factus maior, non poterit de illo delicto puniri. Glo. est not. in l. sciant. C. de legi. hære. quā vltra Doc. ibi sequitur Hip. in l. de minore, in princip. nume. 40. ff. de quæstio. & in l. infans. nume. 23. ff. de sicarijs.
- 9 Amplia nono supra dict. regu. habere locum, et iam in mente capto per rationem l. tam dementis, C. de episc. audienc. facit tex. in l.2. ff. de testam. in §. item furiosus, iuncta glo. instit. quib. non est permis. fa. testa. Pro qua op. est tex. expressus in Auth. vt hi qui obligatas se habere perhib. res minor. in §. consideremus. colla. 6. vbi probatur, quod men te captus & furiosus equiparantur. quæ textum ad hoc not. Bal. in l. sed & milites, in §. iam autem, ff. de excus. tutor. & in l. amicissimos. in §. 1. eo. tit. & in l.2. C. de curato. furio. & in l. humanitatis, C. de impub. & alijs. Ias. in l. patre furio-  
so. nume. 3. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Franc. Cur. iu-  
nior. in consl. 5 1. nu. 6. Alciat. in l. 1. nume. 59. ff. de verb. obl. Marcus Antonius Baueria in §. item furiosi. nu. 28. Institu.  
qui test. facere pos. Pro qua opinione etiam facit tex. in l.  
si furiosi. C. de nuptijs. vbi constitutionem de filio mente  
capto, qui potest vxorē ducere sine consensu patris, Imper-  
ator extendit ad furiosos & econtra! & hanc opinionem  
tenet Io. de Ana. in c. ad audientiam, nu. 9. de homi. Eandē  
opinionem, vbi dicit ita Pari. fuisse iudicatum, firmat ex-  
presse Io. Igne. in l.3. in §. ignoscitur, num. 82. ff. ad Syll. vbi  
hoc intelligit in vero demente, non autē in eo qui demen-  
tiam simulat, facit tex. in l. obseruare, ff. de curato. furios. &  
in l. diuus, in 1. respon. ff. de offic. præsid. Differentiam autē  
inter furiosum, & mente captum, ponit Bal. in locis supra  
allegatis, scilicet q̄ ille dicitur furiosus, qui est eum rabie  
furoris euidenti: mente captus autem est ille, cui mens &  
consilium deficit: tamen nullum furorem ostēdit. quem se  
quitur Ias. in l. furiosum. nu. 2. C. qui testa. face. poss.
- 1 Limita primo hanc regul. quando cunq; minor dolo  
1  
a 2 commisit

## D. Petri Duen.

commisit delictum. Ita probat tex. in l. si ex causa, in §. si in commissum. & in §. nunc videndum, §. de mino. Facit quod notat Gram. in decis. 23. nu. 12. Gulielm. Main. in d.l. fere. nu. 15. Iacob. de sancto Georg. in l. 1. nume. 2. & 3. C. si aduersus delictum.

2 Secundo limita, in delictis atrocissimis. Ut in l. auxiliū, in §. in delictis. ff. de minori. glo. in d.l. fere. Et quæ dicantur atrocissima delicta, ponit Guliel. Maine. in l. fere, nu. 30. ff. de minori. facit quod supradixi in 3. ampliatione.

3 Tertio supra dictam reg. quando cunque talis infans esset doli capax. Ita concludit Abb. in c. 1. de delictis puerorum, vbi tenet, quod licet infans non possit puniri, ta men hoc intelligi debet, nisi esset doli capax. & sequitur Io. de Ana. ibi nu. 3. Montal. in glo. l. 8. tit. 31. par. 6. Hipp. de Mar. in l. infans, nu. 5. de sica. & in l. 1. nu. 91. eod. titu. & in l. si quis iste, nu. 3. G. eo. titu. Quod tamen intelligo verū ad hoc ut puniatur ex delicto: secus tamē ad hoc ut incidat in irregularitatē. in quo tamē dico quod licet infans sit doli capax, usque ad 8. annū nullam incidit irregularitatem. Ita tenet Maria. Soc. in c. ad audientiam, nu. 13. de homicid. & quod infans possit esse doli capax, firmat gl. in c. si. de sentent. excom. quā sequitur Io. de Ana. in rub. de delic. puer. nu. 6. pro qua facit tex. in l. si alterius, C. si min. se maio. dice. vbi dicit tex. quod malitia supplet atatem.

Et circa hanc limitationem notandum est quis propriè dicatur doli capax. Docto. in clem. 1. de homicid. & in c. 1. de delict. puer. dicūt, quod ille dicitur doli capax, qui proximus est pubertati, ut in l. apud Celsum, §. quæ in tutore, ff. de dol. except. Ioan. Igne. in l. excipiuntur, nume. 35. ff. ad Syllania. Et proximus pubertati dicitur qui annum decimū & dimidium peregerit, si sit masculus: fœmina vero proxima est pubertati, si 9. annum cum dimidio compleuerit, glo. est notab. in §. pupillus in verb. infantiaz. Institu. de inuti. stip. & in l. pupillum, ff. de reg. iur. quas esse communiter approbatas asserit Iaso. in l. properandum, in §. & si quidem, C. de iudic. Socin. in l. 1. in §. adipiscimur, ff. de acquir. poss. Ang. Arét. in d. §. pupillus. Philip. Dec. in d. l. pupillum, & ibi Hieronym. Cagnol. nume. 2. ff. de regul. iur.

De iure Regio probatur in l.6.titu.5.part.6.& in l.9.tit.1.  
part.7.& 8.titu.3 1.part.7. Sunt & alij Docto. qui quo ad  
ætatem perfectam 6.tantum menses deficiunt. ita no. Bal.  
per illum tex.in l.excipiuntur, ff.ad Sylla. quem vltra Io:  
Igne.ibi,sequitur Ias.in Authen.sacramenta puberum,nu:  
15.C.si aduer.vend.& in d.§. siquidem. Alij vero Doctor.  
hanc vlt.opi. sequuntur, non solum in delictis, sed in alijs  
quibuscumque actibus. Pro quibus est glo.in l.non tantum,  
ff.de excusati.tuto.& in c.continebatur, & in c. attestatio-  
nes,de despon.impu.late Io.Ign. in d.l.1.in §. impubes , &  
in l.excipiuntur,ff.ad Syllan.

His omissis dico, quòd arbitrio iudicis est relinquendū  
quis dicatur proximus pubertati: hoc enim iudex debet ar-  
bitrari ex discretione pueri, & ex alijs circumstantijs con-  
tingentibus. Ita tenet Io.Faber.in d.§. pupillus,Salic.in d.  
l.impunitas,C.de pœnis.Ioan.de Ana, in c.1.nu.4.de deli-  
ctis pue. Anton.de Butr,in d.c.attestations, in fin. Abb.&  
Præpo.in d.c.continebatur, Dec.in d.l.pupillum,& ibi Ca-  
gno.nu.3.pro qua opi.est tex.in §.in summa.jnisti.de oblig.  
quæ ex delicto.ibi,si proximus pubertati sit; & ob id intel-  
ligat se delinquere:facit etiam tex.in d.l.impunitas, C.de  
pœn. Quod tamen intelligit esse verum Doc. de Couarru.  
in sua Epito.de spons.in 2.par.c.5.nu.5.quòd iudex ante il-  
lam ætatem definitam communī opi.non potest imponere  
arbitrium suum,scilicet nouem annos cum dimidio in fœ-  
mina:& decem cum dimidio in māsculo: imo iudex qui an-  
te illam ætatem arbitrari debet puerum esse proximum  
pubertati,maximis adducendus est coniecturis, & raro &  
cautissime debet id agere.

Est tamen notandum quòd si infans dolii capax commis-  
teret homicidium, mitius punitur quam maior. Ita tenet  
Abb.in d.c.1.de delic.puer.quem sequitur Cæpo.in Auth.  
sed nouo iure.C.de ser.fugi.Pro qua opin.tex. in c. fina.de  
sent.excom.in l.auxilium,in §.in delic.ff.de minor.& in ll.  
regni supra allega.facit quod not.Io.Igne.in d.l.excipiun-  
tur,nu.49.ff.ad Sylla.Dec.in d.l.fere.nu.3.

Et circa hanc regulam alias limitationes vide per Doc.

D. Petri Duen.

in locum supra dictis:& per Gandhi.in trac.malefi. in tit. de  
pœnis reorum,nu. 30.

Regula C C L X.

EXCEPTIO non numeratæ pecunie potest opponi intra biennium , etiam si quis confiteatur se recepisse pecuniam quam non recepit.Hanc reg. posui in regu. 121.cum 6.ampliat.& 7.limitatio. vltra quas in præsenti addam alii quas ampliations & limitationes,& in primis ratio huius regulæ est:quia debitores necessitate obstricti de facili cōfidentur spe futuræ enumerationis mutuum : ideo huic facilitati succurritur per non numeratæ pecuniae exceptio[n]:ne illicitasset extorsio:vt in l.illicitas, ff.de offic.præ fid. & quia est contra ius gentium quòd quis repeatat quod non dedit , & quòd cum iactura aliena quis locupletetur: vt in l.cum amplius,in §.is natura debet, ff.de reg.iur.in l. bona fides,ff.depositi.Bal.in l.i.C. de nou nu. pecu.

- 1 Verum vltra ampliations positas in l.reg. 121.amplia primo siue confiteatur in scriptis, siue sine scriptis. Ita tenet Bart. quem sequuntur alij.Doc. in l.si ex cautione,nu. 3.de non nu.pecu.C.facit tex.in l.non figura,ff.de aſtio.& oblig. ibi, placuit non minus valere quod scriptura quam quod vocibus lingua figuratis significaretur,facit etiā tex. in l.pactum quod bona fide,C.de pac.
- 2 Amplia secundo,siue confiteatur in instrumento publico,siue in scriptura priuata.Glo.& Doc.in d.l.ex cautione, cōtra Pet.de Bel. Pert. qui tenuit ibi contrariā opinionē .
- 3 Amplia tertio habere locum , etiam si debitor dedisset pignus. quia pignus dedit vt pecuniam reciperet:quam si non.recipit,non tenet pignus.Vt in l.i.C.de non nu.pecu. Ita Iaf.vltra Bald.ibi in l qui pecuniam,nu.2. in fin.vers.5. Amplia.ff.si cert.pet.
- 4 Quarto amplia procedere , etiam si renunciasset exceptioni non nume.pecu.vt est glo. in d.l. si ex cautione,quā sequuntur ibi Cin. Bartol.Bald.& Salice. Bald. in Marga. in verbo , renuntiatio. Felin. in e. si diligent. in §.corollario.limit.1.de foro comp. Eandem amp.ponit Fel.in e.si cautio nu.48.sequitur Steph.Aufre.in additi. ad decis.Ca pellæ Tholo.q.374.Alexan.in consil.179.num.1.vol.2.

Corn.

Corn.in consi.52.nu.4.lib.1. Hippo.in singu.222. Petr.de Anzola in practica artis notariatus in titu.de excep. non nume.pecu. nu.4.Ias.in §.fuerat,nu.79. institu.de actio. & in l.4. in §.quælitum,nu.22. ff.si quis cautio. Abb.& Imol. in d.c.si cautio. Ang.Are.in §.1.nu.36.insti.de excep. & ita tenere omnes Doct.dicit idem Ias. in l qui pecuniam, nume.2. ff.si cer.peta C.ontrariam tamen opinio.tenet glo.in d.l.si ex cautione,C.de nō nume.pecu.in verb. probare,in si.versi.alij,vt Azo.vbi dicit ibi glo. q prædicta renuntiatio præiudicat renuntianti.sequitur Car.in c.fi.de solutio. nu.9.in fi. Quæ opinio Azonis quam glo.ibi refert,approbatur hodie de iure Regio per tex.in l.9.in fi.titu.1.par.5. & ita per illam l.sic practicari tenet Rodericus Xarez in l.post rem indicatam,fol.152.col.4.nu.26. ff.de re iudi.

5 Quinto amplia, etiam sic cōfiteatur maiorem summam pecuniæ recepisse quā receperit:nam in parte non recepta exceptio ista competenteret. Per tex.in l.minorem,& ibi glo.2.quæ hoc declarat:& Sali.notab.C.de non nume.pecu.

6 Amplia sexto,non solū in pecunia stricte accepta, vt est in nummis. verum etiam in omni re quam quis confitetur reccepisse & non recepit . pecuniæ enim verbum largissime accipitur,per tex.in l.fi.C.de consti.pecu. & in l.pecuniæ, ff.de verbo.signi.& in c.totum 1.q.3. Et hoc expresse tenet Azo in sum.C.de non nu.pecu. in prin. Albe.& alij in l.generaliter,in prin.co.ti.per tex.in l.in cōtractibus,in prin. in §.sed quoniam,C.de nō nu.pecu. vbi de deposito loquitur tex.Bar. & alij in l.talis scriptura ff. de lega.1.

7 Amplia septimo habere locum etiam stante,lib.4.tit.8 lib.8. Ordin. quæ prohibet,quod contra instrumentum publicum non possit opponi exceptio nisi solutionis, & simulationis , & aliæ de quibus ibi . nam adhuc probe poterit opponi exceptio non nu. pecu. quia illa confessio facta in instrumento dicitur esse quædam simulatio. Ita tenet Bar. in l.3.nume.2.C.de postulan.& ibi Bald.& alij Doct. idem Bal.in l.pecuniæ, C.de solut. Ias.in l qui pecuniam,nu.2. uerfi.4.amplia ff.si cer. peta.

8 Octavo amplia, etiam si is qui confitetur dedisset fideiussorē.Vt est tex.in l.tam mandatori,C.de non nuine.pe-

## D. Petri Dueñ.

- eu.& ibi Docto. quia quando reus est tutor ratione obligationis non natæ, vel natæ inefficaciter, tunc eodem modo est tutus fideiussor sicut principalis, l. si testamento §. si. & l. si quis pro eod. §. si munus, ff. de fideiussor.
- 9 Nono amplia, habere locū in marito, qui confessus fuerit recepisse dotem ab uxore, vel à socero, seu ab alio spe futuræ numerationis: vt possit exceptionem non numeratae dotis opponere. Vt in l. i. & per totum C. de dote cauta non nume. & in d. l. 9. titu. 5. par. 5. Chassa. vbi hoc not. popit in consue. Burg. in tit. [Des droitz] Rub. 4. §. 7. fol. 158, col. 1. nu. 1. Ludou. Gozadi. notab. in cons. 42. nu. 1.
- 10 Amplia decimo, procedere in herede, qui intra bienniū poterit hanc except. opponere, vt in l. si intra, & ibi late Doct. C. de non nume. pecu. & idem in omnibus illis quorum interēst quoquaque modo, siue conueniantur vt possessorēs honorum, siue ipsi contra alios possidentes actionem moueant: vt in l. si cui, C. de non nume. pecu. Angel. notab. in §. idem iuris, nume. b. insti. de excepti. Debet tamen ex persona rei opponere, non ex persona propria: quia debitori, & nō opponendi debebat pecunia numerari secundum Ang. vbi supra.
- 11 Amplia undecimo, etiā si schedula facta fuerit per verba presentis temporis: vt promitto restituere 20. aureos ad annū quos recipio. Ita probat gl. in l. si ex cautione, in gl. 1 C. de nō nu. pecu. Azo & Doct. in prin. inst. de lite, obli. quā opī. vidisse seruari testatur Albe. in d. l. si ex cautiōe, nu. 1.
- 12 Amplia duodecimo, habere locum in casu l. sub specie, C. de postu, yt si promisi alicui dare centum ex aliqua causa quam non adimpleuit, potero excipere vel expedire ad cancellandum etiam si instrumento confessus fui me recepisse ex causa mutui.
- 13 Et ultra limitationes positas in predicta regu. 121. limita primo, quando in instrumento inuentarij hoc quis confiteretur: quia tunc nō posset excipere non esse numeratum quod aliquis in inuentorio conscribi passus est. Ut in l. si. C. arbi. tute. Nec poterit postea contra scriptum in inuentorio probare contrarium, secundum Mat. de Afflic. in decis. Neap. decis. 324. nu. 14. cum alijs.

- 2 Limita secundo , non habere locum post biennium. Vt in l.in contractibus,C.de nō nu.pecu.& in prin..insti.de li-  
terarum obli.De quo dicam infra,in sequenti reg.
- 3 Limita tertio in tutori, qui confitetur se habuisse & re-  
cepisse pecuniam pupilli: nam tunc ante biennium non po-  
test huiusmodi exceptionem non numeratæ pecunie op-  
ponere . Vt est glo.in l.singularia ff.si cer.peta. in glo. 1. &  
ibi Ias.& Docto.Roma.in l.sub specie nume.8. ff.de postu.  
Quod intelligo,quādo tutor caperet pecuniam palam &  
bona fide : vt in l.non existimo,ff.de admini.tuto.alioquin  
incideret in penam,vt ibi dicit gl.& in l.actione,& in l.l si  
tutor,ff.tutor.ff.de tutelis & ratio.distra.
- 4 Quarto fallit, quando quis promisit dare causa transa-  
ctionis pecuniam non debitam , tunc non iuuatur hac ex-  
ceptione, quia subest causa , utpote quia à lite disceditur.  
Vt in l.transactionis C. de non nume. pecu.
- 5 Quinto limita, non habere locum in deposito , Vt in l.  
in contractibus in §. sed quoniam , verbi itaque sancimus,  
C.de non nume. pecu.
- 6 Sexto fallit,in administratoribus vestigalium,quos vul-  
go receptores appellant . Vt in l.securitatibus, C.de apo-  
chis publ.lib. 10. & ibi doctor.
- 7 Septimo limita,quandocunq; mulier confessa fuit se re-  
cepisse pecuniā,vt pro mutuo intercederet,& hoc quando  
illa confessio est facta in instrumento publico, tribus testi-  
bus subsignato.Vt in l.antiquæ,ver.sed si qdē C.ad Vellei.
- 8 Octavo limita , non habere locum in quæstoribus æra-  
rij publici , quos thesaurarios vulgus vocat , quoniam si  
tales confiteantur se tributa regia recepisse , non habent  
exceptionem non numeratæ pecunie,nec pariter in pretio  
rerum fisci venditarum , Vt in l.omnes,in §.si.C.de quadr.  
præscr.glo.in l.in contractibus in §. sed quoniam ver.pen-  
tus C. de non nume. pecu.
- 9 Nono limita,non habere locum in camporibus & mer-  
catoribus,propter publicam fidem.Vt est gl.notab.in Au-  
then.de fideiuss.in §. agnoscant, in verbo argentarioruin,  
coll. 1.& ita p illā tenet expresse Ias.vbi dicit q; ita à præ-  
ceptoribus suis audiuit, in l qui pecuniā nu.6. ff.si cer.pet.  
Quam

D. Petri Duen.

Quam limita. intelligo veram quandocunq; iste campor  
vult opponere prædictam exceptionem ex persona sua, quia  
tunc non potest : securus si vellet opponere exceptionem pro  
eo pro quo intercesserit, quia tunc bene poterit, ita illam  
glo. intelligit Bal. in l. frustra, C. de non nu. pec. & Ias. in d.  
nu. 6. idem Ias. in l. singularia, nu. 39. ff. eo. titu. & in l. cum  
quis nu. 18. C. de iur. & facti ign. & in l. prætor ait, nu. 3. ff.  
de æden. & in repe. l. si constante nu. 204. ff. solu. matri. Hip  
po. de Marsi. in repe. rub. de fideiu. nu. 8. Guliel. Maine. in l.  
omnib. nu. 12. ff. de regu. iur. vbi etiam per illam glo. limi  
tant beneficium Auth. præsente, C. de fidei. ut non pro  
cedat in camporibus & mercatoribus .

10 Decimo fallit quandocunque talis confessio facta esset  
in iudicio , quia si quis in iudicio confiteatur se recepisse  
mutue, non haberet prædictam exceptionem . Ut est glo.  
iuncta. text. in l. vni. in glo. 2. . Cde confess. & ibi per illam  
glo. expresse tenet hoc Sali. in 3. opposi. Circa quam limi  
ta. vide Ias. in d.l. qui pecuniam nu. 7. ff. si cert. peta.

Regula CCLXI.

EXCEPTIO non numeratę pecunię non competit post  
biennium. Hanc regulam probat text. in l. contractibus, in  
prin. C. de nō nu. pecu. & in §. 1. institu. de literarum oblig.  
De iure regio probatur in l. 9. titu. 1. par. 5. & circa hanc re  
gulam vide Henricum Bothem in tracta. de synodo epi  
scopi, conclusione 9. nu. 93.

Hanc regulam amplia tribus modis, & limita sex modis  
vt per Feli. in c. cautio. à nu. 57. vsq; ad nu. 67. de fide instr.

Amplia primo procedere, quod etiam si debitor, vellet  
post biennium assumere in se' onus probandi pecunię non  
fuisse numeratam, non auditur . Ita notabiliter concludit  
Imol. in c. si cautio, nume. 24. de fide instrumen. & in cap. 6.  
col. penulti. de solutio. Hanc ampliationem ponit Feli. in  
d. c. si cautio, nume. 60. pro qua opinione est text. in d.l. in  
contractibus . in verbo, nullo modo, & in l. si intra, in ver  
bo, omni modo, & in l. asseneratio. in versi. penitus euane  
scat, eod. tit. & ita ante cum tenet Bal. in l. sub specie, C. de  
postulan. idē Sali. in l. si non singuli, C. si cer. pet. & in tan  
tum est hoc verum, quod dicit ibi tex. in d.l. in cōtractibus  
in

in §. de illo, quod creditor post biennium non tenetur re-spondere positionibus debitoris, & sic videtur sublata omnis facultas probandi . per quem tex. ita tenet Feli. in d.c. si cantio nu. 61. nec etiam insinuando deferre licet , quia cum ipse creditor habet fundatam intentionem suam, lici-te potest iuramentum recusare, ut est tex. in c.2.de proba-tio.& ita notabiliter tenet Rode.Xuarez in l. post rem iudicatam,in §. sed pulchrum dubium est nu.2.ff.de re iudic. fol. 156.col.4.Iaf. in l.3.in §.1.nu.8.de iureiut.

**I**limita primo , non habere locum in clericis & in alijs ecclesiasticis personis , quia perpetuo possunt huiusmodi exceptionem opponere. Ita expresse tenet Host. in c. si cau-tio.de fide instru.& in c. si de solut. Anto. & Ioan.de Imol. in d.c. si cantio. quod sequitur Bal. in Authen. hoc ins por-rectum col.4.C.de sacros.ecclesi.& in l. si. in §. si. ff. si certū peta. Ange. de Peru. in consi. 244.Roma. in Anthen. simili-ter nu. 44.C.ad leg.falcid.& in l. si. sub specie, nu. 8.C.de po-stulan. Contrariam tamen opini. tenet Anto. de Butr. Cardi. Abb. & Imo. in d.c. si cautio, de fide instru. imo quod supra dicta regula habeat locum etiā in clericis , qui etiam post biennium, supra dictā exceptionem opponere non possint. Pro qua opini. tex. in d.l. in contractibus quia ibi tex. non inducit præsumptionē biennalem in odiū debitoris, imo includit priuilegium in fauorem ipsius: cum enim alias non audiatur contra propriam confessionem, d.c. si cantio. & c. per tuas, de probatione, & sic lex illa in contractibus induxit, vt debitor intra biennium possit inducere prædictam exceptionē, ita quod onus probādi pecuniā fuisse numera-tam incumbat creditori, si ergo ecclesia vult vti beneficio illius l. oportet quod vtatur cū præfinitione temporis ibi præfixi, & hanc opinio. tenet Feli. tanquam veriorem in d. c. si cautio, nu. 57.Guliel. Maine. in l. cuius per errorem nu-me. 48.ff.de reg.iur.ex quibus apparet, quod multo minus clericis in patrimonialibus competenter prædicta exceptio post biennium, ita tenet Spec. in titu. de resti. in integrum in §. quis antem, versic. sed nunqnid col.4.vbi refert, quod Clemens Papa Quartus pronunciauit cōtra Treuerensem electum, quod post biennium non posset contra quosdam merca-

mercatores opponere hanc exceptionem , & illos merca-  
tores non debere ad respondendū positionibus electi, cau-  
sam illam tangentibus. De qua sententia Clemētis Archi-  
di.in c.si quis episcoporū col.vlt.3.quæf. 6.quos sequuntur  
Abb.& Ant.de But.in d.c.si cautio,& in d.c.fi. de solu.Bal.  
in l.cū quis col.vlt.C. de iuris & fact.igno. & ibi Ias. nu.17.  
idē Ias.in l qui pecuniā nu.8.ff.si cer.pet.& si dicatur quod  
sententia illa Clem. non possit procedere in alio casu,quā  
in camporibus & mercatoribus , cum in curia eorum non  
competet exceptio non numeratæ pecuniae propter publi-  
cam fidem, ut est glo.in Auth.de fideiustoribus in §. agno-  
scant,in uerbo argentiorum colla. 1. Respondeo ad illā  
gl.prout supra declarauit in reg.160.in 9.limita.

- 2 Limita secundo,non procedere de iure canonico: nā de  
æquitate canonica exceptio nō numeratæ pecuniae potest  
opponi post bienniū. Ita expresse tenet Din.in reg. locuple-  
tari de reg.iu.lib.6.quem sequitur Ro.in l.si diuortio,ff.de  
verb.obli.nu.6.col.3.vers.aut sumus extra tépora, Ang.de  
Peru.in cons.156.incip.Domina Angelina,& istā dicit cō-  
munem opin.Io.de Imo.in c.f.i.nu.32.de solu.Sali.in d.l.in  
contractibus in prin.Feli.in d.c.si cautio.nu.61. de fide in-  
stru.Hippo.in fin.463.eandem opi.tene Rom.in consil.44.  
nu.2.Io.Oldeldorp.in tract.de iure singulari,c. de priuile-  
gijs piarum causarum,priui. 18.nu.14.eandem tenet Deci.  
in reg.iure naturæ nu.4.& ibi Additionator ff.de reg. iur.  
Sed licet supra dicti Doct. dicant prædictam esse commu-  
nem opinionem, cōtraria tamen sentētia cōmuniōr & ma-  
gis uera mihi uidetur, imo q. non solū de iure ciuili , verū  
etiam de iure canonico post biennium non competit illa  
except.ita concludit Spe.in tit.de restitu.in integrum.§.1.  
nu.25.Archidiaconus in c.si quis episcoporū 3.q.6.Bald.  
in l.cum quis nu.22.C.de iur.& facti igno.& ibi Ias.nu.18.  
idem Ias.in l qui pecuniā nu.7.ff.si cer.pe. sequitur Hip.  
sibimet contrarius,in singu.277. in finalibus verbis,ver.an  
autem,Ludo.Bologn.in l.i.in secundis interpretationibus  
C.de conditio.ob turpem cau.Sanct.Anto. Archiep.Flo-  
ren.in Summa,in tit.de reg.iuris in dicta regula,locupleta  
ri.Pro quo facit,quia quā docūq; aliquid est clare decisum  
dc

de iure ciuili, nec reperitur immutatum de iure canonico,  
statutus iuri ciuili, et in foro canonico, ut in c. 1. & 2. de nouis  
ope. nunc. glo. in c. per uenerabilem qui filij sint legi. & in  
c. licet ex suscep. de foro compe. & ita concludit. Abb. in  
c. fi. nu. 16. & ibi Anto. de Butrio nu. 6. de solut.

## Regula CCLXII.

EXCEPTIO peremptoria non potest opponi contra exce  
quitorē post sententiam quae transiuit in rem iudicatam.  
Hanc regu. probat tex. in l. 2. C. sententiam resci. non poss.  
& in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. in c. cum olim el ij.  
de priuile. in l. si maritus, §. præscriptiones, ff. de adulter.  
& in c. suscitata, de restit. in integ. & in l. minor 25. annis, si  
omissa allegatione, ff. de minor. De iure regio probatur in  
l. 4. tit. 8. lib. 3. ordi. circa quam regulam uide Pari. in c. ex  
ceptionem nu. 33. de exce. Frā. Niconiciū in repe. c. quoniā  
cōtra in 3. notab. nu. 102. & in gl. in verb. dilationes, de pro  
ba. nu. 183. Maria. Soc. iun. in cōs. 45. nu. 8. & 17. vol. 1. Hier.  
Zanetinum, in tract. differentiarū iuris canonici & ciuilis,  
differentia. 185. nu. 162. Odofred. in trac. iudiciorū, nu. 52.  
Ioan. Bern. in reg. 2 50. Melchiorē Kling. in c. intelligimus,  
nu. 1. cum alijs, de ordi. cogn. Iafredum Balb. deci. 13.

Hanc regulam limita nouem modis, ut per Specu. in tit.  
de exceptionibus, in §. d. nu. 13.

## Regula CCLXIII.

EXCEPTIO dilatoria post item contestatā opponi non  
potest. Hanc regulam probat text. in c. inter monasterium,  
de re iud. in l. fi. C. de exceptio. in l. ita demum, C. de procu  
rat. De iure regio probatur in l. 8. in legib. de Madrid. Cir  
ca quā regulā uide Ias. in l. si arrogator nu. 59. ff. de adopt.  
aro. Rn. in cons. 71. nu. 2. vol. 5. & in cons. 98. nu. 4. vol.  
5. & not. Matth. de Affli. instit. Neapo. in 2. lib. rub. 18. nu. 1.  
cum alijs, ubi nota. Pari. in d. c. exceptionem nu. 4. cum seq.  
de exce. Feli. in c. insinuante, nu. 1. de offi. delega.

Hanc regulam ponit Soci. cum 8. limitatio. in regu. 96.  
Eandem regulam cum 10. limita. ponit idem Soci. in regu.  
42. in poster. Eandem itidem ponit Bernar. de Luco in reg.  
256. cum 13. limitatio. referendo se ad Feli. à nu. 11. usque  
ad nu. 34. in c. exceptionem, de exceptio.

Hanc

D. Petri Duen.

Hanc regulam limita nouem modis, ut per Ale. in l. ita  
demum C. de procur. vbi Ias. nume. 2. ampliat eam sex mo-  
dis, & ibi usque ad nume. 6. limitat eam 16. modis, vbi etia  
Iac. de S. Georg. limitat hanc reg. octo modis, a nume. 1. us-  
que ad nu. 12. Eandem regulam ponit cum 14. limita. Aut.  
de Tremolijs in additionib. ad practicam Vberti de Bonac  
curso; in rub. de impedimentis siue exceptionibus quae con-  
tra rescripta & iudices delegatos ponuntur, fo. 64. col. 3. in  
addit. incipienti, ante litem contestatam, usque ad finem.  
Hanc etiam regulam cum quinque limitationibus ponit  
Roma in l. si mulier, a nume. 13. usque ad nume. 21. ff. so-  
luto matrimonio.

Regula CCLXIIII.

EXCEPTIO falsi procuratoris semper opponi potest. Hac  
regulam probat tex. in l. licet C. de procur. & ibi doct. prae-  
cipue Alexand. vbi assignat rationem, scilicet quia reddit  
iudicium retro nullum, & ibi Iacobi. de sancto Georg. nu.  
6. probatur etiam in c. in nostra. de procu. & in c. ex parte,  
de rescri. glo. in c. exceptionem, in glo. in fi. de excep. De iu-  
ze regio probatur in l. 7. titu. 10. lib. 1. fori. & ibi Montal-  
uus in gla. in uerbo. falsamente. Hanc etiam reg. ponit Ab-  
bas per supradicta in c. quoniam contra, nume. 27. de pro-  
batio. & ibi Decius nume. 227. & Parisius nume. 169. Cir-  
ca quam regulam vide Franc. Aretin. in l. sciendum, ff. de  
verbo. obliga. in fin. Sebastianum Vantium notabili. in tra-  
cta. de nullitatibus sententiarum in Rubr. quibus modis  
sententia. & processus resarciri possunt in Rubri. fin. nume.  
57. pagina 356.

Liimita primo, ut non procedat post coelussum in causa,  
tunc enim non poteris impedire sententiam. Ita norabili-  
ter concludit Bald. per text. ibi in l. quamuis, nume. 2. ad l.  
Ial. de adult. sequitur Alex. in d. l. licet, & ibi doct. moder-  
ni, praecipue Iacobinus nume. 6. Mouetur Bald. ut supra di-  
xit per illum tex. vbi dicitur quod facta conclusione in cau-  
sa criminaliter intentata non potest opponi huc exceptio.  
Tu non potes esse procurator, imo deueniendum est ad sen-  
tentiam. Eandem op. Bald. sequitur Catellianus Cotta in  
memoribus iuris in verbo, falsi procuratoris. Deci. in d.  
cap. 3. p. 27

c. quoniam contra, nume. 230. de proba. vbi allegat pro hâc opinionem dictum Cardi. in Clemen. 1. in 1. opposi. de exceptio. vbi tener, quod exceptio excommunicationis nō potest opponi post conclusum in causa, ita etiam tenet Feli. in c. cum dilectus, nume. 4. de fide instru. allegat etiā Deci. pro ista opinione text. in c. cum dilectus, de fide instru. vbi post conclusum in causa nihil opponi potest, & supradicta limitatione in reperio quod ante Bal. licet nullus doctorū ex eis mentionem faciat, per text. in d.l. quamuis, C. de adult. tenuerunt Domini de Rota in decisione 151. in nouis secundum impressionem antiquam, & secundum nouam in decisio. 10. in tit. de procuratoribus.

Contrariam tamen opinionem tenet expresse Iaso. in d. l. licet numero 2. C. de procu. quia talis exceptio opposita post litis contestationem reddit eam nullam, ut est gloss. in d.l. licet, eodem igitur modo reddit nullam conclusionem. Secundo, & fortius mouetur, quia talis exceptio potest opponi post latam sententiam & reddit eam nullam, ut in cap. in nostra, de procur. per Bart. & docto. in l. 1. C. de iuris & facti igno. si ergo potest opponi post sententiam, ita & post conclusionem in causa, & reddit nullam conclusionem, si post eam opponatur, parificantur enim esse latā sententiam, uel conclusum in causa, ut per Bart. in l. si mater, in §. eandem in fine ff. de except. rei iudic. Pro qua opinio. faciunt ea quæ adducit Imo. in c. exceptionem, numero 8. uersi. item fallit tertio. de except. & ibi Fel. nu. 28. eandem opinionem uidetur tenere Barba. in Cle. 1. col. 9. uersicu. tertio nisi superuenisset de nouo, de exceptio. & hanc op. Ias. per supra dicta fundamenta tenet Parisius in d. c. quoniam contra, nume. 169. & in c. exceptionem, nu. 45. de exceptio. Eandem opinionem tenet expresse Franc. Niconi. in repe. c. quoniam contra in q. si. nu. 43. vbi pro illo dicto Iasonis allegat quam plura fundamenta, & respondet ad fundamenta Decij quæ adducit contra Ias. & pro opinione Iasonis est tex. de iure regio in l. 7. tit. 10. libr. 2. fori. in vers. [mas despues del inyzio finado.]

**2** **2** Limita secundo, quando nūnquam fuit oppositum, secus si facta aliquando oppositione pronunciatum fuit procuratorem

D. Petri Duen.

torem vel mandatum legitimum esse , quia tunè vterius  
opponi non potest. Ita concludit Abb. post Inno. in c. quo-  
niā contra nu. 37. de probat. arg. text. in l. f. C. si ex falsis  
instrumen. Facit gloss. in c. licet causam, in uerbo, opponi  
de probatio. Hanc limitationem sequitur, Deci. vbi etiam  
declarat in d. c. quoniam contra, nu. 232. Fran. Niconicius  
ibi in quæstio. fina. nume. 47. Iason in d. l. licet, numero 8.  
C. de procura.

3. Limita tertio , vt non procedat quando procurator ca-  
nit de rato ad petitionem aduersarij , & non obstante tali  
cautione, aduersarius renuit iudiciū , neque vuln. persequi:  
tunc enim si agitur de re in cuius possessionem procurator  
mittatur , non poterit ei amplius opponi. & ita intelligi:  
tur tex. in l. inter quos in §. qui alieno, alias est §. f. ff. de dā  
no infect. ita tenet Abb. pér illum tex. qui bene eum intel-  
ligit, in d. c. quoniam contra, nu. 37. quem sequitur Ias. in l.  
Jicer, nu. 8. C. de procura. Franc. Niconi. in d. c. quoniam cō  
tra, q. f. nu. 46. Non enim est uerum quod per solam cantic  
em rati excludatur exceptio procuratoria , sed necesse  
est vt concurrat contumacia aduersarij, vt in d. §. alieno.

4. Limita quarto, quando instrumentum procuratoris fuis-  
set in iudicium productum & tacite approbatum. Secundū  
Bat. in d. l. licet , & ideo Pau. de Cast. ibi dicit, qđ cāuti ad-  
uocati quando producitur in iudicium instrumētum pro-  
curationis debent illi contradicere. Circa quam limitatio  
nem uide Ias. in d. l. Jicer, nu. 8. versi. 3. fallit.

Et circa hanc regulam & eius rationem , scilicet quod  
exceptio falsi procuratoris reddit iudicium retro nullum  
est notandum , quia quotidie contingere potest, an iudex  
ex officio suo, ne in uanum laboret, & faciat iudicium fru-  
stratorium, possit compellere procuratorem ad exhibendū  
mandatum, vel ad cauendum de rato si dubitatur de man-  
dato, gloss. tenet quod sic, in c. 1. in uerbo, absentia, in fine,  
de electio. lib. 6. alias autē poterit eum repellere à limine  
iudicij, etiam si non opponatur, quam glo. sequitur Bäl. in  
d. l. licet C. de procur. & in l. exceptionem, C. de probatio.  
& in Authen. offeratur C. de litis contesta. & in l. 1. C. vt  
quæ desunt aduoca. Ang. in l. Pomponius in §. ratihabitio.  
ff. de

Panor. in cap. causam quæ. el j. de iudic. nu. 3. in c. ecclesia. el j. vt in lite penden. & in c. i. & in c. nulli. de appell. Anto. de Butrio & ibi Barba. in cap. cum M. de constit. Pau. Ca-  
stren. & ibi Rom. in d. §. alieno. Salic. in d. l. licet de procur. & ibi Alexand. Pro qua opinione est tex. in d. c. causam quæ de iudic. in fine ibi, ne litem sopitam valeat suscitare. illam etiam glo. sequitur Geminia. ibi, vbi dicit quod in his quæ redderet iudicium retro nullum, iudex ex officio suo potest supplere. Pro qua op. facit glo. in c. cupientes in §. exterum versi. vel si personas in glo. in verbo, contumaciā, de elec. lib. 6.

Contra quam glo. est tex. expressus secundum lecturam Bart. ibi, in d. l. inter quos, in §. alien. vers. quod si ei non ca- uebitur. vbi tenet quod iudex ex officio non potest oppo- nere contra inhabilitatem personæ comparentis in iudi- cio. & ideo Imol. in d. §. alieno, nume. 90. reprobat illam glo. & in cap. cum in iure peritus de offic. delega. Ratio est, quia index non debet impartiri officium suum non postu- latum, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infec. & quia in casu d. glo. iudicium non erit frustratorium, cum execu- tio possit fieri contra falsum procuratorem, l. Plautius, ff. de procu. & l. si se non obtulit, ff. de re iudic. glo. in d. l. licet in l. si expressum, in verbo præscriptione, ff. de appellatio. & illam gl. in verbo, absentia, in d. c. i. de app. dicit cōmu- ter reprobari Felin. in d. c. causam quæ. nu. 1. de iudi.

Sed his non obstantibus, & alijs quæ contra illam gl. al- legantur dico quod illa glo. est vera & magis communiter approbata. & non obstat illa ratio, quod iudicium non erit illusorium, ex quo procurator tenetur, quia nihilominus militat ratio illius text. in d. c. causam quæ. scilicet ne lis sopita valeat suscitari. Nam hoc modo nō imponitur finis litibus, sed potius occasio litigandi præstat. Præterea nō est omnino verum quod quando litigatur executio habeat effectum contra procuratorem, quia poterit habere iu- stam causam litigandi, vt non tenetur, vt notatur in d. l. Plautius. vnde quia iudicium poterit esse illusorium, mili- tare videtur ratio illius glo. Et ultra supra dict. doc. illam gloss. sequitur expresse Deci. in d. c. causam quæ. nume. 11.

## D. Petri Duen.

ybi in nume. 13. dicit illam glo. esse magis communiter reprobatam. Eam sequitur Rom. in cons. 67. nume. 5. Ripa in d. l. 1. in §. hoc autem iudicium, nume. 49. ff. de damno infect. & in iudicando & consulendo dicit non esse recendum ab opinione illius glo. cum sit magis communiter approbatum Iacobinus de sancto Georg. in d. l. licet. nume. 9. C. de procurato. Et circa hanc regulam exceptiones, quae opponi possunt contra procuratorem, vide per Specula. in titu. de procuratore, §. ratione nu. 17. cum sequentibus.

Regula CCLXV.

EXCEPTIO ex pacto nudo de iure ciuilis oritur. Hac regulam probat tex. in l. iurisgentium, in §. sed cum nulla. vers. igitur nulla, ff. de pact. & in l. 1. in §. id quod natura, ff. ad l. falci. & ita expresse tenet Bal. in cons. y 8. incip. mulier maritum dixit, ad finem, vol. 2. Soci. in l. 2. in prin. ff. sol. matr. Quae exceptio non dicitur praeceps cogere, sed causatiue, vt est gloss. in l. 2. in verbis, suspectum, ff. solu. matr. & ibi Claudius de Seyfello nume. 35. Et pro hac regula facit, quia multa possunt haberi per retentionem quae non possunt obtineri per actionem, glo. est notabi. in l. si cum filio. in prin. & ibi bonus tex. ff. de compensa. Paul. de Lazar. in cap. finem litibus, col. 8. vers. circa finem, de dolo & contu. & licet soleat dici quod cui damus actionem, multo fortius exceptionem, l. vendicantem, cum l. sequen. ff. de euictio. non tamen idem dici potest econtrario, quod cui damus exceptionem, multo fortius actionem, quia dicta regula non procedit in casu contrario, vt in l. si area. in §. si. ff. de conditi. indebit. & in l. sicut. in §. 1. ff. quibus modis pig. vel hypoth. solui. iuncta l. si haeres pecuniam, ff. ad Trebellia. & ita expresse tenet Crot. in repeti. l. si constante. col. 34. in fi. ff. solu. matr. Pro hoc autem est gloss. in l. 1. §. eum qui in verb. non animo. ff. de constitu. pecunia.

- 1 Amplia primo, vt non solum pactum nudum expressum producat exceptionem, sed etiam tacitum. Vt in l. 2. C. de pact. & ita tenet Corne. in cons. 33. nu. 26. vol. 2.
- 2 Amplia secundo, vt procedat et si sit pactu de usuris soluedis. Vt in l. per retentionem, C. de usuris. & in l. 2. & ibi Odofredus, & Ioan. de Platea, C. de fiscalibus usu. lib. 10.

Amplia

- 3 Amplia tertio, ut procedat quantumcumque illud pactū sit nudissimum. Ita tenet Ange. in l. si cum te, ff. de pact. quē sequitur ibi Iacobi. de sancto Georg. nu. 5.
- 4 Quarto amplia, etiam si pactum fieret ad finem agendi, in casu posito per Caccialu. in trac. de pactis, in 6. q. nu. 39. ver. septimo scias.
- 5 Quinto amplia, ut non solum tale pactum pariat exceptionem principali pacienti, sed etiam singulari successori: quia ius excipiendi transit in singularem successorem. Ut notat Bar. in l. si tertius, in §. si quis prius, nu. 6. & 7. ff. de aqua plunia arcen. bonus tex. in l. in hoc iudicio in prine. ff. commu. diuidun. Soc. in cons. 221. nu. 26. vol. 16.
- 6 Amplia sexto, ut procedat, quod etiam ille qui detinet rem sibi naturaliter debitam, sit tutus in foro conscientię. Ita tenet Abb. & ante eum Anto. de But. in c. 1. nu. 19. de in integrum resti. Ripa. in c. 1. nu. 89. vers. tertius casus, de iud. Facit quod supra dixi in reg. 88. in 5. limitatione.
- 7 Limita primo, nō procedat in casu quem ponit Deci. nu. 13. post gl. ibi, in l. bonæ fidei. C. de pact. vbi dicit, quod pactum factum ex interuallo ad agendum, si non producit actionem non valet etiam ad excipiendum. quam op. tenet Ang. in cons. 77. num. 2. in fi. in 2. colum. vers. secundo quia dicta petitio. Sed veritas est in contrarium secundum Alex. post. Salic. in d. l. in bonæ fidei. per text. alleg. in d. glos. scilicet text. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. ver. sed conclusio quidem. quem text. ibi expresse ad hoc notat Fulgo. Et quod veritas in contrarium sit, tenet Dec. in d. l. 1. in bonæ fidei. nu. 13. Eandem opin. tenet ibi Ias. Socin. in 3. not. Riminaldus, & Lācelotus, Dec. & Iacobi. de S. Geor. nu. 23. vbi hoc notab. declarat. Eand. op. vbi etiā declarat dictum Ang. in d. cons. tenet ibi Fran. Purpura. nn. 2 1. Eandem etiam opin. reprobando supra d. glo. in d. l. in bonæ fidei. tenet Ias. in l. traditionibus, nu. 2. ff. de pact.
- 2 Limita secundo, ut non procedat hæc reg. in casu l. iuris gentium in §. si ut maleficium, ff. de pact. vbi gl. vni. ibi hoc expresse notat.
- 3 Limita tertio, ut non procedat in pacto nudo compromissi: ex quo secundum communem opin. Legistarum non

D.PetriDuen.

oritur actio,nec exceptio.vt notat Panormi.in c.per tuas.  
nu.8.de arbi.

4 Quarto limita,vt non procedat in casu,l.iuris gentium  
in §.si ante aditam,ff.de pact.vbi Iacobi. de S. Georg.in 1.  
Iec.nu.2.& in 2.lect.num.1.dicit esse casum in quo pactum  
non producit exceptionem pacti, sed bene producit exce-  
ptionem dolii.

5 Quinto fallit , quando res esset habita cum vitio. quia  
tunc recipienti obstaret replicatio dolii: cum exceptio sit  
fundata supra æquitate,contraria æquitate eliditur.Argu-  
tex.in l qui æquitate.ff. de dol. exceptio. Et quæ sit ratio,  
quare exceptio sit fundata super æquitate, ponit Lancelo.  
Galiau.in rub.ff.de verb.oblig.conclus.18.

6 Limita sexto , vt non procedat in contractu innomina-  
to : nam licet contractus innominatus dicatur pactum nu-  
dum,tamen non producit exceptionem. Ita tenet Soci. in  
Rub.de verb.obl.nu.10.

7 Limita septimo,in casu quem ponit Ang.in §.alteri.nu.  
70.vers.sed mihi insurgit dubium.institu.de inut.stip.scili-  
cet id quod dicitur naturalem obligationem valere ad re-  
tentionem,intelligi quando debeat sibi solui.Vt in l.quod  
in diem.in §.1.ff.de compen.

Regula CCLXVI.

EXCEPTIO taciti pacti de non petendo inducitur ex re-  
ceptione partis debiti, facta ab uno ex pluribus insolitum  
obligatis. Hanc reg.probat tex.in l.si creditores,C.de pac.  
Rationem huius regulæ dubitandi & decidendi ponit gl.  
in d.l.si creditores.& ibi Bald.& Sali.

Hanc regu.ampliat tribus modis, & limitat decem mo-  
dis Franci. Purpura.in d.l.si creditores, à num. 1. vsque ad  
nu.5.& septem ampliatio.& §.limit.ad supra dictam regu.  
vbi notabi.eam declarat & ponit etiam ius rationem, tra-  
dit Petrus Stella Aurelianensis in disputatione quā fecit  
super tex.in d.l.si creditores, scilicet an & quādo creditor  
ab uno ex correis partem eius recipiens,videatur tacite de-  
bitum diuisiſſe in 1.conclus.quam ibi facit per totam.

Regula CCLXVII.

EXCEPTIO inuentarij non confessi impedit item  
contestari.

contestari. Hanc reg. probat tex. in l. fi. in §. donec, C. de iure delibe. & ibi Bart. idem Bartol. Paul. Castren. Alex. Iac. & Philipp. Coru. & aliqui ibi scripserunt, in l. vir bonus, ff. iudi. solui. De iure regio probatur in l. 7. tit. 6. part. 6. & in l. 13. tit. 9. par. 7.

- 1 Limita primo, non procedere in hærede conuento vt restituat usurpas, quando defunctus iussit eas restitui, vel cavit, secundum formam, lex in c. quamvis, de usurpis, lib. 6. nā tunc propter periculum animæ quæ cunctis rebus præfenda est, non debet differri: vt in l. sancimus. C. de sacro sanct. eccl. in c. cum infirmitas, de pœnitent. & remissio. Et hanc limi. ponunt Doct. in d. §. donec. præcipue Iacobi. de S. Georg. nu. 2. Corne. nu. 1. Xuarez. in l. post rem iudicatā, in l. extensione, nu. 6. fol. 13 2. col. 1. ff. de re iud.
- 2 Limita secundo, vt non procedat quoties hæres inquietaret alios ex causa hæreditatis. nam tunc potest reconueniri à conuento ab eo. Arg. tex. in l. 2. in §. sed si agant. ff. de iud. & in Auth. consequenter. C. de sent. nisi illos conueniret hæres necessitate compulsus: puta quia debitores hæreditarij cum pecunia fugiebāt vbi fecit eos capi; vel domus vicini minabatur ruinam super dominum hæreditariam, unde petit cautionem damni infecti: vt in l. 2. in §. sed si agat ff. de iud. ita expresse tenet Angel. in d. §. sed si agant. nu. 3. idem Ange. vbi dicit ita vidisse de facto practicari & iudicari in l. 1. in §. hæc stipulatio. nu. 16. vers. tertio fallit, ff. si cui plus, quam per l. Falc. quem sequitur ibi Imol. num. 10. Corne. in d. §. donec nu. 2. Xuarez vbi supra, nu. 8.
- 3 Limita tertio, vt non procedat quoties petitur aliquid ab hærede pro impensa funeris: tunc non opponit de inuentario. Ita expresse tenet Ange. in d. l. 1 in §. hæc stipulatio. nu. 16. quem sequitur Cor. in d. §. donec. nu. 2. & Iacobi. de S. Georg. nu. 1.
- 4 Quarto fallit, quando conueniretur hæres pro legatis suis non requirentibus donationē. scilicet alimentorū pauperum qui interim fame pereunt. Ita expresse tenet Ange. in d. §. hæc stipulatio. nu. 16. vers. secundo fallit. quod dictū sequitur ibi Imol. nu. 10. vbi dicit se ita vidisse practicari. Eandem opin. tenet Phil. Corn. in d. §. donec. nu. 2. Iacobi.

D. Petri Duen.

de S. Georg. nume. 1. Bartholo. de Chassaneo in consuetu.  
Burg. in tit. [Des successions.] Regul. 7. nume. 14. colum. 1.  
nume. 9. fol. 281.

Quinto limita, quoties conuenitur hæres rei vendicacione: quia tunc conuenitur ut quilibet possessor, non ut hæres, vt in l. de eo. in §. pen. ff. ad exhib. Ita expresse tenet Odofr. Gulielm. de Cugno. Bal. Sali. & Paul. de Cast. & ibi Corn. nu. 1 Iacobi. de S. Georg. nu. 1. Ang. in 5. §. hæc stipulatio nu. 16. & ibi Imol. nu. 10. Roderic. Xuarez in loco supra alleg. nu. 7.

Regula CCLXVIIIL

EXCOMMUNICATVS non potest in iudicio principaliter agere. Hanc reg. probat tex. in c. intelligimus, de iudi. in c. post cessionem de proba. in c. decernimus, de sent. excommu. lib. 6. De iure regio probatur in l. 4. titu. 10. lib. 2. fori. & in l. 176. styli.

Circa quam reg. vltra doc. in supra dictis locis vide Nepotem à Monte Albano in trac. exceptionem, artie. 6. per totum. Ioan. de Ligniano in trac. de censura ecclesiastica. nu. 26. & 27. Parisi. in c. cum inter. & in c. fi. num. 2. de exceptio. Hierony. Gigantem in trac. de pensionibus. quæst. 13. Chassanæ. in consuetud. Burg. titul. [Des iustices.] Rub. 1. §. 6. fol. 63. col. 4. nume. 15. Ioan. de Selua. in trac. de beneficio. in 4. parte. q. 4. Ludouicus Gomez, in c. 1. nume. 16. de rescript. lib. 6.

Hanc reg. cum quatuor limit ponit Soc. in reg. 132. Hæc item cum quatuordecim limitationib. ponit Feli. in d. c. in telligimus, a nu. 7. vsque ad finem. Eandem cum 22. limitationib. ponit Montalaus in d. l. 4. tit. 10. lib. 2. fori. in gloss. in verb. [demandar.] ex quibus quindecim ante eum posuit Gemin. in c. 1. de rescrip. lib. 6.

Et circa hanc reg. vide 61. pœnas excommunicationis per Pet. Rebuffum in gl. concordatum, in Rub. de excommunicatis non vitandis. pag. 384. col. 2. cum octo sequent.

Regula CCLXIX.

EXCOMMUNICATVS non potest esse arbiter. Quam reg. firmat Io. And. in reg. dolo. de reg. iii. li. 6. & ante cū hoc te nuit Spec. in tit. de arbitr. in §. differt. nu. 10. Hostiens. in c. cum

cum dilectus, de arbitr. Hanc opin. tenet glo. & ibi Odof. & doctor. in I. Pædius, in verb. ignominiosus, vbi assignat rationem, ff. de rece. arbitr. allegat tex. pro ista opinione in c. ad probandum, de re iud. vbi Panor. nu. 2. & in c. veritatis, nume. 32. de dolo & contu. & in c. Quintauallis, nume. 27. de iure iurian. Geminia. in c. decernimns, nume. 7. de senten. excommuni. Dec. in c. intelleximus, in 1. notab. de iud. Hac opinio. dicit esse veram Are. in §. penul. nu. 19. Insti. de except. Lanfranc. in tract. de arbitr. in 2. par. princ. nume. 20. & esse communem Ioann. Baptista, de S. Blasio in tracta. de arbitr. in 6. parte 4. libri, nume. 1. Eandem opin. tenet Imo. in I. ex facto, in §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. & dicit eam esse commu. Ale. in I. si quis arbitratu, col. pen. ff. de verbo. obli. Imol. in c. Quintauallis 41. de iure iurian. Ioan. de Selna in tract. de beneficio. in 4. parte, q. 4. nu. 3.

1. Limita primo, quoties arbiter excommunicatus eligitur per alios excommunicatos: nam tunc inter excommunicatos potest esse arbiter, arg. tex. in I. quoniam, C. de haeret. c. pagani, §. in hoc, & c. seq. 2. q. 7. Ita expresse tenet Spec. vbi supra: & ibi Ioan. Andr. in addi. Quod tamen non puto procedere in arbitro iuris. vt in electo ex forma statuti, per rationem quam ponit Ang. in q. incipien. duo inuicem, vbi dicit, quod quotiescumque arbitro cohæret iurisdictio, vt est in arbitro iuris, & in arbitro qui eligitur ex forma statuti inter consortes: tunc excommunicatus non est capax talis arbitrij ex quo non est capax iurisdictio, & quod illi arbitri statutarij habeant iurisdictio, quemadmodum & iudices, vltra Angel. in d. disputatione, ita tenet Aret. in I. nemo potest, nu. 4. vers. dubitatur, ff. de leg. 1. colum na 8. & ibi Crotus colum. 3. Imol. in c. Quintauallis, nu. 4. de iure iurian.

2. Limita secundo, quando communiter pro non excommunicato habebatur: nam communis opinio præualet veritati. Ita expresse tenet Spec. in titu. de sentent. in §. quoniam, nume. 4. Baptista de sancto Blasio in tracta. de arbitr. cap. 6. 4. libri, nume. 1. facit tex. in I. Barbarius Philip-pus, ff. de offic. præto. & quod ibi notat Ias. nume. 61. De iure regio facit text. in I. 4. in fin. tit. 4. par. 3. & in I. 3. titu. 19.

D. Petri Duen.

lib. 2. ord. quod notat Tiraq. in ll. cōnnbia. glo. 6. nu. 141. cū seq. & hanc opinio. tenet expresse Abb. in d.c. veritatis. Fe-de. de Senis in cons. 137. nu. 1. in fi. Feli. in c. ad probādum, nume. 3. de re iudic.

3 Tertio limita, vt non procedat in excommunicato non publice, nam talis intra annum potest esse arbiter, post annum vero non argu. tex. in auth. credentes, C. de hære. vbi excommunicatus ob id quod fauorem præstiterit hæreditis, intra annum potest pœnitere, post annum vero priuatur omni commido officij, & non potest esse testis. Ita tenet Ioan. Baptista de S. Blasio in d. tract. de arbitr. lib. 4. cap. 6. nu. 1. Imol. vbi hoc notab. declarat in d.c. Quintauallis, nu me. 41. Et circa hanc regu. exceptiones alias, que contra arbitrii possunt opponi, ponit Spe. in tit. de arbitro & arbitr. S. excipitur, nu. 1.

Regula cclxx.

EXCOMMUNICATVS non potest petere restitutionem in integrum. Hanc reg. ponit Abb. in e. significauerunt, de except. & sequitur ibi Fel. nu. 11. Imol. nu. 6. Ancha. nume. 5. & ibi Paris. notab. nu. 44. idem Abb. quem sequuntur ibi doct. in c. cum inter, nu. 19. eo. tit. reiecta opinio. Domini de Rota in decis. 453. in nou. secundum impressionem antiquam, & secundum nouam, in decisione. 7. in titul. de except. vbi domini de Rota pro utraque parte multa fundamenta adducunt.

2 Limita primo, vt non procedat quandocunque vertitur periculum animæ. Ita expresse tenet Host. in d.c. significauerunt, & ibi Anch. nu. 5. Imol. nu. 6. Fel. nu. 11. Abb. nu. 22. & sic omnes doct. Eandem opin. tenet etiam Ant. de Butr. & ibi Abb. in d.c. cum inter, nu. 19. & ibi Fel. nu. 26. Domini de Rota. in d. decis. 7. vbi ponunt exemplum in causis beneficiaribus, & in causa matrimoniali cum non transeat in rem iudicatam, c. lator, & c. tenor, & c. consanguinei. de re iudi. vt notatur in c. iuranit, in c. quoniam contra in glo. fi. de proba. Pro qua opif. facit, nam licet allegando quis turpitudinem suam non audiatur, l. si creditoribus, in fi. C. de seruo pigno. dato & manu. cum alijs notat Fel. latissime in d.c. lator. in 1. col. l. s. in l. alias. nu. 17. ff. de iure iur. tamen

vbi-

vbi cunque uertitur periculum animæ bene auditur. ista est gl. notab. secundum Abb. ibi, in c. inter dilectos, in ver. tur pitudinem, de donatio. & est simi. glo. in c. 3. loco. in verb. præcognitam, de præsum. & Imol. notab. in d. c. significaerunt, nu. 10. dicit quod quando cunque uertitur periculum animæ, non solum conceditur restitutio, vt in præsenti limitatione, verum etiam conceditur actio, quem sequitur Fel. in d. c. cum inter, nu. 26. Paris. vbi hoc notabiliter declarat in d. c. significauerunt, nu. 47. de exceptio.

- 2 Limita secundo procedere, quando cunque quis uellet restitui ex capite tantum, quia excommunicatus, & ratione fauoris personæ, secus si ex alio capite esset impedimentum propter quod uellet restitui, quia tunc concedenda est. Ita expresse tenet Abb. in d. c. cum inter nu. 19. de except. quæ sequitur ibi Felin. nume. 19. & ibi etiam Deci. faciunt quæ notant Abb. & Philipp. Franc. in c. ex tatione, de appella. Eadem opinion. sequitur Paris. in d. cap. significauerunt, numero 44.
- 3 Limita tertio, ut procedat quando restitutio in integrū peteretur principaliter, secus autē si incidenter, quia tunc deberet concedi excommunicato, quando illam petit ad effectum appellationis interponendæ & prosequendæ, nā cum excommunicato concedatur appellatio, etiam conce di debent antecedentia ad illam, argu. nota. in L. oratio. ff. de sponsa. Ita expresse tenet Domini de Rota in d. decis. 7. & est de mente glo. in c. in nomine domini, in verb. audientia. 23. dist. tamen commu. Docto. tenent contrarium, volē tes quod etiam incidenter peti non possit, ex quo est illi imputandum quare non appellantur, ita tenet Abb. & Feli. in d. c. significauerunt, idem Abb. & Feli. in d. c. cum inter & Paris. vbi notabiliter declarat. in d. ca. significauerunt, nu. 45. vbi eam dicit communem.

*Regula CCLXI.*

EXCOMMUNICARI debent non uenientes ad Synodum Episcopi. Hanc regulam probat text. in c. fi. 18. disti. & in c. quod super his de maiori. & obedi. ibi, per censura possunt etiam suspendi vel interdicti: quia appellatione ecclesiasticæ censuræ comprehenditur excommunicatio, suspensio,

&amp;

## D.Petri Duen.

& interdictum:vt in c. quærenti, de verb. signi. quem tex. vltra Ioan. Bern. in practica, c. 122. notab. declarat Bermodus in tract. de publicis concubi. pag. 172. nu. 1. cum alijs.

1. Amplia primo hoc procedere, etiam licet veniant, sed non in tempore competenti: hoc est in termino assignato, per tex. in c. placuit & in c. si episcopus 18. dist. vterq; Cardi. notant, si tamen veniant synodo iam cepta, non debent puniri: quia ex quo ueniant præsumuntur fuisse impediti, arg. tex. in l. diuus, ff. de integr. restit. ita tenet Geminia. in d. c. si episcopus, col. 1.
2. Amplia secundo procedere, non solum si non veniant, sed etiam si veniant, & illicientiat i recedant, vt in c. si quis autem 18. dist. & in c. rursus 11. q. 3. in c. 1. de iudi. ita tenet Inno. & Panor. in c. consuluit, col. 3. de offic. delega. vbi dicunt, quod si canonicus sit uocatus ad electionem, & die prefiga non fiat electio sed differatur, si postea recedat, presentes eo non citato ad electionem vterius poterunt procedere. Faciunt notata per Bar. nu. 10. & ibi Alex. nu. 24. in l. si finita, in §. Iulianus, ff. de dam. infe. vbi dicit quod veniens ad iudicium & non stans usque ad discessum iudicis, non dicitur uenisse, nisi licentiatus abeat. Facit etiam: nam laici non debent exire e Missa ante benedictionem, cap. missas de conse. distinctio. prima, nec clerici ex horis ante Benedicamus Domino: vt notat Cardin. in clemen. prima, not. 8. de celeb. Missa, à simili: ergo ad synodum venientes & recedentes ante generalem licentiam, quæ fit in benedictione episcopi, dum dicit, vt positis illefi ad propria redire: non censetur uenisse, & ideo possunt excommunicari, interdici, vel suspensi.
1. Limita primo, quando debentes venire essent contumaces, & ter citati seu moniti, alias non deberent excommuniari, interdici, vel suspensi, vt in c. sacro. de senten. excom. c. reprehensibilis, de appell. in c. constitutionem, de senten. excom. lib. 6. Ita tenet Cardi. & ibi Præpo. in c. si quis episcoporum. 8. dist. Monitio tamen una si fuerit facta in synodo, habet vim trinæ monitionis, glos. not. in c. si episcopus, in ver. preceptione 18. dist. quam sequitur Abb. in c. ex literis, nu. 9. de consti. & in c. cum nobis, nu. 10. de elect. & in c. cum

cum causa, nu. 8. de offic. de lega. Fel. in c. quoniam frequenter, in §. porro, nu. 22. versi. aduerte tamen, vt lite non contest. & in c. cum sit Romana, nu. 20. de appella. Ripa in c. r. nu. 82. de iudi. Ratio est: quia in actibus extrajudicialibus regulariter non requiritur peremptoria citatio, sed sufficit vñica. vt notatur in d. locis. & notat Bart. in l. si tempora. C. de fide instru. & iur. hastæ fisca. lib. 10. & in Extrauag. ad reprimendum, in uer. in termino quo, in crimi. læsæ maiest. proceda. in vñib. feud. & in clem. r. in §. propter, in ver. requisierit, de hære. late Feli. in c. ex literis, nu. 8. de consti. Roma. in sing. 429. Alex. de Imol. in l. contumacia, in 8. fallen. ff. de re iudi. doctor. in l. de pupilo, in §. si quis ipsi pretori, ff. de noui oper. nunti. Hipp. in l. de unoquoque, nume. 168. ff. de re iudic.

## Regula CCLXXII.

EXCOMMUNICATVS potest facere testamentum. Hac opinionem tenuit Innoc. in c. cum voluntate, de sent. excom. Arch. in c. pia. de except. libr. 6. Cuius ratio est: quia omnes qui de iure expresse non prohibentur, possunt testari l. si queramus, ff. de testa. §. fi. Insti. quib. non est permis. facere testa. & l. i. C. de sacro sanct. eccl. sed excommunicatus non reperitur prohibitus a iure ergo potest, testari. Hanc opinionem tenet Ioann. And. in c. decernimus, de senten. excommunicatio. Federi. de Senis, in consil. 74. Bar. in d. l. si queramus, nume. 3. Bald. in l. fi. col. 3. C. si à non compete. iud. Abb. in c. veritatis, de dol. & contu. nu. 32. & in c. pastoralis, in §. verum de appella. nu. 19. & in Rubr. de test. nu. 11. Imol. in c. 2. de testa. Ioan. de Selua in tracta. de beneficio, in 3. par. q. 4. nu. 4. And. ab Exea in libro pactorum: nu. 526. Guliel. Bened. in repert. c. Rainutius, in verb. mortuo itaque testatore, el j. nu. 288. Ioann. Garronis in l. i. nu. 32. C. de secun. nup. Ange. de Gambel. in tract. de testa. in prin. nu. 31. Iacobi. de S. Georg. in l. qui deportantur nu. 4. C. de hæred. instituen. Et hanc opinionem dicit esse communem Feli. in c. ad probandum, nu. 1. de re indi. & in c. cum voluntate, in fi. de senten. excom. Philip. Fran. in Rub. de testam. libr. 6. nume. 32. Barba. in c. quia ingredientibus, nu. 17. de test. Aret. in d. l. si queramus. Ioan. Gualden. in tract. de ar-

D. Petri Duen.

te testandi, tit. i. caute. i o. pro quorum opinione est glo. si. in c. pastoralis, in §. verum, de appell. vbi dicit, g. excommunicatus æquiparatur relegato, ex quo retinet dominiū, & administrationē rerum suarū, & potest contrahere: vt notatur in d. c. veritatis, de dolo, & cont. & in d. c. cū voluntate, de senten. excom. sed relegatus potest facere testamen-  
tum, l. relegatorum §. 1. & seq. ff. de interdict. & relega.

Licet contrarium teneat glo. in d. c. decernimus, in verbo, & testificando, cum æquiparetur deportato ex genere pœnæ: nam aqua & igne interdicitur excommunicatis, se-  
cundum glo. in §. minor. in verbo, interdictum. Institu. de  
capitis diminu. Quam glo. in d. §. minor, ultra doct. ibi, de-  
clarat Ludoui. Gome. in prin. nu. 40. insti. de actio. Fortun.  
Garcia, in l. Gallus, in §. quid si tantum, nu. 17. ff. de libe. &  
posthu. Et quæ sit poena aquæ & ignis, & qua ratione fuit  
instituta, vide glo. in l. Seia, in verb. aqua ff. de donat. inter  
vir. & vxo. quam sequitur & declarat Marius & Salmonius  
in d. l. Gallus, in §. & quid si tantum, nume. 20. ff. de libe. &  
posthu. Io. Corasius in l. naturaliter, in §. nihil commune,  
nu. 18. ff. de acq. poss. & op. glo. in d. c. decernimus, scilicet  
quod excommunicatus testari non potest. tenet Host. in c.  
pia, de excep. lib. 6. Io. Monach. in c. quanquam, de vsu. eod.  
lib. Archid. in d. c. decernimus, & illam glo. dicit esse singu.  
Iacobi. de S. Georg. vbi simpliciter cum ea transit, in l. in  
pecuniarijs, nu. 3. de procurato.

1 Amplia primo, etiam si sit notoric excommunicatus. Ita  
tenet Io. And. in d. c. decernimus, in noue. Fede. de Senis, in  
d. conf. 71. Bar. in d. l. si queramus, ff. de testa. Philip. Franc.  
in d. Rub. de testa. lib. 6. nu. 31. Feli. in c. ad probandum, nu.  
1. de re iud. Io. de Selua in d. tracta. de beneficio, in 3. par.  
q. 4. nu. 4. Soci. in regu. 133. vbi allegat alios doct.

2 Amplia secundo, testari inter liberos, etiam si condem-  
natus de crimine hæresis. Vt in l. 4. tit. 2. 6. par. 7.

Hanc reg. cum duabus limitatio. ponit Soci. in reg. 133.

1 Ultra eum autem limita primo, nisi quis fuisset anathe-  
matizatus seu solenniter excommunicatus: vt in c. debent,  
11. q. 3. quia talis testari non potest: ita tenet Bald. in l. fi.  
nu. 7. C. si à non compet. iudi. Ratio est: quia talis anathe-  
mati-

matizatus videtur incidere in suspicionē bæresis, ita concludit Francis. in d. Rub. de testa. lib. 6. num. 31. allegando Bal. Et quid propriæ dicatur anathema, ponit tex. in c. Engeltrudam 3. q. 4. quem tex. declarat notab. Marc. Mantua in lib. 5. obleruat. obser. 50. vltra glo. ibi: & ita fit cum solennitate, de qua in c. debent, & in c. cum aliquis, 11. q. 3. & in c. cum non ab homine, de iudi. Et vnde dicatur anathema est glo. in extrauag. excommunicamus, in verbo, anathematizamus, de sent. excom. in commun. quam gl. sequitur Fel. in c. à nobis, nu. 7. de exceptio. & quid sit anathema vltra illam glo. ponit Hostien. in c. fi. de cleri. excom. ministran. & ibi Abb. idem Abb. in c. cum contingat, de foro cōpe. Fel. in Rub. nu. 3. de senten. excom.

- 2 Limita secundo, nisi quis esset excommunicatus eo quia percussit Cardinalem, vel auxilium, vel consilium dedit. Ut in c. fœlicis, in prin. de pœn. lib. 6.

*Regula CCLXXXIIII.*

**E**X E C V T I O sententiæ fieri non debet durante tempore dato ad appellandum. Hanc regulam probat glo. in l. vnī. in ver. nouare ff. nihil noua. appell. pendens. glo. in c. non solum, in ver. innouata, in prin. de appell. lib. 6. De iure Regio est tex. in l. 5. tit. 27. par. 3. & in l. 7. titu. 15. lib. 2. fori.

Hanc regu. cum vnica amplia. & septem limitati. ponit Philip. Francis. in d. c. non solum nume. 7. in princ. Et circa ampliationem vide Bernard. de Luco in regu. 110. Porro circa hanc regulam vide septendecim casus in quibus impeditur executio sententiæ, per Specul. in titu. de executione sententiæ in §. postremo à nu. 1. usque ad nu. 7. alios ponit Petr. Rebuff. in glo. ad constit. Regias Galliæ, in ti. de sententijs executorijs, arti. ulti. in glo. ult. num. 12. cum alijs in 2. ampliatione, quæ ampliatio non procedit, ut dixi in regu. 345. in 2. limitatione.

*Regula CCLXXXIIII.*

**E**X E C V T I O quando fit super re super qua cognitio præcessit, & sententia est lata, non impeditur à tertio se opponente, sed illi cauetur de indemnitate. Hanc regulā probat tex. in l. is à quo & in l. seq. ff. de rei uendi. in l. cū idē ff. de peti. hære. & ita per illa iura cōcludit Bar. notabili-

liter

## D. Petri Duen.

liter in l. à diuo Pio in §. si super rebus, nume. 2. de re iudi. & in d. l. cum idem, Bar. in l. si alienam rem ff. de solutio. & l. ita tamen in §. quoties nu. 2. ff. ad Trebel. Inno. in c. cū super de re iudi. nu. 4. & ibi Feli. nu. 11. & in c. veniens el ij. nu. 7. de testib. Ias. in d. §. si super rebus nu. 17. & ibi Alex. nu. 24. & ibi Hercu. notab. nu. 32.

Hanc regulam ponit Ioan. Bernard. cum duabus limitationib. in regu. 266.

- 1 Amplia primo, habere locum in beneficialibus, vt videlicet tertius se opponens executioni sententiae latæ super beneficio, non impedit executionem, præstata cautione vieto de eum defendendo contra tertium. Ita tenet Inno. in d. c. super de re iudic. idem Inno. Ioan. And. & Docto. in c. 1. de concessio. præben. lib. 6. Felin. in d. c. veniens nu. 7. ver. tercia conclusio. de testi. Ias. in d. §. si super rebus nu. 17. Matth. de Afflic. in c. si duo homines nu. 33. de pace tenenda & eius viola. & in c. imperiale in §. præterea inter duos nume. 67. de prohibi. feu. aliena. per Federic. in vñibus feudorum.
- 2 Amplia secundo, habere locum in feudis. Ita concludit And. Isern. in c. 1. in 3. col. de vasall. qui contra consti. Lotha. in vñib. feud. quem sequitur Matth. de Afflic. in d. c. imperiale nu. 67. & in d. c. si duo homines nu. 33.
- 1 Limita primo vltra Bernar. vbi interuenisset, scientia ipsius tertij, quoniā si sciuisset & pro suo interesse non cōparuisset, non audiretur etiam data cantione, per text. in c. quanuis, cum sua materia de re iudic. & in l. sēpe ff. eod. ti. Ita tenet Anto. de Butr. Panor. & Feli. in d. c. veniens el ij. de test. nu. 10. versi. 2. fallit. ita tenet Alex. vbi dicit, quod ita communiter tenet doct. in d. §. si super rebus nu. 24. eadem opinio. tenet Imo. in l. à sententia, in prin. ff. de appell.
- 2 Limita secundo, quando vietus possideret, quia tunc impedit tertius executionē præstata cautione, secus tamen si ille tertius se opponens possideret, quia tunc audiendus esset & impediret executionem, per ea quæ habentur in d. c. cum super, & in d. §. si super rebus, & in l. ob maritorum C. ne vxor pro mari. & in l. si. C. si per vim vel alio mod. & ita loquitur tex. in d. l. is à quo scilicet quando non tertius sed

sed victus possidebat. Hanc limitationem posuit Imo. in l. à sententia, in prin. col. 5. de appell. quem sequitur Alex. in d. §. si super rebus nu. 26. vers. tamē potestis. Alia circa hāc regu. vide per Doct. in locis supra allega.

## Regula CCLXV.

**E X E C U T I O** contra omnes, & in omnibus rebus potest regulariter fieri, nisi expresse reperiatur prohibitum. Hanc regulam probat regu. iuris quæ habet, quod in iure omnia censetur permissa nisi reperiatur prohibita, l. nec non, §. quod eis, & ibi glo. ff. ex quib. caus. maio. text. l. ab ea, ff. de probat. & in l. mutus, in §. cum quæritur ff. de produc. cum alijs simi. alleg. in glo.

1 Limita primo non procedere in vestibus, lecto, & alijs similibus ad usum necessarium deputatis: nam in istis non fit executio, quia iste minime transeunt in hypothecam. Secundum Barto. Bald. & docto. in l. 1. C. quæ res pignori obliga. poss. text. in l. 5. titu. 13. par. 5. Pro quo facit, quia vestes etiam cedenti bonis sunt relinquenda, secundum Bart. & docto. in l. penult. ff. de cessione bonor. cum etiam damnatis ad mortē nō auferuntur l. diuus ff. de bon. damna. Ita tenet Ioan. Fab. & ibi Ias. nume. 26. in §. ff. instit. de actio. Quod tamen intelligo verum quando aliud debitor haberet, sed quando aliud non haberet debitor, possunt capi etiam supellecilia, & lectus & vestes, debent tamen solum relinquere vestes quibus cooperiatur. pro qua op. est glo. in verb. oratorium in l. exequitores C. quæ res pigno. obli. poss. Ludo. Gom. in §. item Seruiana nu. 37. de actio. inst. faciunt quæ dicam in sequen. limita.

2 Limita secundo, non procedere in bobus aratoris, & instrumentis ad agriculturam deputatis. Ut est tex. in l. exequitores, & in Auth. agricultores C. quæ res pignori oblig. poss. ita tenet Ias. in l. 1. nu. 1. ff. de feri. Ludo. Gom. in §. itē Seruiana nu. 30. insti. de actio. Pro qua est Regia l. 4. ti. 13. par. 4. & l. 5. titu. 19. lib. 3. fori. & l. 7. & 8. titu. 12. lib. 5. ord. Quod etiam verum intelligo, vt supra dixi, & infra dicam alijs bonis non existentibus.

3 Limita, non procedere in militibus: nam executio non potest fieri iu armis, nec in equis ipsorum. Ut est glo. in l.

Nepos

## D.Petri Duch.

Nepos Proculo in verbo, dignitate ff.de verb.signifi.quam sequitur Ias.in d. §.item Seruiana num. 66. De iure Regio probatur in l. 5.titu. 13.par. 5.& in l. 9.tit. 12.lib. 5. ordina. & in l. 12.ti. 1.& in l. 3.tit. 2.lib. 4.ordi. Quod etiam habet locum , etiam si iste talis non sit miles, si tamen militat & habet equum & arma,talia etiam non possunt capi,ut in d. l. 12.ti. 1.lib. 4.ord.& in prag. 57.ver.[Otrosi defendemos] in vol.prag.& in prag.vlti.de Madrid. 1534. Quod tamen locum habet etiam pro debitibus fiscalibus, vt in d. pragma. 154. vbi hoc intelligit quandocunque miles habet alia bona,secus si alia bona non habet . pro qua opinione est etiā tex,in l.stipendia, C.de execu. rei iud.& ibi Cy.

- 4 Limita quarto,nō habere locum in stipendijs militum. Vt in l.stipendia C.de execu.rei iudica.& ibi Doct. & in l. commodis.& ibi Docto. ff.de re.iudi.
- 5 Quinto fallit in scholaribus : nam in libris scholarium non potest fieri executio.Vt est glo.notा.in l.nepos Proculo.in verb.dignitate ff.de verbo.signifi. quam glo.sequitur Ias.in l.si non sortem,in §.si centum ff.de condic.indeb. & tenet Montal.in d.l.5.titu. 14.par. 5. Eandem etiam glo.sequitur.Ias.in §.si.nu.6.inst. de actio.Rebuf.in tra.de priui. schol.priui. 19. Ratio illius glo. est,quia generali obligatione nunquam comprehenduntur instrumenta & res, per quas utilitati publice consuluntur . pro qua opinio. est text. in l.obligatione, cum seq. ff.de pigno.quem text. declarat notabiliter.Anto.Negusan.de Fano, in tracta.de pig.in 2. part.memb.2. nu.36. cum sequen. Quam limita.intelligo veram, vt supra dixi; quando alia bona :eperiuntur, secus si alia bona nō reperiuntur, & ita expresse tenet Gome. in d. §.item Seruiana nu.30.per glo.in d.l.exequutores, licet idem Petrus Rebuffus contrarium teneat in tracta.de priuileg.scholarium,priuileg. 13.
- 6 Sexto limita, non procedere contra tertium non nominatum in iudicio, quia contra eum non potest fieri executio.Ita expresse tenet Bald.in consi. 149.vol.3.facit etiam quòd not.Bald.& ibi Imol.in l.si binæ,ff.de iniu.rup.idem Bal.in l.si pro te, in fi.C.de dot.prom.vbi tradunt, quòd is qui non reperitur in instrumento, non potest ex illo prætendere

tendere executionem, nec actiue, nec passiue, quamuis ex eo intereste prætendat. facit etiam tex. cum sua materia in l. à diu Pio. in §. si super rebus, ff. de re indi. Facit quod tenet Iaso. in l. iuris gentium in §. prætor ait nu. 9. ff. de pac. vbi dicit, quod stante statuto quod instrumenta publica statim debeant executioni mandari. & contra ea nulla possit opponi exceptio, vt est tex. in l. 4. tenu. 7. lib. 3. ordi. debet intelligi, quando agitur contra illum cum quo factum fuit instrumentum, secus si tertium possessorem, quod ante eū tenuit Angel. in l. si vnum. in §. ante omnia. ff. de part. Ioan. de Imo. in clement. 1. nu. 11. de re iudic. Eandem opinionem tenet idem Iaso. in l. certi condictio. in §. quoniam nume. 10. ff. si certum petat, & in d. §. ante omnia. nume. 4. & in l. Imperatores. in princ. nume. 2. ff. de transactio. In quo notwithstanding est, quod quandocunque in instrumento est pactum de capiendo, & constitutum precepsij, potest fieri executio contra tertium possessorem etiam non citatum, & etiam negotio non liquidato. Ita notabiliter concludit Frācisc. Aretin. in consil. 21. nume. 4. versic. histamen non obstantibus. Barthol. Socin. in consil. 82. nume. 8. volumi. 3. Ludou. Gozad. in consil. 18. nume. 15. & in consil. 42. nu. 3: & 11. & nume. 15. in si. & in consil. 95. nume. 9. Guido Papa in decisl. 356. Albert. Brun. in consil. 93. nume. 8. Alexand. in consil. 85. nume. 5. velum. 6. Bart. in repet. l. creditores. nu. 25. C. de pigno. & ibi Sali. col. 8. vers. quarto octauo. Bal. in consil. 68. vol. 5. Imo. in c. potuit col. 13. vers. nota etiam quādo emphyteuta. de loca. Caſtren. in consil. 10. nume. 4. vers. ex his etiam dico lib. 1. Tiraquel. in trac. de iure constituti. in 1. par. nume. 42.

7 Linita septimo, non procedere in peculio profectitio filij, nam pro delicto, vel debito patris non potest fieri executio in dicto peculio, quamvis profectitio. Ita Bart. in l. 3. in §. sed vtrū nu. 4. vers. venio ad quartam partē. ff. de minori. & ibi Bal. idem Bal. in l. pen. C. qui bonis cede. pos. simili ter & pro delicto filij non potest fieri executio in peculio aduentitio, etiam super proprietate quæ est tota filij. ita expressie tenet Bart. in l. si finita in §. si vestigalibus nu. 12. ff. de damno infect. quem sequitur ibi Imol. & Alex. nu. 44.

D. Petri Duen.

dicit communiter Doct. ita tenere Ioan. Bernard. in pta&c. c. 124. pag. 274. Pro qua facit, nam pro delicto filij non potest fieri executio etiam in peculio castrensi, ut est text. in l. 3. de bonis præscr. quod est liberum ipsius filij, ergo multo minus in aduentitio in quo minus habet iuris. Hac opinionem tenet Bal. in l. 3. in §. si filius, ff. quod quisque iuris. Et an ex delicto patris publicetur fructus aduentitorum qui sunt patris? Bar. in d. §. sed utrum nu. 5. hoc relinquit cogitandum, tamen eam examinat Alex. latissime in d. §. si de vectigalibus, nu. 50. Circa' quam quæst. vide Nico. Boer. in decisiō. 7. Rodericum Xuarez in l. post rem iudicatam fol. 126. col. 1. cum alijs, ff. de re iudi. nu. 1.

8. Limita octauo, non procedere in bonis tutoris in quibus non sit executio, quando fuit condemnatus pro pupillo tutorio nomine, sed sit in bonis pupilli. Tex. est ibi Bal. & doct. in l. 1. quando fisc. vel priuatus. Bar. in l. 2. ff. de admin. tuto. Quod tamen non procedit, quando executio fieret pro condemnatione expensarum, nam si tutor non habuit iustam causam litigandi, & propterea fuit condemnatus in expensis, sit executio contra eum, & non contra pupillum, text. est in l. non est ignotum, ff. de administr. tuto. Bar. in l. xedita. col. fi. C. de eden. & in l. qui solidum, in §. etiam, ff. de leg. 2. & in l. 4. in prin. ff. de re iudi.

9. Nono limita, in bonis singulorum cuius pro debito universitatis. Ita tenet Bald. vbi hoc notabiliter declarat, in l. etiam, nu. 25. C. de executi. rei indica. Circa quod vide etiā Bart. & doctor. in l. si se non obtulit in §. actor. ff. de re iudi ca. & Bernard. de Luco in regu. 267.

10. Decimo limita, non procedere in bonis monasterij, ut in illis non sit executio pro debito monachi. quod intellige nisi sint bona quæsita monasterio per medium ipsius monachi, ipse autem monachus non debet pro debito careeri. Ita tenet Bal. in Auth. causa, quæ. nu. 3. in fine; ver. 4. considerandum est, C. de episc. & cler.

11. Limita undecimo, non procedere in fructibus prebendæ seu beneficij ecclesiastici, quia in eis non sit executio pro condemnatione clerici, dummodo habeat alia bona, sed si alia bona non habet, potest fieri executio in dictis bonis.

ita

ita tenet Bar. & ibi Ale. nu. 2. in l. commodis, ff. de re iudic. & ibi Vinc. de Hercu. nu. 2. idem Bar. in l. à Diuo Pio. in §. in venditione. vers. exequuntur. in si. ff. de re iudi. glos. Bart. & doc. in l. stipendia. C. de executio. rei iudi. Abb. & doc. in c. peruenit. de fideiussō. & in c. 1. de appell. De iure regio probatur in l. 23. & 45. titu. 5. par. 1.

**12** Duodecimo limita, non habere locum in fructibus seu di, in quibus non sit executio nisi in subsidio, scilicet alijs bonis non existentibus. Ita tenet Ang. in l. pro hærede. §. si quis, ff. de acquiren. hære. Bar. & ibi Imo in l. si finita. in §. si de vestigalibus. ff. de dam. infecto. Ale. in d. l. commodis, nu. 2. ff. de re iudic. & ibi Herculani. nu. 4. Matth. de Afflic. notab. in decisio. 26.

**13** Decimotertio limita, ut pro debito vniuersitatis nō possit fieri executio in vijs publicis, & theatris, & similibus, quæ sunt ad vsum ciuium & ipsius vniuersitatis, sed compellitur potius uniuersitas imponere collectam. Ita tenet Ioan. Andræ. in addi. ad Specul. in tit. de executione sententiæ. in §. sequitur. ver. quid si vniuersitas. Bart. in l. si se non obtulit, §. actor. ff. de re iudi. & in l. 1. in §. quibus, ff. quod cuiusq; uersinom. Ange. in d. l. commodis, & ibi Imo. nu. 3. Ale. nu. 4. Herculani. nu. 4. in si.

**14** Decimoquarto limita, ut non fiat executio in bonis mariti pro debito uxoris, & contra. Ut in l. 1. & 2. C. ne uxor pro marito. Quod tamen non habet locum quandocunq; mulier mortuo marito suscepit tutelam filiorum; & transit ad secunda nota non redditis rationibus, & non petitotutore, potest pro debito tutelari fieri executio, etiam in bonis secundi mariti, quæ censeatur ad hoc ipso iure obligata. Tex. est notabilis in l. si mater. C. in quibus casibus pignus uel hypotheca taci. contrahitur.

## Regulæ CCLXXVI.

**E**X E C V T I O potest fieri contra fideiussorem, petiden te lite contra reum. Hanc regulam ponit Bal. in l. hna. nu. 2. C. de fideiussō. per gloss. quam dicit esse notabilem in l. creditor. in verbo, possem. ff. manda. Pro qua facit notable verbum eiusdem Bald. in cap. contingit. nu. 20. de dolo. & contu. ubi dicit, quod captura rei non liberat fideiussō-

D. Petri Duen.

rem, sed nihilominus fideiussor capi potest, allegat tex. in l. hæredes a debitore, §. quod si seruus, ff. de fideiuso. & ibi Bart. idem Bart. & doct. in l. creditor. la ij. ff. si cert. petat. & illud dictum Bal. sequitur Hippo. in l. vnius, in §. custodiz: nume. 31. ff. de quæst. & in repetitio. Rubr. de fideiuso. nu. 380. & in singula. 398. & Bal. in d. a. contingit, allegat ratio nem sui dicti.

- 1 Limita primo, quando per primam executionem esset plene satis factum creditor. Ita tenet Angel. in l. qui restituere. num. 5. col. 2. vers. in gl. infi. ff. de rei vendi. quia alias simplex electio vnius executiui remedij non præcludit viā aliijs, facit text. in l. à quo fundus, ff. de damno infecto. & alijs allegatis per Ang. ibi.
- 2 Secundo fallit, quando consuetudo vel stylus Curiæ esset in contrarium, is enim tunc esset seruandus. Ut in cap. ex literis & in c. fi. de consuetu.
- 3 Limita tertio, quando conuentio esset in contrarium, nam tunc pacta seu conuentionis seruari debent. Ut in l. iuris gentium, in §. prætor ait. ff. de pac.
- 4 Quarto fallit, quando quis agere ad rescissionem contractus seu obligatorij instrumenti, tunc enim pendente cancellationis iudicio non siet executio. Ita expresse concludit Steph. Bertrandus in consil. 43. incip. etiam si uerum sit, in l. volum. 2. impressio. Quod dictum non videatur verum per tex. in l. 2. C. ad leg. Corne. de falsis. vbi si allegatur instrumentum falsum esse, condemnabitur debtor interim pendente quæstione falsi, ita etiam pendente cancellatione. Hodie tamen de iure regio habet locum illud dictum Bertrand. usque ad decem dies: nam si contractus habens paratam exæcutionem allegetur falsus esse, debet talis exceptio probari, vel aliqua iusta, intra decem dies, ut in l. 5. titul. 8. libr. 3. ordina. qui decem die, enumerauntur à die oppositionis, ut in l. 9. in ll. de Madrid. & in l. 64. Tauri.

Regula CCLXXVII.

EX ECVTIO potest fieri in hæredem mortuo testato. Hanc regulam probat text. in l. vniua. C. vt actiones ab hæredi. & contra hære. vbi probatur, quod omnes actiones actiuz,

actiū & passiū incipiunt ab hærede & contra hæredem. Facit. l. i. & per totū. C. de hære. actio. & tex. in l. si seruus, in §. qui margaritam, ff. de leg. i. Facit etiā tex. in l. i. in prin. ff. ad Trebel. & in l. hæredem, ff. de reg. iuris tex. in Athon. de iure iurant. à moriente p̄feti. colla. 4. & in l. hæres. ff. de v̄scapio. vbi hæres & defunctus censentur esse vna & eadem persona. Facit etiam ad hoc, nam hæres succedit defuncto cum sua causa, suisque vitijs. l. vitia, C. de acquiren. possessio. & l. Pomponius. ff. codem titul. Item pro regula. est text. in l. miles, in §. final. ff. de re iudic. vbi. executio sententiæ transit ad hæredem, tex. & ibi Bartol. in l. ex contractu, ff. de re iudi. & hanc opinionem tenet Rode. Xarez. in repetitione d.l. post rē iudicatam, in prima extensione, nume. i. ff. de re iudic. fol. 131. col. 1. per tex. & ibi Bart. in l. postulante. ff. ad Trebel. vbi probatur, quod ad id quod poterat compelli defectus, potest etiam compelli eius hæres. Hanc etiam opinionem tenet Iason vltra docto. quos ibi Xarez allegat. in §. fuerat, nume. 60. Institut. de actio. & ibi Ludouic. Gome. nume. 35. Pro qua opiniōne est text. de iure regio, recte intellectus in l. 13. titul. 9. part. 7.

1 Amplia primo habere locum etiam si iste hæres fuisse minor. nam nihilominus potest fieri executio in bonis que peruererunt ad eum ex defuncto. Per tex. in l. pupillus, iusta gloss. in §. sed & si creditor ff. de authorit. tuto. & in l. r. C. quando decre. opus non est.

2 Amplia secundo habere locum, etiam si statutum dicat, quod debitor possit carcerari, ut etiam hæres ius tunc capi possit, & etiam carcerari. Ita expresse tenet Bartol. in d.l. postulante in fin. princ. quia debitor est l. debitor, ff. de verb. signifi. & illud dictum Bart. vltra Imol. & docto. ibi sequitur Iason in l. si cui legetur. in §. fin. in 3. notab. & in l. diuortio. in §. interdum, nume. 6. ff. solut. matri. Gomezius in d. §. fuerat, numero. 35. Iacobi. de sancto Georg. in l. r. numero. 18. ff. si cert. petat. Chassanæ. in consuetudi. Burgund. in titu. [des censes.] Rub. 11. §. 6. fol. 362. colum. 4. nume. 1. cum sequen. Abb. in consil. 86. nume. 4. lib. 2. Philippus Deci. in consil. 536. nume. 2. Quod tamen non habet

locum quando debitor obligauit personam & bona sua: nā ratione huius obligationis non poterit capi hæres, licet debitor potuisse, ita expresse tenet Bart. in l. si decesserit, nu. 1. ff. qui satisda. cogan. quem sequitur ibi Iason nu. 13. & 14. assignat rationem in hoc.

3. Amplia tertio, vt talis executio non solum possit fieri per creditorem, verum etiam per cessionarium, & hoc dūmodo fiat ex persona credentis quod cessionarius dicere tenetur, licet fiat ad utilitatem cessionarij: vt in l. seruo, in §. fina. ff. ad Trebel. Angel. & Imo. in l. ille à quo. in §. vtrum eod. titu. Bar. in l. in prouinciali, ff. de noui operis nūcia. & sic cum cessionarius dicatur creditor illi executio fiet. Ita tenet Bald. in l. 1. in f. C. de actio. & obligat. & in l. per diuersas, in 10. quæstio. C. manda. Ias. in d. §. fuerat nu. 62. Hippo. vbi plura allegat in sing. 26. vbi dicit post Bal. in d. l. post diuersas, quod prius constare debet de cessione, & prius debet debitor citari, quem sequitur Nicolaus Boezius, vbi plures doct. ad hoc allegat, in decisio. 10. nu. 1. Ioan. Imbertus, vbi allegat plures doct. pro hoc in institutionibus Forensibus, Galliæ, lib. 1. cap. 4. pag. 34. Rodericus Xuarez in l. post rem iudicatam, in 7. ampliatione, fo. 136. col. 1. de re iudi.
4. Amplia quarto, vt etiam contra fiscum & fisci successorem fieri possit, vel in eum cui fiscus bona dedit. Ut in l. 1. C. de hæredi. vel actio. vendi. & in l. qui bona, ff. de iure fisci, & ita tenet Ias. in consil. 88. in presenti, volu. 3. quia fiscus non vult, nec intendit iuri tertij præjudicare, l. 2. §. si quis à principe, ff. ne quid in loco pub. & princeps concedendo bona, obligationes concedere uidetur, princeps bona, ff. de verbo. signi.
5. Amplia quinto procedere, vt non solum executio possit fieri ad petitionem creditoris verum etiam ad petitionem hæredis ipsi creditoris. Ratio est quam supra diix in principio regulæ, scilicet quod actiones actiuae & passiuae transiunt in hæredem, d. l. vnica. C. vt action, ab hæredi. & contra hære. & l. in princ. ff. ad Trebel. tex. & ibi Bal. in l. 1. C. quorum legat. & in d. §. qui margarita. m. ff. de legat. 1. & ita expresse tenet Bald. in l. vnica, in §. videamus, ad finem,

C. de rei vxo. actio. Ioan. Andreas in additio ad Specul. in titulo de cessione actio. Quod tamen intelligo uerum, dum tamen petens executionem probet se hæredem, ita tenet Bal. in d.l. per diuersas, in 10. quæ stio. C. manda. Angel. in 1. Creditores, C. de pigno. quos sequitnr Roderi. Xuarez in d.l. rem iudicatam, in d. 1. extensione, fo. 122. col. 4. nu. 11. Nicola. Boerius in decis. 10. nume. 6. vbi dicit quod prædictus hæres potest procedere in executione, cum censeatur eadem persona cum defuncto, & postea tenebitur docere, an sit hæres uniuersalis vel particularis, alias diceretur male processum, cum nullum haberet ius in ipso debito. & ita ibi dicit fuisse iudicatum per Arrestum quod ante cum consuluit expresse Paulus de Castro in consil. 91. nume. 5. versicul. tertio dicitur, libro primo, & ita expresse tenet ipse Xuarez in hærede debitoris, in d. extensione 1. nume. 3. Quod puto uerum quandocunque pars aduersa hoc petere, alias non oportet probare se hæredem, ut in l. 4. in §. hoc autem iudicium, & ibi Bartol. & Ripa, ff. de damnatione infecto.

1. Primo fallit, intra tempus conficiendi inuentarium, id est intra tres menses, nam tunc executio in hæredem fieri non potest. Ut in l. fin. in §. donec, & in §. si præfatam, C. de iure deliberandi, & ibi doct. Bal. in l. ait prætor, in §. si quis sit de procurator. Rodericus Xuarez in dicta extensione 1. nu. 5. Ias. in d. §. fuerat, nu. 61. Nicolaus Boerius in dicta decisione 10. nume. 3. Chassanæus in consuetudinib. Burgudix, in titu. [Des successions.] Rub. 7. §. 14. fo. 280. col. 4. nu. 9. De iure regio probatur in l. 7. tit. 6. parte 6. & in l. 13. tit. 9. parte 7. facit quod supra dixi in reg. 267.

2. Limita secundo, in successore singulare, id est in possidente aliqua bona contra quem non fieri executio. Ut in l. si debitori. & ibi Bar. C. si aduersus creditorem prescriptio opponitur. glo. in l. ea lege, C. de condicatio. ob caus. in gl. magna, in fin. Iason in l. quædam, in §. nihil interest, nu. 7. ff. de æden. & in l. ait prætor. la ij. nu. 10. ff. de iure iurant. & in d. l. si uenustus, in §. ante omnia, nu. 5. ff. de pactis, & in l. 1. §. si hæres, nu. 4. ff. ad Trebel.

3. Limita tertio, non procedere contra tenetem bona, Ra-

tio est, quia obligatio personalis non sequitur singularem, nec fundi possit lorem: in d.l. ea lege , C.de conditione ob causam,& in l.vt pomum, de seruitu. & in l.4. in §. opus, ff. de aliena.iudi.mutan.causa facta.& in l.venditor,in princ. ff.commu.præd. Ita expresse consuluit Iason in consi. 89.in præsenti,vol.3.Soci.in reg.135. Xarez , vbi hoc notabili- ter declarat, in d.l. post rem iudicaram folio 136. colu.3- nu.1.cum sequen. Ex quo inférto declarationem ad doctrinam Bar,in l.controuersia,nu.7.ff.de transactio. Vbi tenet, quod possessor bonorum hæreditatis potest conueniri à creditoribus, pro qua opinio.est text. in l. filius familias, in §. si seruus, ff.de petit.hæredi. & gloss. in l. 1.in verb. poter- rit, C.de fideicom,hæredi.petiti.vt non procedat quod via executina conueniri possint, per ea quæ dixit Roder. Xua- rez,vbi supra .

4 Quarto limita,vt non habeat locum cōtra hæredes de- functi,nec contra eius vxorem,affines , uel coniunctas per- sonas,vt instrumentum contra eos non possit executioni mandari intra nouem dies à tempore mortis defuncti . Ita expresse probat tex.& ibi Bar. qui ibi eum expresse ad hoc summat,in Auth.vt cum de appell.cogno.in §.hæc autem, coll.8.quem sequitur Roder.Xarez.in d.l. post rem iudi- catam,in 9.limit.fol.148.cpl.1.

5 Quinto limita,non habere locum contra tertium pos- sessorem,in quem non potest executio fieri, ita expresse cō cludit Ias.in l.si unus,in §.ante omnia,nu.4.ff. de pact.arg. tex.in l.1.ff.si cert.peta.& in l.iurisgentium,in §.prætor ait nu.9.ff de pact. & in l. certi condicō,in §. quoniam,nu.9. ff.si cer.peta. Roder ic. Xarez vbi plura allegat in repe.d. 1.post rem iudic.fol.137.col.1.nu.3.& facit tex.in d. §. ante omnia,g.l.in l.si creditor,ff.manda. & vide notab.Chass. in consuetu.Burg.in titu. [Des successions.] Rubr.7.§. 14.fol. 281.col.2.nu.15.

6 Limita sexto,non habere locum in hærede consuetudi- nali,qui fit in contractu matrimonij,seu societatis,seu pa- gti:in quem de iure non fiet executio : iuxta tex. in l.licet, C.de pact. quia talis institutio habet vim donationis,vt est glo.in d.l.licet,& ideo in eum potest fieri executio , quia. hæres

hæres proprie non est, nec iure hæreditario succedit. Ita expreſſe tenet Masuerius in sua pract. in Ruhri. de execu-  
tione, in §. item quæ dicta sunt, ubi dicit intelligendum de  
hæredē ex testamento, non de conuentionali.

7 Limita septimo, non habere locum in hærede sub benefi-  
cio inuentarij: nam tunc in illum executio fieri non potest  
ultra uires hæreditarias, vt in l. si. & ibi Sali. in §. si. vero,  
& in si. C. de iure delib. Barth. Soc. in l. si. deceſſerit, nu. 7. ff.  
qui ſatisd. cogan.

8 Limita octauo hanc regu. procedere post aditam hæredi-  
tatem. vt in l. 3. in §. si quis ita, & ibi Imol. ff. de hæredi. in-  
ſti. facit etiam tex. in l. 3. in §. si quis hæredi. ff. de ſtatu libe,  
& in l. si in diem, & quod ibi notat Bar. ff. de condi. & demō  
ſtra. Ita tenet Ale. in confi. 36. nume. 1. volum. 4. Deci. in l.  
hæredem, nu. 8. ff. de reg. iur. Carol. Molinæ. in consue. Pa-  
risien. in §. 4. nu. 6. Pro qua op. est tex. quem ibi ad hoc pō-  
derant Doct. in c. tua nos, de vſu. in quantum tex. ibi dicit,  
ſuccedunt: quaſi uellet dicere quōd ita demum dispositio  
illius tex. habeat locum, & hæredes teneantur, ſi patri ſuc-  
ceſſerunt, ſecus ſi abſtinuerunt ab hæreditate paterna, no-  
lentes ſe negotijs hæreditarijs implicari, ut in l. si filius qui  
patri, ff. de vul. & pup. & hæres dicitur adire hæreditatem  
quando incipit ſoluere creditoribus hæreditarijs, ita pro-  
bat tex. quem ibi ad hoc notat Bar, vbi dicit de illo tex. ſem  
per interrogasse ruficos, in l. cum debitum, C. de iure deli.  
& ibi hoc tenet doct. ita etiam per illum tex. tenet Mathe-  
ſi. in nota. 35. Ias. in l. frater à fratre, nu. 42. in 1. lectu. ff. de  
condit. indeb. & ibi Bar. etiam vult quōd filius recipiendo  
debitum quod patri debebatur etiam naturaliter, dicitur  
adire hæreditatem, eo quia censetur actus qui non potest  
fieri citra ius & nomen hæredis.

## Regula CCLXXVIII.

EXHEREDATIO debet eſſe pura: & ſi ſit ſub conditione,  
nihil valet. Hanc reg. probat tex. in l. & ſi pepercereſit, in §.  
pure, ff. de libe. & poſthu. & in l. ſi quis Sempronium, in fin.  
& in l. iam dubitari, ff. de hæred. inſti. & in l. ſub conditio-  
ne, ff. de bono. poſſe. con. tabu. De iure regio probatur in

# D. Petri Duen.

1.3.tit.7.par.6.Circa quam regu. vide Angel. de Gambelio.in tract. dote testa.in glo.74.nu.4.Ioan.Guald.in tract.de arte testandi,tit.3.cautele.4.

Hanc reg.amplia duobus modis , & limita alijs duobus modis,vt per Ias.in d.S.pure nu.9.vsqne ad fin.

## Regula CCLXXXIX.

EXISTENS in quasi possessione præsentandi, semper habent ius præsentandi in habitu:in actu vero non, nisi ecclesia vel beneficium vacet. Hanc regu.probat glo.in cap.piæ mentis 16.q.7.vbi probatur, quod ius præsentandi semper est penes patronum in habitu, non tamen in actu.& ita expressie tenet Lamberti.in tract.iuris patrona. in 1.par.2.libr.in 6.q.princ.arti.1.nu.2.fol.190.col.2. tamen quod hoc ius præsentandi non habeat in actu nisi à tempore vacatio nis, probat tex.in c.illud, de iure patrona. & expressius in c.si.de concessio.præb.& ibi Ioan.And.Car.& Abb.Roma. in cons.465.Et quādo ecclesia dicatur vacare, ponit idem Lamberti.in 1.par.2.lib.art.6.q.princ. fol. 160. & supra in reg. 71.fallen. 5.

Hanc regu.ampliat duodecim modis,& limitat duobus modis Lambert.in tract.iuris patro.in 1.par.2.lib.in 22.ar tic.6.q.princ.nu.7.fol.213.col.4.

## Regula CCLXXX.

EXEMPLVN non facit plenam fidem. Hanc regu.probat tex.in c.1.& ibi doct.de fide instru.tex.in Auth.si quis in aliquo,& ibi glo.Bar.& Doct.C.de æden.glo.in l.2.C.de fi de instr.& in c.ex inquisitione,in glo.2. de rescrip. Et circa hanc regu.& eius materiam notab.& melius quam alibi vide,vbi eam declarat Carol.Molinæ.in consuetu.Parisiens. §.5.nu.1.cum aliis.

Hanc reg.limitat duobus modis Soc.in reg.136. Eadem cum septem limitatio.ponit Roma. in Auth. si quis in aliquo,nu.6.C. de æden. vbi limitat octo modis Iacobi. de S. Geor.nu.19.Et ibi etiam limitat deceni modis Dec. nu.14. Clau de Seysel.nu.5.Hanc etiam reg.cum duabus ampliati.& 11.limitatio.ponit Ias. in d.Auth. nu.2. & cum quinq; rationibus,& tribus ampli.& 10.limitationib.ponit Franc. Purpur.ibi à nu.6.vsqne ad nu.36.

## Regula

**E**XIMENS aliquem de manibus familiæ condemnatum, vel in carcere existentem, debet puniri pena capitis & criminis læsa maiestatis. Hanc regu. probat tex. in l. cuiusque & ibi Bar. ff. ad l. Iu. maiesta. nu. 3. & in l. addictos, C. de episcopo. audien. Hippo. in singu. 271. col. 3. versi. quibus etiam addi potest. Ias. in l. 1. in §. prætor, & ibi Alex. ff. ne quis eū qui in ius voca. est vi eximat. Hipp. in l. 1. in prin. ff. de quæstio. & in l. 1. in prin. ff. de sicut. & in repe. Rub. de fidei usso. nu. 16. Chassa. in consue. Burg. in titu. [des iustices] Rub. 1. in princ. fol. 19. col. 1. nu. 68. & in d. titu. §. 7. fol. 77. col. 3. nu. 34. Ange. Are. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica, nu. 55. Guliel. Benedic. in repe. c. Rainutius, in verb. mortuo itaque testatore, cl. j. num. 180. Cæpol. in caute. 1. Ias. in §. penales, nu. 102. & Gom. nu. 48. instit. de actio. De iure Regio probatur in l. 5. tit. 12. lib. 8. ordi. & in l. 14. tit. 29. par. 7. & in l. 11. tit. 13. lib. 4. fori.

Hanc regu. cum tribus limitationi. ponit Io. Bernar. in reg. 97. remittendo se ad Ias. in d. §. penales, nu. 102. instit. de actio. ibi vsque ad nu. 109. limitat tribus modis hanc reg.

1. Ultra quem limita primo non habere locum, quando- cunque iniuste ille fuisset condemnatus. Ut est text. in l. omnes, C. de decur. lib. 10. & facit pro hoc quod supra dixi in regu. 190. in §. ampliatio.

2. Limita secundo, non habere locum in erridente seu eximente clericum à manibus familiæ iudicis secularis. Ita tenet Feli. allegando Bald. in c. r. in fina. verbis, de offic. delega. Guido Papa in quæst. 73. in fi. Quod dictum Fe li. relinquit cogitandum Chassa. in consuet. Burgun. in tit. [Des iustices] Rubr. 1. §. 7. nume. 34. licet apud eos dicat illud dictum non obseruari.

**E**XISTENTES in quasi possessione iuris patrona. seu præsentandi valide præsentant, & eorum præsentatio admittenda est, & institutio sequi debet. Quam regu. probat text. in consultationibus in 1. part. de iure patro. ubi probat tex. qd ad validitatē præsentationis sufficit præsentantem esse in quasi possessione iuris præsentādi, & ita per illum

illum text. Docto. communiter sumant, & ibi Abb. ponit rationem dubitandi & rationem decidendi ad illū tex. qui probat hanc conclusionē, qua præsentatio pertinet ad patronum: ut per totum de iure patro. & in c. decernimus, & in c. filijs, cum simil. 16. q. 7. Ex quo ergo compertum est, illum præsentantem non fuisse patronum, videbatur institutum esse amouendum, & alium ponendum ad præsentationem veri patroni: prout est tex. in c. ex insinuatione, de iure patrona. vbi tenens ecclesiam sine præsentatione, dicitur occupator & detentor: sed rationē decidendi in contrarium esse, quia præsentare est quidā fructus iuris patro natus: ut ibi est tex. & notatur in c. cum Bertoldus, de re iudi. unde quemadmodum fructus rei naturalis pertinet ad possessorem bonæ fidei, & non ad dominum, §. si quis à non domino, institu. de rerum diuisio. & notatur in c. gra uis, de restitu. spoliato. ita & isti fructus iuris præsentandi pertinent ad possessorem, & non ad dominum, sed ex quo quis consumpsit fructum, non tenetur cum restituere: ita per præsentationem & institutionem iste fructus videtur consumptus: & ideo institutus remoueri non debet, & alia de quibus ibi per eum. Hanc regulæ conclusionem firmat Abb. Cardi. & omnes doct. in d. c. consultationis. & in c. ex literis, de iure patro. idem Abb. in c. quærelam de electio. & ibi omnes doct. Archidi. in c. si plures 16. q. 7. & in c. vni. nume. 1. versi. item nota. de iure patro. lib. 6. & ibi Io. And. col. 2. Domi nume. 7. Cardi. in clemen. 1. q. 8. de iure patro. & in consi. 69. nume. 7. Eandem conclusionem tenent Domini de Rota in decisio. 575. in antiq. secundum antiquam impressionem & secundum nouam in decisio. 14. in titu. de iure patrona. & in decisio. 140. in nou. secundum antiq. im pres. & secundum nouam, in decis. 1. in tit. de iure patro. & in decisio. 268. in nou. secundum antiquam impress. & secundum nouam, in decis. 7. in titu. de iure patro. Lopus in alle ga. 89. Petr. de Ancha. in consi. 20. in titu. de iure patro. inter consilia Calderi. & est consilium fin. Abb. in consil. 54. vol. 1. nu. 2. & in consi. 106. nu. 3. versi. dico tamen, volu. 2. Feder. de Senis in consi. 111. nu. 8. versi. in casu autē nostro, Bal. in c. in literis, nu. 5. de restitu. spolia. & hanc op. regu-

Ix sequitur Pau.de Monte Pico,in repe.l.Titia cum testamento §.Titia,cum nuberet q.39.ff.de lega.2.Alex.in con 6.75.nu.42.vol.4.Old.in cōf.312.nu.2.Roch.de Curte,in tracta.iuris patrona.in verb.competens q.14. nu.28. & ibi Paul.de Citadi.vbi hoc diffuse tractat,in 3.artic. 6.par.q. 12.num.12.cum alijs,& in 8.par. q.2.nu.3 ac Lamberti.in par.1.2.lib.in 3.q.prin.nu.1.cum alijs,Dec.in consi.117. nu.2. vers. sed his tamen non obstantibus,& in consi.134. nu.1. And. Tiraq. vbi quam plura similia in proposito ad-dicit,in legibus connubia. in glo. 6. nu.144. Guido Papa in consi.92. nume.2. Steph.Bertran.in consi.372. nume.1. vol.2.primæ impressi.Carol.Molinæ,in consuetu.Parisiens. in §.37. in glo. 10.nu.3. & 19.

Hanc regulam cū 26.ampliatio.& sex limi. ponit Lamberti.in tracta.iuris patro.in 1.par.2.lib.24.arti.3. q.prin. nume.4. vsque ad fi.fol.187. col.4. \*

## Regula CCLXXXIII.

EXISTENS in quasi possessione præsentandi,non so-lum potest per seipsum præsentare , sed etiam per alia le-gitima media , sive ipsius præsentia . Hanc regulam pro-bat text.& ibi gloss.& omnes docto. in c.ea noscitur,de his quæ fuit à præl.vbi Abb.& Imo!.post Card.& alios ex il-lo tex.colligunt in 2.not.ibi, aut per literas habentem ius præsentandi, posse præsentare clericū per literas:quia per eas cōstituitur procurator,& sic à maiori, si per literas:er-go & per procuratorem, sed clarior est text.in c.fi. de con-cessi. præbend. vbi prohibetur constitutio procuratoris ad præsentandum beneficiū vacaturum, ratione voti captan-dæ mortis & fraudis: ergo contrarium in beneficio iam ua-cante,vt non militet illa ratio. & hoc ibi volūt omnes Do-cto. saltem à contrario sensu: præsertim Inno. Ioan.And. Card.Abb.& Imo.ibi.idem Abb.in consi.76.num.2.lib.2. Lapus in allega.8. Paul. de Citadinis , in tracta. iuris pa-trō.in 6.par.arti.3.q.32.num.56. Cæsar Lamberti.in tra-cta.iuris patro,in 1.par.2.lib.4.q.princ.nu.2.& ibi nu.5.di-cit quod hoc in practica seruatur . Hanc regul.ampliat se-ptem modis & declarat restringitq; pluribus modis Lam-bert.in d.tract.iuris patro.in 1.par.2.lib.arti.18,4.q.prin- fol.

**donatio.** Nicola. Bellon. in lib. 4. supputati. c. 19. nume. 8.

Hanc regu. cum sex limitatio. ponit Ioan. Bernar. in regu. 276. remittendo se ad Ias. in d. Auth. quas actiones, nu. 21. Hanc eandem limitat duodecim modis Nicol. Euerardus in locis legalibus, loco 25. fol. 117. pag. 1. uersicu. secundo casu, quando maturitas rationis. Eadem item ampliat uno modo, & limitat decein modis Ripa in l. si constante, nu. 57. ff. solu.

**Regula cclxxxvii.**

**EXTENSO** non sit in pœnaliibus ob identitatem rationis etiam si sit eadem ratio, & omnimoda similitudo. Hac reg. probat rex. in reg. in pœnis, & in regu. odia, cum ibi notatis per Docto. de reg. iur. lib. 6. in l. cum quidam, ff. de libe. & posthu. in l. si præses, & interpretatione, ff. de pœn. in c. pœnæ, de peniten. distin. 1. quod notat glo. in §. ita mista. insti. de actio. Hanc regu. per supradicta ponit Ange. Aret. in §. ius ciuile, nu. 23. inst. de actio. Dec. in l. si quis, id quod nu. 47. ff. de iurisd. om. iudi. & circa hanc reg. uide Imo. nu. 24. in l. si uero §. de uiro, ff. solu. matri.

**I** Hanc regulam amplia, ut procedat quando constitutio. pœnalis contineret odium irrationalis, prout in l. quisquis, C. ad le. Iul. maies. q. filij puniantur ex parentum delictis, & ideo lex illa loquens in filijs non exteditur ad filias: ut in d. l. quisquis, in §. ad filias. & ita tenet Bart. in l. l. ff. de uerb. signi. Ange. in l. quicunque, C. de seru. fug. Ias. in l. si quis id quod, nu. 16. ff. de iurisd. c. om. iudic.

Hanc regu. limitat 8. modis Deci. in regu. factum cuiusque, in §. in pœnaliibus, nu. 10. ff. de regu. iur. Eadem regu. ubi eam notab. examinat & respondet ad text. qui huic regulæ uidetur contrariare in c. 1. in §. porro, quæ fuit prima causa benefi. amit. in usibus seu, ponit Aymon Crauet. in tract. de antiqu. temp. in 4. par. fol. 125. col. 4. nu. 146. cum seq. & ibi, fol. 129. col. 2. in uers. uideamus modo de aliquibus limit. à nu. 1. usque ad nu. 37. limitant eam 13. modis. Eadem item regulam, ubi etiam respondet ad supra dictum tex. ponit cum 14. limit. Nico. Euerar. in locis legalibus in loco 35. fol. 129. col. 2. uersicu. secundo casu, quando agitur de mera pœna: ut quia est pœna respectu recipientis.

## D. Petri Duen.

tis. Eandem, vbi limitat eam sexdecim modis, ponit Domini. in c. i. nu. 9. de temp. ord. lib. 6. quem refert Ias. vbi addit alias sex limitationes, & sic sunt 22. in l. cum quidam nume. 24. ff. de lib. & posthu.

### Regula CCLXXXVIII.

**E X T R A H I** de domo sua inuitus quis nō debet. Hanc regu. probat tex. in l. nemo de domo, ff. de reg. iur. in l. plerique cum tribus sequen. ff. de in ius vocan. cum alijs. Circa quam regu. ultra Docto. in supra dictis locis vide Marc. Mant. in obseruatione 63. lib. 6. Paris de Puteo in tracta. synd. in ver. captus illicite, num. 4. Chassa. in consue. Burg. titu. [Des iustices] Rub. 1. §. 1. fol. 23. col. 2. nu. 7. Hippo. in sing. 189. & in sing. 225. Ias. in l. vinum, nu. 4. ff. si cert. peta. in l. 2. in §. sed excipiuntur, nu. 11. ff. de feri. & quæ supra dixi in regu. 175. in 3. limita.

Hanc regulam cum 9. ampl. & 10. limita. ponit Pyrrus Engleber. in d. regu. nemo de domo, à prin. vsque ad fi. ff. de regu. iur. Eandem regu. ampliat duodecim modis, & limitat. 14. modis Ias. in d. l. plerique, à nume. 3. vsque ad nume. 30. ff. de in ius vocan.

## S E Q V I T V R L I T E R A F.

### REGVLA CCLXXXIX.



**A B E R** potest compelli ne malleet prope scholas publicas. Hanc regulam ponit Bart. in l. 1. nu. 30. ff. solu. matri. & ibi Ias. nu. 45. Ripa nu. 127. Roma. nume. 31. Vdalricus Zasius, nu. 39. Gulielmus Pon tanus, nu. 87. & Tho. Parpa. nume. 44. & cæteri Docto. Pro qua est text. in l. ædificia, ff. de oper. publi. facit etiam tex. in c. præcipimus 17. q. 2. ita expresse tenet Specul. titu. de ferijs, in §. sequitur, nu. 4. Hanc opinionem tenet glo. fi. in fi. in l. vni. C. de stu dijs libera. vrb. Romæ, lib. 11. & ibi Plat. nu. 5. & ibi Lucas de Pen. & Bar. in §. ita vt. nu. 2. & not. Pyrrus Engleber. vbi hoc

hoc not. examinat, & allegat alia iura quamplura ad hoc idem Ioann. de Platea, in l. cum filios, nnnie. i. versic. hinc est. C. qui ætate se excu. lib. 10. Doct. præcipue Imo. in c. ve stra. de loca. Vincen. de Hercu. in l. in excusatione, nu. 168. ff. de uerbo. obli. Bartho. Cæpo. in tract. de seru. vrba. præd. c. 43. nu. 3. Abb. in c. i. nu. 24. de iudi. & ibi Felin. nume. 16. idem Abb. in c. bonæ, el j. nu. 11. de postula. prælat. Dec. in l. i. nume. 72. ff. de offic. eius, & in c. i. nume. 86. de probatio. Ioan. de Amicis, in consi. 104. nu. 9. Ioan. Montolonus in promptuario iuris, in ver. faber. Ias. in l. i. §. sed excipiuntur, nu. 2. ff. de feri. Et circa hanc reg. vide posita supra, in reg. 213. in 2. limitation.

Hanc reg. ampliat quinque modis, & limitat uno modo ut per Ripa. in l. i. à nu. 131. vsque ad nu. 139. ff. solu. matr. Eandem regulam cum alijs quinq; ampliationibus, & una limitatione ponit Petrus Rebuff. in tract. de priuilegijs scholarium, priuil. ex quibus ampliationibus duę differunt ab ampliationibus Francisci de Ripa.

*Regula cccxc.*

**F A C I E S** hominis non debet signari. Hanc regul. probat tex. in l. si quis in metallum, C. de pœn. & ibi Doct. De iure Reg. probatur in l. 6. titu. 31. par. 7. Et quid veniat appellatione faciei, ulta Ange. in d. l. si quis in metallum, vi de Aret. in tractatu maleficiorum, in uerbo, in facie nu. r. Bart. in l. stigmata, C. de fabricensib. lib. 11. Corset. in sing. in uerb. statis, incipienti, dictum testis asserentis, & hanc opinionem tenet Paris de Puteo in tracta. de re milita. in c. incipien. duo singulare certamine nu. 4. Placentinus in tracta. de accusatio. in tit. 7. nu. 31.

I Limita primo, non habere locum in clericis qui falsauit sigillum Principis, aut alicuius Regis, nam talis clericus deponi debet & sibi character imprimi, & in exilium mitti. Tex. est notabilis & ibi gl. si. & Doct. in c. ad audientiam de crimine falsi. quod etiam habetur de iure Regio in l. 60. tit. 6. Part. 1. & in l. 2. & in l. 6. tit. 12. libr. 4. fori. & hanc opinionem per supra dictum text. tenet Franc. de Pauinis in tracta. de uisitatione, in prima par. quæst. 6. nu. 30. Laici autem falsantes sigilli qua pœna debeant puniri, ponit tex.

## D. Petri Duen.

In d.l.6.tit.11.lib.4.Fori.& in l.6.tit.7.par.7. vbi ll.prædictæ dicunt quod tales debent mori qui falsificauerunt literas priuilegium, vel Bullam Papæ, uel Regis, licet de iure Canonico aliter erat dispositum per tex. in c. at falsiorū de crimin.falsi.Circa quod uide notab.Ioan.Bern.in præc. e.108.Matth.de Afflct.nota in deci.21.& 404.Hodie tamē falsificans sigillum Principis, archiepiscopi, uel episcopi, seu aliorum prælatorum, punitur amissione medietatis bonorum, ut in l.3.tit.6.libr.8. ordina.De falsificante literas aliorum inferiorum est tex. & ibi gl.in verbo, sigilla. in c. cum olim, el ij.de officio deleg.& in d.c. at falsiorum, in uerbo, legitimas.Circa quas, vide etiam Ioann.Fab. & ibi Docto.in §.item lex.Cornelia,instit.de pub. iud.Ias. in §. pœnales nume.32.institu.de actio.Nico.Boer. notab.in decisio.81.Thom.Gramm.in decisione 27.num.9. cū sequē. Matth.de Affli.in constitui.Neapo.lib.3.Rubr.39.num.1. cum alijs.Chassa.in consue.Burgund.in tit. [Des iustices.] Rub prima,in prin.fol.17.col.2.nu.52.Porro in foro conscientiæ qua pœna debeat puniri, ponit Martinus Nauar-rus in c.sacerdos nu.10.cum alijs,de pœni. dist.6.

3 Limita secundo, non habere locum in casu l.4.titul. 28. parte.7. vbi quandocunque ciuis vel rusticus Deo uel eius Genitrici maledixerit, si nihil habet in bonis, pro prima & secundavice ferro candente ad signum Crucis signatur in labijs.

Et ibi supradicta l.4.cum tribus antecedentibus ponunt pœnam blasphemantium, quæ ll.approbanter per l.1.titu. 8.libro 8.orди. quæ omnes corriguntur hodie per tex. in l. 2.tit.8.libro 8.orди. quæ omnes etiā corriguntur per prag-maticam 1. in volu. Prag.& per Prag.72.Toletanam, An-ni 1525.& per Pragmatica.69. de Madrid, Anni 1528. Et quis propriæ dicatur blasphemare, uide Soci. in consi.103. nume.5.vol.1.Ioannes de platea,in §.consequens, inst.de suspe.tut.& circa supra dictas ll. Regni quæ loquuntur de blasphemia, uide Gerar.de Petra sancta in singu.83.Anto. de Burg.in c.2.nu.6.de empt.& uenditione, Iason. in l.2.in §.iurari,nu.9.& in l. si duo Patroni, in §.fina.nu.1.ff.de iure iur.Ludoui. Montal.in tracta.de reprobatione sententix. Pilat.

Pilat.in primo dubio,nu. 1.cum alijs Ioan.Bernar.in præc.  
cap. 103.Chassa.in consuetud.Burg.in tit.[Des iustices.]in  
prin.Rubrica prima,fol. 18.col. 1.nu. 59.Niccl.Bello.in cō  
fi. 69.nu. 5.Marc.Mantua notabiliter in apophtegma 106.  
& in obseruatione 86.lib. 9.in insignis ac egregius Doctor Ia  
cobus Septimacensis in suo libro Institutionum catholica  
rum, cap. 8.quod facit ad declarationem tex.in c.statuimus  
de maledicis.

3. Limita tertio, non procedere, in illo qui uiuente prima  
vxore cum alia contraxerit, nam iste talis debet signari in  
fronte.Vt in l. 3.tit. primum, libro 5.ordi.& in l. 6.tit. 15.lib.  
8.ordina.per quas ll.corrigitur tex.in l. 16. tit. 17. parte 7.  
De iure uero Ciuili ille qui matrimonium bis contraxit,  
pœna infamie debebat puniri, vt l.eum qui duas C.de adul  
tere.& ille qui duas vxores accepit, quasi non re æte senten  
tiat de sacramentis, est hæreticus censendus, ita concludunt  
Dominic.& Philip.Franc.in c.accusatus in §.sane, de hære  
tic.lib. 6.quos sequitur Pala.Ruuius in repeti.c.per vestras  
§. 17.nu. 25.Gundisaluuus de Villadiego in tract.contra hæ  
reticam prauitatem, quest. 9.& in foro conscientię iste ta  
lis debet graui pœna puniri. De qua materia & quam pœ  
nam debeat pati qui binas nupt.conttaxit, tam iure Cano  
nico quam Ciuili,quia non est presentis speculationis re  
mittō me ad ea quæ notab.tradit Angel.Aret.in tract. ma  
lefici.in verbo,[che me hai adulterato la mia dôna.]nu. 65.  
Pala.Ruu.in repeti.rubri.de donatio. §. 60. nu. 6.Ale.in cō  
fi. 165.vol. 7.Ioan. Môtolonius in Próptuario iuris in ver  
bo,dulcis.Ioan.de Neuiza.in Sylua nup.in lib. 4.nu. 44.

Et ultra supra dictam pœnam contrahens nuptias, inci  
dit in crimen alleuosis, de iure regio, vt in l. 6.tit. 7.& in l.  
8.tit. 18.lib. 8.ordina.Quam limita.intelligo ueram secun  
dum ea quæ dixi supra in reg. 150.in 2. limita.

Est tamen notandum circa hanc limitationem, quod in  
Pragmatica 79.de Segouia, Anni 1532.fuit petitum vt pœ  
na supra dictarum legum ordi.attenta qualitate delicti pœ  
na quæ leuius erat augeretur,& ibi simpliciter responsum  
fuit,quod supra dictę ll.exequantur,postea autem fuit idē  
petitum in curis de Valladolid,petitione 105.Anni. 1548.

## D. Petri Duen.

in qua fuit statutum quod supra dictæ l. ordi. custodiantur,  
& ultra fuit declaratum quod pœna l. 16. Partitæ supra al-  
legat, quæ loquebatur de relegatione quinquennij, contra  
illum qui bis contraxit, debeat intelligi ut per quinquen-  
nium ad triremes & galeras mittatur, & supra dicta l. par-  
titæ quæ antea, ut supra dixi, erat correcta per supra dictas  
l. ordi. hodie approbata & declarata est per supra dictam  
Prag. 105. de Valladolid. Et ita ultra supra dictam pœnam  
de qua in supra dictis legibus ordi. illi qui binas nupt. con-  
traxerunt, puniri debent pœna de qua in supra dicta Prag-  
ma. 105. de Valladolid, ut ibi clare constat.

Regula cccxi.

**F A C T A** simplicia postquam sunt deducta in obligatio-  
nē, sunt individua obligatione, solutione, & petione. Hanc  
regulam probat text. in l. stipulationes non diuiduntur ff.  
de verb. oblig. & ibi Bar. nu. 25. Pau. Cast. & doct. præcipue  
Ias. nu. 28. tex. etiam & ibi docto. in l. 4. in §. Cato. ff. de ver-  
bo. oblig. & ibi comm. Bart. & docto. & in l. in exequitione  
in §. 1. eo. tit. glo. in l. 2. in §. & harum ff. eo. tit. & in d. §. Ca-  
to. in uerb. diuisionem.

Hanc regulam limitat duobus modis Bern. de Luc. in re-  
gu. 279. remittendo se ad Ias. in d. l. stipulationes non diui-  
duntur nume. 29.

Hanc item limitat sex modis Mart. San. Vascole. in tra-  
individuorum, in 2. cerula, à nu. 19. vsq; ad nu. 22.

Regula cccxi.

**F A C T U M** vel dictum calore iracundiz, non obligat  
dicentem vel facientē. Hæc regula probatur in l. quicquid  
calore ff. de regul. iur. in c. si quis iratus 2. quæst. 3. in l. 3. ff.  
de diuor. in l. si filiam, ibi, si non inconsulto calore, C. de in-  
officio. testamen. & in l. si non conuicti C. de iniurijs in l. fa-  
mosi. in ver. lubricum lingue ff. ad legem Iul. maiesta. in c.  
quicunque in §. diuortio, de pœnit. distin. 1. Facit text. in  
argu. in l. Gracchus C. de adult. & in l. si adulterium cum  
incestu. in §. Imperatores ff. de adult. in c. illa præpositorū  
11. q. 3. in c. sicut, el j. de iureiu. in l. 2. C. ad l. Iul. maiest. De  
iure Regio probatur in l. 16. tit. fin. par. 7. Circa quam re-  
gulam vide Deci. Guliel. Mayneriū, & Cagno. in d. l. quic-  
quid

quid calore. Ias. in 1. si duo patroni, in §. si. nume. 1. ff. de iure. & notab. in 1. si filiam tuam nu. 5. C. de inossi. testa. Ludo. Roma. in sing. 508. Hippoly. in sing. 626. & in consil. 80. nume. 56. volu. 1. Ioann. de Selua in tracta. de iureiur. in 3. par. nu. 26. Thom. Gram. in uoto 19. nu. 15. Marcum Antonium Baueriam in tract. de virtu. & viribus iuramen. priuile. 78. nume. 144.

**1.** Amplia primo habere locum in iuramento, nam iuramentum factum calore iracundiæ non obligat, ut est text. in c. sicut, el j. de iureiur. & ibi expresse Ioan. And. & Anto. de Butr. & Panor. in 3. notab. idem Abb. in c. si vero nu. 7. eo. tit. Roma. in sing. 514. Feli. in d. c. sicut nu. 3. notabiliter declarat Ioann. de Selua in d. tract. de iureiur. in 3. parte, numero. 26.

**2.** Amplia secundo, in uoto facto calore iracundiæ: nā tale uotum non obligat. Ut est gloss. notab. in ca. dubium, in verbo, calore, & ibi Anto. de Butr. & Panor. in cōuersi. coniug. & est similis glo. in c. sunt qui opes 17. quæstio. 4. in verbo, non iudicio. quas glo. sequitur Ias. in d. l. si filiam, nu. 4. Ludou. Roman. in d. singul. 514. Corsettus in Repertorio ad Abba. in uerbo, iracundia. Deci. in d. l. regula, quicquid calore nu. 1. vbi dicit quod hoc est uerum, quando iracundia esset talis quæ alienationem mentis inducit, alias secus, eandem opinionem tenet ibi Hieron. Cagnolus nu. 6.

**3.** Amplia tertio, habere locum in confessione: nam cōfessio facta calore iracundiæ, non obligat. Ut est glo. in c. ex lauteris in ver. admonita. & ibi Abb. & Docto. de diuor. quam gl. ultra Doct. relatos supra in reg. 119. in 3. limitatio. qui eam sequuntur, sequitur Ioann. de Selua in tract. de iureiur. in d. 3. par. nume. 30.

**4.** Amplia quarto habere locum, etiam in exhæredatione: nam exhæredatio facta à patre calore iracundiæ, nō valet. Ita probat tex. & ibi gl. Bal. & Sali. in d. l. si filiam C. de inossi. test. & Ias. nu. 4. Cagno. in d. l. quicquid calore nu. 5.

**5.** Amplia quinto, procedere in accusatione: nam accusatio facta calore iracundiæ debent per iudicem aboleri. Ut in 1. 2. C. de abolit. c. si quis iratus 2. quæst. 3.

**6.** Amplia sexto, acceptatione secundi beneficij: nam si fa

**C**ta est calore iracundiae, non vacat primum, iuxta tex. in c. de multa, de præb. Ita expresse tenet Pan. in d.c. de multa nu. 13. arg. tex. in d.c. ex literis, de diuor. quem sequitur Ia-  
so. in d.l. filiam tuam nu. 4. Dec. in d.l. quicquid calore nu.  
5. Feli. in c. sicut el.j. nu. 4. de iureiu.

**A**mplia septimo, in sententia calore iracundiae prolata nam non debet statim execuutioni mādari, sed differri debet triginta dies etiam si sententia Principis sit, quandocū que lata est calore iracundiae. Ita probat tex. in c. cum apud Thessalonium 11. quæstio. 3. vbi assignatur ratio similiis est tex. de iure ciu'li in l. si vendicari C. de pœnis. De iu-  
re regio probatur in l. 29. & 30. titu. 18. par. 3. & est gloss. &  
ibi Feli. nu. 4. in c. surgantium nu. 4. de re iudic. & hanc opi-  
nionem tenet Anto. Corsettus in repert. ad Abb. in verb.  
calore iracundiae. Ioan. And. & ibi Anan. in c. 3. nu. 2. de ac-  
cuf. Marti. Laud. in tract. de consiliarijs Principū q. 6. Pa-  
ris de Puteo in tra. syndi. in prin. in tit. de excessibus consi-  
liarorum nu. 11. & in fin. in c. incip. mandauit Rex. nume. 1.  
Thom. Gram. in voto 32. nu. 13. Ias. in l. puniri, in fin. C. si  
contra ius, vel vtili. pub. & in l. debitoribus, nu. 15. ff. de re  
iudi. Abb. in c. cum olim nu. 23. de re iudi. Hippo. in l. 1. in  
§. si quis vltro nu. 52. ff. de quæst. Neuiz. in sua Sylva nupt.  
lib. 1. nu. 9. Hierony. Cagn. in d.l. quicquid calore nu. 15. &  
ibi Guliel. Mayne. nu. 8.

**A**mplia octauo, habere locum in professione facta per  
iracundiam. Ita tenet Anto. de Butr. in c. sicut, el j. de iure-  
jur. quem sequitur Fel. in d. cap. dilecti nu. 16. de exceptio.  
& in d.c. Matth. nu. 2. de simonia.

**A**mplia nono, procedere in contractu: nam contractus  
celebratus calore iracundiae non valet. Ut in l. 3. ff. de di-  
nor. & in l. licitatio. in princ. ff. de publicanis, ita tenet Ro-  
ma in d. singul. 514. Corsettus in d. Reperto. ad Abb. in ver-  
bo, iracundia. Quod intellige nisi contractus esset ad pias  
causas. vt infra dicam. quæ ampliatio. procedere non vide-  
tur. vt in l. 62. tit. 6. par. quinta.

**L**imita primo, non habere locum in delictis, in quibus  
quis calore iracundiae non excusat. Ita probat tex. in l. si  
non conuitij, C. de iniur. & in ca. r. & ibi Abb. de his qui fi-  
lios

lios occidit. Ratio est quia si aliter esset, raro punitioni de  
litorum esset locus, contra tex. in c. vt famæ. de sententia  
excom. cum similibus.

In quo est notandum, quod licet sit vera predicta limi-  
tatio, mitiganda est tamen pena quandocunque iracundia  
ex iusto dolore prouenit, d.l. si adulterium cum incestu, §.  
Imperatores, ff. de adult. & c. si quis irascitur, 13. quæstio. 2.  
& l. 1. C. si quis Imperato. maledi. De iure regio probatur  
in d.l. 16. titu. fina. par. 7. ita expresse tenet Ias. in d.l. si filiā  
nu. 6. & in d.l. si duo patroni §. si quis iurauerit, cl ij. Abb.  
& Feli. in c. dilecti filij nume. 1. 1. de exceptio. Nicola. Boe-  
rius in consil. 1. colum. 5. posito post consuetudi. Bituricen.  
Deci. in regu. quicquid calore nume. 8. Anton. Corsettus  
in d. Reper. ad Abb. in verbo, calore iracundia, & in verbo,  
iracundia. Ex quo notabiliter Deci. in l. vt vim, ff. de iu-  
stit. & iure dicit, quod licet prohibitum sit occidere fu-  
gientem qui te percussit, quia id potius ad vindictam, quā  
ad defensionem tendit, tamen si id feceris, de homicidio  
poena ordinaria puniri non debes propter iustum dolo-  
rem, d. §. Imperatores. Quam opinionem sequitur Cagno,  
in d.l. quicquid calore, nume. 10. Felin. in cap. significasti cl  
ij. de homicid. Aretin. in consil. 80. nume. 8. Cæpol. in con-  
sil. 43. in consilijs criminalibus. Hippolyt. in consil. 25.  
Marcus Anton. Baueria, in tracta. de virtute & viribus iu-  
ramenti in priuilegio 74. nume. 144. Gramma. in voto 19.  
nume. 14. cum alijs. Et circa hanc limitationem notandum  
etiam est notabile dictum Angeli. in d.l. si non conuitij. nu-  
me. 6. dicens, quod quandocunque aliquis dixit alicui ali-  
quod verbum iniuriosum, si postea pœnitentia probata ira-  
cundia proderit sibi ne actione iniuriarum conueniri pos-  
sit, quandocunque iniuria possit reuocari, secus si iniuria re-  
uocari non possit, & sic intelligit text. in d.l. quicquid ca-  
lore. Quod dictum tanquam notabile & semper menti  
tenendum sequitur Lanfran. ab Oriano in tracta. confes-  
sionum, in princip. nume. 2. Thom. Ferrarius in cau. 39. in  
fin. Felin. in cap. dilecti filij. numero. 16. de except. Cagno.  
in d.l. quicquid calore, nume. 14. Hippol. vbi illud dictum  
nimis exaltat, & dicit se habuisse in practica, & obtinuis-

D. Petri Duen.

set, in sing. 626. & in l. is qui cum telo, C. de sicari.

- 1. imita secundo, in donatione facta ecclesie vel piz cau-  
se calore iracundia, quia valet. Ita tenet glo. in cap. dudum.  
in verbo, calore de conuer. coniu. per text. in c. sunt qui o-  
pes. 17. q. 4. & expresse Roma. in d. singu. 514. Ias. in d. l. si fi-  
lia. nume. 6. Alexand. in addi. ad Bart. in d. l. quicquid. Feli-  
in c. Matthæus, nume. 2. de simo. Quod tamen est verum, in  
eo qui fuisset aliqualiter concitatus: secus si fuisset aliena-  
tus à mente propter iracundiam, quia talis contradicere non  
debet seruari, ita tenet Ioann. Andreæ. & Doctor. in d. cap.  
dudum Felin. in d. c. sicut. de iure iur. & in d. c. dilecti. num.  
15. in fin. de exceptio. Deci. in d. l. quicquid calore nume.  
1. & ibi Cagnol. nume. 24. Marcus Anton. Baueria in tra-  
stat. de virtute & viribus iuramenti, in dicto priuilegio.  
78. nume. 144.

3. Limita tertio procedere nisi iratus post iracundiam per  
seuerasset in eadem voluntate. Ut in d. c. si quis iratus, 2.  
quest. 3. & ita tenet Bartol. per illum text. in d. l. quicquid  
calore facit in simili tex. in l. licitatio. in prin. ff. de publi-  
ca. & vesti. Ita tenet Iason in d. l. si filiam. num. 6. C. de inof-  
fic. testament. Cagnol. in d. l. quicquid calore. nume. 22.  
pro quo facit text. in d. l. quicquid calore. ibi. si persueran-  
tia apparuerit.

4. Quarto limita non procedere in sententia excommuni-  
cationis, quia licet lata sit per iracundiam, valet. Ita pro-  
bat text. in c. si episcopus forte iracundus. 11. q. 3. & ita per  
illum tex. tenet Deci. in d. reg. quicquid calore.

5. Quinto fallit in blasphemante, nam etiam si per iracun-  
diam blasphemat, non remittitur ei pena. Ita expresse con-  
cludit Host. in Summa, in ti. de maled. Io. de Selua in trac-  
de beneficio, in 3. par. nu. 27. Quod dictum limitat Abb. in  
c. de maledi. nisi esset tanta blasphemia quæ induceret mé-  
tis alienationem, sicut de ebrio, & hoc maxime quando  
procedit iracundia ex iusto furore, secus si dando operam  
rei illicitæ, puta post amissionem in Iudo. Quam opinio-  
nem sequitur ibi Ioan. de Ana. nume. 2. Felin. in c. sicut ex  
literis, el j. nume. 2. de iure iur. Ias. in l. si filiam. nume. 9. C.  
de inoffic. testamen. Ioan. de Selua in d. tracta. de iure in-  
tan.

ran.in 3.par.num.2.facit tex.in c.inebriauerunt Loth.5.  
q.1.& sequitur Ias.in 1.si duo patroni.in §.si quis iurauerit,  
et ij.nu.1.ff.de iureiur.

## Regula ccccxi.

**F A C T U M** per Principem laicum non potest eius successor irritare, imo tenetur ratum habere. Hanc regulam probat tex.& ibi Bal.in c.si quis inuestitus, qui successio.teneant.in vsl.feudo.& in c.decessorum.25.q.2.notat. Archi. in c.guia sancta.num.5.63.distinc.glossi. in c.literis,de rescri.in verbo cum factum,facit tex.in l.si ab eo C.de liberali cau.ibi, respectu tamen aditæ hereditatis voluntatem defuncti consensu confirmare debuit.& ibi glo.allegat cōcordantes.Facit etiam tex.in l.si ego. in §.1. ff. de iure dotium. & in l. quidam cum filio. ff. de verborum obli. quem tex.allegat Bal.in d.c.si quis inuestitus, nu.6.Eandem opinionem tenet idem Bald. in c.1.nu.3.de natura feu. in Vslibus feu.ibi Pr̄posi. Anania in c.final.num. 14. ne pr̄lat. vices suas.Roman.in cons.52.num.3.& cons. 116. num.3. Feli in c.1.ubi late, de probatio. Ioann. de Neuizanis in cons.12.num.30.inter consilia Alberti.Bruni. Abb.& ibi Decius in c.1.de proba.num.25,& 37.Ioan. Igneus in repetitio.l.donationes quas diuus Imperator.nu. 5. & 16.C. de donatio. inter virum & vxor. not. Rodericus Xuarez in allegat.10.

- \* **L**imita primo, nisi factum, per Principem concernat factum in alterius pr̄iudicium, vt quia simpliciter & pure fecit inuestiturā mihi de feudo Titij viuentis, nā eius successor non tenetur ratā habere talē inuestituram. Ita concludit Bal.in d.c.1. qui successores teneātur, quem sequitur ibi Matthæus de Affl. nu.44.vbi plura allegat.
- \* **L**imita secundo, nisi successor laici qui facit inuestituram, esset fiscus, qui successit propter delictum, tunc enim fiscus non tenetur ratam habere. Ita tenet Bal.in d.c.1. qui successores teneātur allegat pro hoc tex.in l. quoties. in fi. C. de nona. fiscus enim æquiparatur pr̄lato ecclesiaz, & non heredi, secundū Bal. vbi supra. Ratio est quia succedit bonis & non personæ.secundum eundem Bal.in l.si constā te. in §. si bona. ff. solu. matri. & in l.ex facto, ff. de vulgar. & pupil.

D. Petri Duen.

pupil.notat.glo.in l.2.ff.solu.matri.Bal.tamen in d.l.quo-  
ties,dat optimā regulam,quando fiscus habeatur loco hæ-  
redi,& quando non . Dicit etiam, quod in obligationibus  
iam cōtractis habetur loco hæredis, sed in obligationibus  
contrahēdis ex causa de præterito,nō habet loco hæredis.

3 Limita tertio, nisi inuestitus sub aliqua conditiōne, pen-  
dente conditione commiserit aliquam culpam propter  
quam veniret feudo priuandus,tunc adneniente conditiō-  
ne non tenetur hæres ratam habere inuestituram factam  
per suum prædecessorem,quia inuestitura ipsa iam fuit ex-  
tincta propter culpā, & sic sicut antecessor non tenetur ha-  
bere ratam ipsam inuestituram, ita eodem modo eius suc-  
cessor,vt supra dixi,patet, nam propter delictum censetur  
mutata persona inuestitis, ergo censetur mutata ipsa inue-  
stitura,argumentum tex. in c.veniēs, & in c.cum in tua,de-  
testibus, & in c.cum super,& in c.fi.de re iudi. Hanc limi-  
ta. ponit Matthæ.de Afflict. in d.c.r. nume.49. qui succe-  
sores teneantur , facit pro hoc l.8. titu. 3. lib.3. Fori. & in  
l.9. titu. 9. lib.5. ordi.

4 Quarto fallit, nisi successor esset potius in sanguinis,&  
sic ex pacto & prouidentia, tunc cum feudu veniat ad suc-  
cessorem ex prouidentia occidentis , prædecessor non po-  
tuit successorem obligare. Vt in c.1. agnatus vel filius, in  
vīsibus feudo. quam limitationem sentit glo.1.in d.c.si quis  
inuestitus, qui successores teneantur, dum dicit, quod ideo  
successor tenetur cōfirmare quia ex qua persona &c. & ita  
tenet ibi Matth.de Afflict.nu.52.

5 Quinto limita,non habere locum in dona.factis à præ-  
decessore enormiter regnū lādentibus,nam tunc Rex suc-  
cessor pōt prædictas donationes reuocare. Ita tenet Spec.  
in titu.de institu.ædi.in §.nunc autē,in fi.nu.11.& ibi Bal.  
in addi.sequitur Berta. in tracta. de episcopo , in 4.par.4.  
lib.q.54.nu.184.vbi dicit quodd non solum successor,verum  
etiam ipse Rex donans potest hoc reuocare . Pro qua opi-  
de iure Regio est tex.in l.3.& 4.titu.9. lib.5. ordina.

Regula C C X C I I I I.

F A C T U M à maiori parte creditorum præjudicat alijs  
fauore liberationis.Hanc regulam probat tex.in l.& suum  
hære-

hæredem, in §. hodie tamen, ff. de pac. cum l. sequen. & in l. ff. C. qui bonis cede. poss. de iure regio, probatur, in §. l. titul. 15. part. 5. Circa quam regulam vide Roma. in singu. Felin. in c. cuin omnes, de constitu. Matthæ. de Afflictis in decisio. Neapolita. 288.

Hanc regulam limitat septem modis Ias. in d. §. hodie tamen, nume. 1. vsque ad nu. 3.

Regula cccv.

**F A C T U M** à maiori parte istis quæ sunt communia pluribus ut singulis, etiam si essent mille nō valet, nisi omnes consentiant.

Hanc regulam probat tex. in l. per fundum ff. de seruitu. rusti. prædio. & in l. ff. cum, prædi. glo. 1. in c. cum omnes, & ibi docto. de constitu. & in c. si archiepiscopus, in verbo, ab omnibus, in fine de tempo. ordinan. & in regu. quod omnes tangit, & ibi Dyn. de regu. iur. lib. 6. Circa quam regu. vide Oldradum in cons. 34. Nico. Boe. in decis. 5. per totani Roma. in Rub. ff. de arbitr. nu. 41. Dominicum Iacobatium in suo lib. 5. de concilio. art. 7. pag. 270. cum alijs Pyrrhum & docto. in l. aliud est uendere, ff. de regu. iur.

Hanc regulam ponit Bernard. de Luc. in reg. 105. remittendo se ad Felinum in c. cum omnes, num. 15. de constitu. vbi eam limitat. septem modis.

I. Amplia primo vltra eum, vt procedat etiam in rebus pījs. Ita tenet Abb. in c. fi. num. 5. de his quæ fūnt à maiori parte cap. quem sequitur Deci. in d. c. cum omnes, 2. lectu. nu. 33. vbi plura allegat.

II. Limita primo, quando minor pars vel etiam unus ex socijs vellet vti re communi ad usum destinatum. Ita conclu dit glo. 1. in d. c. cum omnes, allegando tex. in §. religiosum ibi, in commune sepulchrum. Institu. de rerum diuisio. quā glo. sequitur ibi Feli. ubi plura ad hoc allegat, in d. c. cum omnes, nu. 15. versicu. & prima fallentia, & ibi Bal. nu. 20. Deci. in 1. lectu. in d. c. cum omnes nu. 23. & in 2. lectu. nu. 36. Ias. in l. & suum hæredem, in §. hodie. tamen nu. 6. ff. de pac. facit tex. in l. arboribus, in §. nauis, iuncta glo. ff. de usufru. & in d. l. quod maior ff. ad municip. Bar. in l. hæc distinctio. in §. fi. ff. loca. Alberi. in l. in tantum, in §. religiosum, ff. de rerum

D. Petri Duen.

terum diuisio. Alexan.in l.de pupillo,in §.si plurimum,nu-  
me.5.ff.de noui operis nuntiatio. Soci.in consi.58.vol.4.  
Luc.Bologni.in consi.53. Decius in l, si socius,in h.ff.si cer-  
tum peta. Pro qua limitatione facit notabile dictum Sa-  
licet.in l. iubemus, la ij. C.de sacrosanc. ecclesi. vbi dicit,  
quod si duo fratres vel duo socij habet fundum cōmunem,  
pro indiuiso, & vnuſ vult quod colatur & seminetur pro-  
ut fieri debet: alter vero dicit, q pars sua nō seminetur: si  
alter socius facit totū coli & seminari, non tenetur alteri  
respondere de fructibus etiam pro parte ipsius vetantis,  
cum vtatur re communi, ut supra dixi. Quod dictum Sac-  
Jice. sequitur Soci.in d.consi.58.Ias.in l. i.nu.26.C qui te-  
sta.fac.poss. & in l.serui electione,in § Labeo,nu.29. ff.de  
leg. i.& in repe.l.quo minus,nu.109. ff.de flumi. Ex quo ap-  
paret verum esse dictum Richar.Malun.Doct.Cremen.in  
l.si quis putans,in §.siue autem,ff.communi diui.vbi dicit,  
q si duo frates vel duo socijs. habent domum communem  
pro indiuiso, & vnuſ eorum totam domum habitat non te-  
netur ad aliquam pensionem fratri vel socio pro parte ip-  
sius fratris vel socij, cum vt supra dixi, vtatur re commu-  
ni ad vsum destinatum: vt in l.Sabinus, ff.communi diui.  
sequuntur Bal.& Ang.in l.duo fratres, ff.de acq.hære. vbi  
Bal.refert ita in contingentia facti iudicatum fuisse,idem  
Bal.in c. i.iu §.præterea,nu.7.de prohi.feud.alie.per Fed.  
Roma.in consi.168.in fi.Ias.in d. §.Labeo,nume.20.& in d.  
l. i.nu.27. C qui testa.facere possunt, & ibi Paul.de Cast.  
nume.5.Deci.nume.28.Ias.in d. §.hoc die, nume.7. Ex quo  
datur lin.itatio notabilis ad tex. in l. item queritur, in §.  
qui impleto ff.locati.vbi tex. probat, quod quando aliquis  
cōduxit domum ad certum tempus, finita locatione si ille  
qui eam conduxit tacente domino habitat in illa, videtur  
tacite eam reconduxisse,vt dicamus quod tex. ille non ha-  
beat locum in socio: quia socius non videtur tacite recon-  
duxisse domum,& nō tenetur socio quicquam solvere pro  
parte sua: quia vera ratio illius §.est secundū Bar.ibi,quia  
si aliter esset, iste conductor cēseretur habitare illicite in  
illa domo:iuxta tex.in l.merito ff pro soci.que ratio in so-  
cio non militat cum semper licite potest totam domū ha-  
bitare

bitare, vt supra dictum est: ergo cessat dispositio illius §.  
vt in l.adigere,in §.quauis,ff.de iure patro.& hanc limi-  
ad illum tex.ponit Soc.in d. §. Labeo,nu.3. quam sequitur  
Ripa in repe.d.l.quo minus,nu.141. ff.de flumi.

2. Limita secundo, non procedere ratione sepulturæ. Ut  
in l.si plures,& in l.sunt personæ, ff.de religiō.& sumpt.su-  
ne. gloss. in l.Sabinus, ff.commu.diuidun.in verb.constat.  
Dec.in z.cum omnes,nu.35.de constit.

3. Limita tertio,vltra Feli. in d.c.cum omnes,non habere  
locum in casu , l. multum interest, C. de communi rerum  
aliena. nam Princeps uel fiscus qui rem communem cum  
aliquo habet,in uito socio potest eā alienare, & ita per il-  
lum tex tenet Abb.in c.ratio nulla,nu.2.de præb.Francis.  
Lucanus de Parma in tracta. de fisco & eius priuilegijs, in  
35.casu ; & 47.nu.35.& nu.47.Marti.Lauden. in tracta.de  
fisco.q.13.Matt.de Afflic.in tract.de iure protom. in prin.  
1.in 4.notab.nu.16.& 17.Philip.Deci.in d.c.cum omnes,in  
2.lest.nu.38.Ias.in l qui sine num.3.ff.de condic.t.sine cau.  
Hippo.in l.1.in §.cum quidam deponeret,nu.1.ff.de quæst.  
Bar.in l.f.C.si contra ius vel vtili.pub.Feli.in c.quæ in ec-  
clesiarum,nu.51.versi.sexta declaratio,de consti. & similis  
tex.in l.1.C.de venditio.rer.fisca.lib.10.& ibi Bar.Eandem  
opi.tenet Dec.in cons.235.nu 7.quam limitatio.infra la-  
tius tractabimus,in regu.incipiente,fiscus.

## Regula CCXCVI.

F A C T U M à maiori parte in rebus collegij,vniuersita-  
tis, vel communitatibus, valet : & sic regulariter in his quæ  
pertinent ad plures vt vniuersos. Hanc regu.probat tex.in  
l.quod maior,ff.ad municip.& ibi glo.& Bar.tex in l.nulli  
ff.quod cuiusque vniuer.nom.in l.aliud,in §.referunt,ff.de  
reg.iur.& in c.1.de his quæ sūt à maio.par.cap.& in c.quia  
propter,& in c.auditis,de elest.glo.& Doct. in c.cum om-  
nes,de cōsti.& in c.1.in verb.tractatus,de rebus ecclie.non  
alienan. lib.6. & in c. pastoralis,in princ. in uerb. plures,  
de rescrip.& in l.vbi absunt, ff.de tuto.& cura. dat. ab his.  
Circa quam regu. vide Matthæ.de Afflict. in decis.1. & in  
tracta.de iure protomi.uers.idem de ipso,nu.5. Card.Iaco  
ba.in tract.de cōcilio,lib.5.artic.7. pag.170.col.1.cū alijs,  
&

D.PetriDuen.

& in lib.3.artic.1.pag.167.cum alijs. & in lib.6.arti.3.pag. 353.Abb.in cons.Basiliensi.in primo dubio. nu.12. & vide l.10.tit.14.part.1.Lambertinum in tracta.iuris patrona.in 2.par.2.lib.8.arti.2.q.princ.nu.4.fol.282. & in ead.par.17.arti.2.q.princ.nu.3.fol.286.Ludo.Bologni.in repe.Auth.habita.nu.85.C.ne filius pro patre.

Hanc regu.cum vnica limit.ponit Bartho.Soci.in regu.6.in posterioribus. Eandem regu.cum vnica ampliatio.& 14.limiit.posuit Bernar.de Luc.in reg.449.remittendo se ad Fel.in c.cum omnes.à nu.17.vsque ad nu.19.de consti-tu. Et eam cum quinque limi.ponit Roma.in rubr.de ar-bitr.nu.51.Eandem reg.cum quinque ampl.& sex limita-tionib.ponit Pyrrus Engleber.in l.aliud est vendere.§.refertur,ff.de reg.iur. Eandem limitat Deci.decem modis in d.c.cum omnes,in 1.lect.à nume.27.vsque ad num.41.Eandem cum vnica ampliat.& quinque limita.ponit idem De-ci.in 2.lect.num.42.Hanc etiam regu.cum 16.limita.po-nit Ias.in l.& suum hæredem,§.hoc die tamen, nume.8.ff.de pactis. Eandem regulam vbi notab.eam declarat eum tribus ampliationibus,& vna & viginti limita.ponit Andræ.ab Exea in d.c.cum omnes.à nume.155.vsque ad num.204.de constitutio.

Regula CCXCVI.

F A C T U M à maiori parte collegij vel vniuersitatis in præiudicium singulorum, non tenet, nisi omnes conser-tiant. Hanc regu.probat glo. in l.2.in verbo, aut legem,in vers.hæc autem consuetudo,C. quæ sit longa consuetudo,& ita per illam glo.tenet Bar.in procœmio Digest. nu.5.Fe-lin.in c.cum omnes.nu.18.in 10.fallen.de constitut.& ibi Andræ.ab Exea.nu.279.Iaso.in l.& suum hæredem.§.hoc die tamen.nu.8.in 16.fallen.ff.de pactis.Iacobatius Cardi-nalis sancti Clementis in suo lib.de concilio, lib.6,articu-3.col.9.vers.& ideo ybicut:que.'pag.352.vbi plura ad hoc infert. Eandem opinionem regulæ tenet Angel.in consil.271,nume.1.Corne.in cons.176,nume.6.vol.2.Maria So-cin.in tract.de citatione,artic.5.num.20.vers.sexto fallit. Barba.in cons.27.nu.23.vol.2.& expresse tenet Stephan. Bertrand,in cons.16.nu.1.vol.2.primæ impressionis.Et cir

ea hanc regulam vide posita supra in reg. 46.

1. Amplia primo vt procedat, etiam si illi de quorum pre*judicio* agitur essent absentes: quia nihilominus vocandi sunt. Ita tenet Lucas de Penna in l. nominationum, C. de decur. lib. 10. quem sequitur And. ab Exea in c. cum omnes. nu. 183. & nu. 214. de constitut.

2. Limita primo hanc regu. vt non procedat in seruo qui vult effici clericus: quia sufficit consensus vnius ex pluribus dominis. Ita probat tex. in c. nullus. & ibi glo. 1. & Doto. 54. distinc.

2. Limita secundo vt non procedat, quando ciuitas vel maior pars statueret supra virtualibus. Ita tenet Lucas de Péna in d.l. nominationum. col. h. vers. cæterum sciendum est. Matth. de Afflic. in consti. Neapol. lib. 10. Rub. 64. in vers. ad officium baiulorum. nu. 1. Albe. de Rosa. in 1. par. statut. q. 69. Hinc est quod ciuitas vel communitas habens frumentum superfluum, potest compellere ciues vt emant. ita tenet Feli. in c. 1. num. 2. de Iudic. allegat tex. in l. vñica. C. vt nemi. lice. in emp. specie se excusa. lib. 10. Ant. de Burgos. in c. 1. nume. 19. de empt. & vend. & in nu. 21. allegat tex. in l. 2. ff. de nundi. vbi probatur, quod rustici compelluntur venire ad ciuitatem, & ibi virtualia vendere. Soc. in regu. 435. in quarta limitati. & circa hoc vide Montal. in gloss. l. 3. tit. 5. par. 5.

3. Limita tertio, vt non procedat in vniuersitate habente potestatem leges condendi. Pro quo facit quod notat Iaso. in l. si se non obtulit. nu. 23. ff. de re iudic.

4. Limita quarto non procedere, quando factum à maiori parte concerneret publicam utilitatem: ita vt omnes ex illo facto perciperent commodum. ita tenet Bald. in cons. 45. incip. punctus super quo consilium petitur. & in cons. 462. vol. 2. quem sequitur Andræ. ab Exea. in d.c. cum omnes. nu. 185. de constitut.

### Regula cccxcviii.

F A M A, seu infamia debet præcedere in inquisitione: alias inquisitio non procedit. Hanc reg. probat tex. in c. cū oporteat. & in c. qualiter & quando, el ij. & in c. inquisitio nis, de accusationi. & in c. 1. eodem titul. lib. 6. & in c. licet Hely.

## D. Petri Duen.

Hely.de simo.in c. Deus omnipotens,in prin.2.q.1. De iure Regio probatur in l.1.in si.titu.17.par.3. Hanc reg. ponit Specu.in titu.de inquisitione, §.1.nu.5. Bart.in l.congruit,nu.3.ff.de offi.præsi. Ange.in repe.l.si vacantia,C.de accusat.Bart.in l.2.in §.publico,ff.de adulte. Paris de Puteo,in tracta.syndica.in verbi.inquisitio. Deci.in consi.270.& in cōf.175.& in cōf.189.Carrerius in pract.cri.in prin.nu.82. Paris.in cōf.203.nu.21.vol.4. Imo.in d.c.cum opporeat, nu.21. cum sequen.Bald.in l.iubemus,C.de probatio.glo:& ibi Bart.in l.2.in §.si publico, ff.de adulte. Ratio huius reg.est: quia nemo sine accusatore condemnari debet, l.rescriptum,in §.si quis ff.de mune.& hono.& c.de manifesta.2.q.1. & ideo requiritur accusator verus si proceditur per viam accusationis: si autem proceditur per viā inquisitionis, requiritur accusator saltem fictus: scilicet quod procedat infamia, ut supra dictis iuribus.

Hanc regu.Ange.in d.l.si vacantia, limitat in aliquibus casibus quos refert Ange.Are.in tractatu malefi.in verbo, haec est quædam inquisitio, nu.51. & in verbo, quod fama publica,nu.2. Hipp.in tracta.in §.constante, nu.12.

Ex quibus oībus & ex alijs quæ in varijs locis tradūtur.

1 Amplia primo in tantum procedere, quod licet testes producti super tali inquisitione probet crimen cōtentum in ipsa inquisitione, de quo inquisitus non erat infamatus: tamen tales testes illi inquisitio non præjudicant. nec ex eorum dictis condemnabitur. Ita tenet Specu. in titu. de inquisitione, in §.nunc videndum, nu.6. & ibi Bal.in addi. Pro qua opinione est tex. in d.c. inquisitionis, in §.tertia dubitationis,de accusat.

2 Amplia secundo in tantum procedere, quod non valet statutum superioris, quod possit inquiri de aliquo delicto contra non diffamatum. Ita concludit Card.in cle.1 nu.23 de offi.ordi. quem sequitur Hippo.in d.§.constante,nu.13.

3 Limita primo , quando inquisitio sit parte præsente, & non opponente de præcedente infamia: nam tunc valet & tenet inquisitio. Ita probat text.in c.2.de accusat. lib.6. & ita per illum tex.tenet Hippo.in d.§.constante, nu.20.

Ang.

**A**ng. Are.in tract.malefi.in verbo, quod fama publica,nu:  
7.Roma.in consi.110.nu.1.idem Ang. Are.in d.tract.male:  
in uerb.& hæc est quædam inquisitio,nu.51. Ias.in l.patre  
furioso,nu.27.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.Cæpo.in  
consi.60.nu.3.in consilijs crimin.

**2** Limita secundo ; in inquisitione generali quæ fit ad in-  
uectigandum facinorosos homines, de qua habetur in l.cō-  
gruit,ff.de offic.præsi.in c.1.de offic.ordi. in c.irrefragabi-  
le, eo.tit.in c.excommunicamus de hæreti.in c.placuit.10.  
quæst.1. Ita Innocen.in c.1.de postula.prælat. Abb.in c.ad  
nostram,el ij.nu.2.de iureiut.Hippo.in d.§.constante,nu.  
20.Abb.in c.1.nu.6.super glo.1.de offic.ordi.Ang. Aret.vbi  
supra,in d.verbo,hæc est quædam inquisitio,nu.51. Salic.  
in l.ea quidem,nu.30. C.de accusationibus : quibus addo  
Caietanum 2.2.q.69.artic.1.

**3** Limita tertio,in inquisitione quæ fit ad publicam utili-  
tatem,in causa mere ciuili ex pecuniaria. Ita tenet Ange:  
per tex.ibi in d.l.si vacantia, facit tex.in l. si quis intra,C.  
de bonis præscrip.& tenet Hip.in d.§.constante,nu.20.

**4** Quarto fallit, quandocunque per inquisitionem proce-  
ditur ad denuntiationem publici officialis . Ita probatur  
in d.l.ea quidem,in c.1.de offic.ordina.in c.1.§.ff. de offic:  
custo.tex.& ibi Bar.in h.durus Adrianus,ff.de custo.& exhi-  
bitio.reorum.Montal.in glo.l.28.tit.1.par.7.Bal.& Sali.in  
d.l.ea quidem,alias iudex facit litem suam,secundum Bal.  
in l.iubemus.col.2.vers.2.C. de probatio.

**5** Quinto fallit, quando iudex inquirit ex necessitate offi-  
cij.Ita expresse tenet Ange.in d.tracta.malef. in verb.hæc  
est quædam inquisitio.nu.51.Ang. de Perus. ante eum in d.  
l.si vacantia,lib.10.Hip.in d.§.constante,nu.20. Quod ta-  
men intelligo uerum , duimodo ex aliqua iusta causa iu-  
dex fuerit motus ad inquirendum , scilicet per famam vr-  
gentem,ita Ang.in l.Athletas,in §. calumniator.num.6.  
ff.de infa. allegat text.in d.c.cum oporteat , de accusa.pro  
qua op.i facit quod notat Bar.in l.cum quidam , in §.quod  
dicitur,nu.3.ff.de acqui.hæred.vbi per illū text.dicit,quòd  
quando esset publica fama,& aliquis accusauit vel denun-  
ciavit aliqueni de maleficio,non potest puniri pena propo-

D. Petri Duen.

nentis falsas accusationes: iuxta ea quæ supra dixi in regu.  
27. quod dicit sepius fuisse de facto obtentum, idem voluit  
Bar. in l. si. C. si ser. aut liber. lib. 10. quem sequitur Iaso. in  
l. 1. in princ. nu. 27. ff. de eo per quem fact. erit, ex quo dicto  
Bar. possumus limitare tex. in l. 83. Tauri. ut non habeat lo-  
cum, quando testis depositus super delicto de quo erat pu-  
blica vox, & fama, quia tunc testis non debet puniri tan-  
quam falsum deponens, cum fama excusat eum à dolo: quod  
expressius tenet idem Bar. in d.l. athletas.

6 Sexto fallit, quandounque vertitur periculum anima-  
rum: & sic non ad effectum puniendi, sed ad effectum corri-  
gendi pro salute animæ, ut quando episcopus visitat ecclæ-  
siam, uel quando vult se informare de vita & moribus eli-  
gendi vel consecrandi, vel alicuius promouendi ad ordi-  
nes, si est idoneus: quia tunc ex officio inquirit nulla fama  
precedente, ut in c. 1. de cleri. peregr. & in c. vnic. ut ecclæ-  
siastica beneficia. in c. graue. de præb. ita expresse tenet Host.  
in d.c. vnic. Abb. in c. 1. nu. 35. de postul. præla. & in c. post-  
quam nu. 4. de electio. & in c. 1. nu. 6. de offi. ordina. Specul.  
in tit. de inquisitio. in §. quando, nu. 6. & in §. viso. num. 41.  
Bald. in consil. 120. vol. 3. Facit quod habetur in c. ad nostrā  
el ij. de iure iur. in c. cum nobis, & ibi gloss. de elect. in c. 1.  
in §. sane, de censibus, libr. 6. & istam opinionem tenet Arc-  
tin. in d. cap. qualiter & quando, el ij. numero 12. de accu-  
sationibus.

7 Limita septimo, quandounque inquisitio fieret de má-  
dato Principis: quia tunc potest fieri, etiam non præceden-  
te fama. Ita expresse tenet Bal. in l. nullus per illum text.  
nume. 1. C. ad leg. Iul. maiestatis, quod ante eum tenuit In-  
noc. in d.c. cum oporteat. de accusa. Ang. in tract. malefi. in  
d. ver. quod fama publica, nu. 5. Cepo. in consil. 17. nu. 48. in  
consil. crimin. Ludou. Corre. in tract. crimina. in prin. super  
l. obseruare curabis, nu. 84. Quod tamen intelligo verum,  
quando inquisitio formatur de mandato seu ex conscientia  
Principis ex motu proprio ipsius Principis: nam tunc non  
requiritur diffamatio nec fama: secus ad postulationem al-  
terius Princeps hoc mandat. Ita probat gloss. 2. in uerbo,  
sacerdot. de accusationib. lib. 6. & ita expresse per illam glo-  
tenet

tenet Hippolytus in sing. 14. & in d. §. constante, nu. 21. Augu. Arimi. in addi. ad Ang. in tract. malefi. in d. ver. quod fama publica. nu. 5. Catellia. Cotta in memora. in ver. fama. Fel. in d. c. cum oporteat, in 4. not. & ibi Ioan. de Anan. nu. 2. vbi pro hac opere allegat etiam glo. in c. ex tenore. de foro cōp. idem tenet Deci. in d. consi. 170. & in consi. 189. Et de iure regio est l. 1. tit. 17. par. 3.

- 8 Limita octauo non procedere, quando aliquis denuntia retur de crimine per aliquem probum virum: quia tūc prædicta denuntiatio est sufficiens, vt inquiratur contra eū super infamia tantum, & non super crimine: sed reperta infamia potest inquiri de crimine. Ita tenet Abb. in c. licet, nu. 4. & in vlt. notab. de accusa. & ibi Ancha. & Feli. nu. 3.
- 9 Limita nono, nō habere locum in crimine hæresis: quia proceditur per inquisitionem nulla præcedente diffamatione. Ita probat tex. & ibi Cardi. qui dicit ibi non legisse, in c. excommunicamus, in §. adiicimus, de hæret. & ita expresse tenet ibi Io. de Ana. nu. 2. Eandem opin. tenet Bart. in Extraug. ad reprimendum, in ver. inquisitionem, quomodo in crimi. læse maiie. in vslb. feudo. Cardin. in Clem. 1. in §. penul. & in clem. 2. in 2. q. de hære. August. Arimi. in addi. ad Ange. in tract. maleficiorum, in ver. hæc est quædā inquisitio. nu. 58. Carrerius in practic. crimina. in tract. de hæreticis, nu. 110.
- 10 Limita decimo, non procedere in inquisitione quæ sit contra officialem in syndicatu: quia potest contra eum inquiri generaliter, & specialiter indistincte, etiam fama nō præcedente: & potest inquiri contra eius familiam, officiales & ministros: Ita tenet Paris de Puteo, in tract. syndicatus in ver. proceditur autem in syndicatu. Ang. in l. vacantia, col. 14. C. de bon. vacan. Bald. in l. obseruare, in §. profisci. nu. 3. ff. de offic. procon. & lega. De iure regio probatur in c. 59. [de los Corregidores.] cum sequentib.
- 11 Limita undecimo, non procedere in casibus in quibus præcessit inquisitio generalis: quia potest pertiniri ad specialem sine alia probatione famæ. Ita Barto. in d. Extrauganti, ad reprimendum, in verbo, inquisitionem, allegat. tex. in l. congruit, ff. de offl. præsid. in Auth. de collatori. §.

- iubemus, colla. 9. text. in l. 4. in §. mandatis, & ibi Bar. ff. ad  
 l. Iul. pecula. idē Bar. in l. 2. in §. si publico, nu. 6. ff. de adul.  
 Bal. in l. iubemus, nu. 4. C. de probatio. Montal. in glo. 78.  
 titul. 1. parte. 7. Et de iure regio probatur in l. 1. titulo. 17.  
 parte. 3.
- 12 Duodecimo limita, quando starent contra inquisitum  
 indicia sufficientia: nam licet non constet de fama, potest  
 tamen inquire ex illis indicijs. Ita Bar. in d. l. congruit, ff. de  
 offic. prēsi. vbi æquiparat processum inquisitionis cum indi-  
 cijs, & cum fama publica, quem sequitur Paris de Puteo in  
 d. tract. syndic. in ver. inquisitione. Bal. in d. l. iubemus, nu. 4.
- 13 Decimotertio limita, non habere locum vbiunque cri-  
 men habet in se maximam offenditionem: scilicet vbiunque  
 crimen committitur coram iudice, iudex potest super illo  
 per inquisitionem procedere: vt in l. 1. C. de calumniat. &  
 in l. nullum, C. de testib. & in l. penul. C. de proba. Ita ex-  
 pressè tenet Bar. in d. Extrang. ad reprimendum, in ver. in  
 quisionem. Montal. in glo. l. 28. tit. 1. par. 7. Bart. in l. 2. in  
 §. si publico, nu. 10. ff. de adulte.
- 14 Decimoquarto fallit, propter immunitatem criminis,  
 scilicet contra illum qui facit iniuriam sacerdotibus vel  
 ministris tempore cultus diuini, vt in l. si quis in hoc genus  
 & ibi expressè Bal. C. de episco. & cleri & ita per illum tex.  
 tenet Montal. in l. 28. tit. 1. parte. 7. & ita expressè tenet  
 Bar. in l. 1. in §. si publica. nu. 1. ff. de adulterijs.
- 15 Decimoquinto fallit, in crimen Iesæ maiestatis. Vt in  
 d. Extrav. ad reprimen. & ibi glo. in uer. per inquisitionem.
- 16 Decimosexto fallit, quando cunque delictum est noto-  
 rium, & nescitur quis illud commisi: nam tunc superior  
 facit inquisitionem generalem. Ita tenet Inno. in c. bonç,  
 el j. nu. 6. de elect. Bar. in l. fi. ff. de quæst. Abb. in c. j. nu. 6. de  
 offi. ord. De iure regio probatur in l. 1. tit. 20. lib. 4. Fori. &  
 in l. 10. tit. 1. lib. 8. ordinand. & l. 28. tit. 1. par. 7.
- 17 Decimo septimo limita, non habere locum in Archiepi-  
 scopis qui possunt visitare prouinciam, & inquirere de cri-  
 minibus, etiam si non appetet de negligentia suffraganeo-  
 rum. Ita probat tex. in c. sicut olim de accusatio. vbi Abb.  
 in 3. nota. & in nu. 4. hoc expressè tenet.

Decimo octavo fallit, in regularibus: nam contra regulares potest inquisitio fieri, etiam nulla precedente infamia. Ita expresse firmat Ioann. Andr. in d.c. olim, col. 3, in princi. versi. vnde & sine infamia proceditur ad inquisitionem, de accus. allegat tex. in c. in singulis & in c. seq. de statu mona. quod sequitur Ant. de But. ibi, Car. & Ancha. Sed Imol. in d.c. olim, nume. 20. dicit, quod illa iura loquuntur quando illa inquisitio fit per visitatores in capitulo generalis, & sic non concludunt, quod alias possit procedere contra regulares fama non precedente, & sic concludit, quod extra casum, d.c. in singulis, cum seq. remaneamus in regu. quod non debeat fieri inquisitio non precedente infamia contra regulares, & maxime prelatos: allegat ea quæ dixi in c. cum oporteat, & in c. qualiter & quando, de accusa. quod dictum Imol. sequitur Ioan. de Ana. ibi, nume. 14. & idem sentit ibi Abb. nu. 2. Corse. in reper. ad Abb. in ver. inquisitio. colum. 4.

## Regula eccl. ix.

FAMA regulariter non facit plenam fidem. Hanc reg. probat textus, in l. 3. in §. eiusdem, & ibi gloss. in ver. confit. ff. de testibus, text. & ibi gloss. ver. fama in cap. sitestis, in §. s̄pē etiam 4. quæst. 3, & in cap. illud, in ver. in hoc de clero. excomiu. min. Circa quam regulam vide Bartol. not. in l. de minore, in §. plurimum, nume. 30. ff. de quo. stio. & ibi Hippo. nume. 36. (qui nume. 93. ponit quotuplex, & quid sit fama: & per quos testes probetur.) Gand. in tracta. malef. in Rub. à quo, vel à quibus possit fama incipere, versic. quid sit fama, per totum, Felin. & Docto. in cap. veniens, el. j. nume. 7. de testib. Iason in l. admonendi, nume. ro 242. ff. de iure iurata. Deci. in c. 1. nume. 36. de appella. vbi dicit hanc esse commu. opinion. Corne. in consil. 51. nume. 1. volum. 1. & in consil. 46. nume. 16. volum. 3. Deci. in consil. 427. nume. 2. & in consil. 652. nume. 2. Marc. Man. in consil. 62. uome. 41. & in consil. 248. nume. 7. Ioann. de Ami. in consil. 27. nume. 31. & in consil. 60. nume. 12. Chassa. in consil. Burg. in titu. [des fiedz.] Rub. 3. §. 4. fol. 106. col. 1. nu. 4. So. cin. jun. in consil. 86. nume. 3. & in consil. 148. volum. 2. & in consil. 79. nume. 18. & nume. 26. volum. 1. Parif. in consil. 65.

D. Petri Duen.

- nu. 17. & in cons. 104. nume. 166. vol. 1. Io. Coras. in l. admonendi. nu. 80. vbi dicit ita communiter seruari. ff. de iure iur. eandem dicit commune in Arc. in d. c. veniens, num. 21. & hanc opinionem regulæ tenet Carol. Ruin. not. in cons. 158. vol. 5. nu. 23.
1. Limita primo, in casibus à iure expressis: scilicet vbi communis hominum opinio aliquid potest inducere. ut in communi vsu loquendi, vt in c. ex literis. de sponsalib. in l. libro sum. in §. quid tamen Cassius, ff. de legat. 3. Ita tenet Felin. in c. veniens. el j. nu. 7. de test. Hippolytus in l. de minore, §. plurimum, nume. 82. ff. de questionib.
2. Limita secundo, vbi cunque versatur fauor publicus preferens opinionem veritati: vt in casu l. Barbarius Philip-  
pus, ff. de offic. præto. & in l. si arbiter, C. de senten. & in §.  
tria. 3. q. 7. Ita tenet Abbas in d. c. veniens, nu. 8. vers. quædam sunt in quibus, & ibi Felin. nu. 8. Soc. in reg. 144. in 6.  
fallentia. Hippoly. in d. §. plurimum. nu. 82.
3. Limita tertio, quando agitur de probanda nobilitate &  
virtute. Ita expresse tenet Bart. in l. prouidendum. per illum tex. C. de postulan. quem sequitur Felin. in d. c. veniens.  
nu. 9. de testi. Deci. in c. 1. nu. 27. de appell. latissime Tira. in  
tra. de nobili. c. 37. nu. 84. & in c. 10. nume. 8. Ias. in repe. l.  
admonendi nu. 246. ff. de iure iur. Guido Papa in deci. 196.  
& 387. & in cons. 217. nu. 1.
4. Limita quarto, in his, quæ de sui natura probare nequeunt, vt est in filiatione, cap. per quas. de probat. cap. transmisæ, qui filij sint legi. & l. si filium definimus, cum alijs,  
ff. de his qui sunt sui, vel alic. Ita expresse tenet Anton. de  
But. in d. c. transmisæ, nn. 10. col. 3. vers. quandoque adest.  
idem Anton. in d. c. veniens el j. nu. 10. de testi. & ibi Felin.  
nu. 9. Dec. in d. c. 1. nu. 41. de appella. Quod tamen intelli-  
go verum, quando contra famam non instat negatio paren-  
tum. Ita tener Abb. & Præposi. in d. c. transmisæ. Couar.  
vbi hoc declarat, in Epitome 4. lib. in 2. par. c. 8. §. 1. nu. 9.  
Circa quam limitationem quomodo filiatio probatur, vi-  
de per Pau. Pari. in cons. 10. volu. 2. pet totum.
5. Quinto limita, in causis breuioribus, & modici præudi-  
cij. Ita tenet Bart. in d. l. minore, in §. si plurium nume. 30.  
versic.

versic. si vero ista fama. ff. de quæst. quem sequitur ibi Hippoly. nu. 50. & 54. Abb. in d.c. veniens el j. nu. 8. circa fin. & ita dicit Bart. vbi supra intelligi debere gl. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium, in qua sufficit probare per famam quod maritus male vtitur substantia sua ad effectum ut restituat dotem, remittit se idem Barto. ad ea quæ dixit in repe. l. si constante, in 1.2. & 3. quæst. ff. solu. matr. Eandem opin. tenet Ant. de Butrio, nu. 10. & ibi Felin. nu. 9. in d.c. veniens, el j. & ibi Deci. nu. 18. & 40. & in c. 1. num. 37. de appellat. Anton. Corsettus in repertorio ad Abbatem in verbo, fama. Ias. in repetit. l. admonendi nume. 146. ff. de iure iurian. Soci. in regu. 144. in 4. fallentia. præposi. Alexan. in o. 1. nu. 11. de appellatio. Matthæ. de Affli. in c. primo. §. sed quia. nu. 41. quæ sit prima cau. benefi. amitten. in Visib. feudo. Cæ pol. in l. 1. §. sed sciendum nu. 132. ff. de ædil. edict.

6 Limita sexto, in impedimento matrimonij, quia probatur per solam famam. Ut probat tex. & ibi Abb. per eum in 3. notabili in c. super eo. de consangui. & affinit. & ibi Doctor. Roma. in singu. 622. Alexand. in additionibus ad Barto. in d. §. plurimum, nume. 30. incipi. vana vox. & Hippoly. in d. §. plurimum nume. 16. Felin. in d.c. veniens, nume. 9. Decius in c. 1. nu. 40. de appellatio. Doctor. de Couarru. in Epitome. 4. libri, in 2. par. c. 6. §. 10. nume. 29. De iure regio probatur in l. 2. titu. 3. par. 4. De iure cano. gloss. per illum tex. in c. illud. in verb. in hoc, de cleri. excommu. vel deposito ministranti.

7 Septimo fallit, in factis antiquis excedentibus memoriam hominum, quia tunc fama plenam probationem facit. Ita probat glo. in l. atqui natura. §. cum me absente, ff. de nego. gest. Innocen. in c. quod per nouale, & in c. venies, de verborum significa. Bal. in Auth. quas actiones. in ultima colum. C. de sacrosan. ecclie. in l. cum super. C. de rei vedi. dicat. in l. in bonæ fidei. colum. fina. C. de rebus creditis. Cæsar Lamb. in trac. iuris patrona. in 2. part. 2. lib. in 9. articu. 10. q. 1. fol. 335. colum. 1. And. Tiraq. in trac. de primogeni. in præfatio. nu. 103. Ludo. Gozad. in conf. 8. nu. 47. Matth. de Affli. in decis. Neapol. c. 177. nu. 1. Pau. Paris. in conf. 52. nu. 50. vol. 3. & in conf. 23. nu. 236. vol. 1. Gratus in conf. 95.

nu. 15. volum. 2. Matthæ. de Affl. in c. 1. in 4. notab. nūm.  
 28. de pace iuramento firmando. Ioan. Sanson in consue-  
 tudinibus Tauron. artic 13. colum. fina. idem Bald. in l. 4.  
 C. de probatio. in l. non ignorat. in 6. colum. C. qui accusa-  
 non possunt. Anton. de Butr. in c. veniens nume. 10. de ver-  
 borum signific. Philip. Decius vbi dicit hanc esse commu-  
 nem opin. in c. 1. nume. 46. de appellatio. Felin. nume. 9.  
 & 16. in d. c. veniens , de testib. vbi allegat text. in c. cum  
 causam. de probatio. Bartol. in l. 2. in §. Labeo. ff. de aqua  
 pluu. arcend. Hippol. in d. l. de minore. in §. plurimum nu-  
 me. 60. ff. de questio, & in singu. 405. Ias. in l. prætor ait. §.  
 prætor ait. nume. 25. ff. de æden. Carolus Ruinus in con-  
 sil. 13. nume. 3. & in consil. 92. nume. 2. & in consil. 151.  
 nume. 2. & 3. in consil. 173. nume. 2. volumi. 4. & in consil.  
 103. nume. 16. volumi. 3. Et dicitur esse tempus de anti-  
 quo, quando est tempus centum annorum, vel ultra. ita te-  
 net Innocen. in d. c. veniens, Bartholomæ. Socini. in regul.  
 144. in 7. limitatio. Corsettus in Repertorio ad Abb. in ver-  
 bo, fama. Eandem opinionem ditit ita communiter tene-  
 ri Alexand. in l. cum aliquis C. de iure deliber. & in consil.  
 208. nume. 12. volum. 2. Specula. in titu. de probatio. in §.  
 1. versicul. valet etiam . Alèxand. vbi etiam loquitur de  
 centum annis, in consil. 11. nume. 8. volum. 4. & in consil.  
 74. nume. 6. eod. volum. Deci. in d. c. 1. nume. 46. de appelle-  
 latio, eandem dicit etiam communem , scilicet quod re-  
 quiratur tempus centum annorum , quod est tempus lon-  
 gœue vitæ hominis, vt in l. fina. C. de sacrosan. ecclesi. & in  
 l. an inutiles, ff. de usufruct. lega. Ias. in repet. l. admonendi  
 nume. 245. ff. de iure iuran. Eandem opinionem tenet Imo.  
 & ibi Abb. nume. 8. in d. c. veniens el. j. de testibus Iacob. de  
 sancto Georg. in l. 3. in §. eiusdem nu. 16. ff. de testib. Fran.  
 Curt. Sen. in consil. 69. nume. 5. & in consil. 76. num. 4. Roma.  
 in consil. 109. nume. 1. vers. quo ad secundum. ad fi. Dec. in co-  
 sil. 428. nume. 2. vbi hanc attestatur communem, eandem  
 videtur etiam tenere And. Alciat. in tract. præsumptionis,  
 in 2. regula, præsumptione 3. nume. 3. Cæpol. in tract. ser.  
 yrbano. prædio. c. 19. Ias. in consil. 81. col. 2. volu. 1. & in con-  
 sil. 24. colum. penul. volum. 3. & in consil. 148, in fi. volu. 4;

Eandem

Eandem dicit commun. esse Bertran. in cons. 41. nu. 8. vol. 1. primæ impressio. & secundum eam communem consuluisse Iason. in l. cum aliquis nu. 7. C. de iure deliberan. Eādem opin. tenet Præposi. in c. 1. nume. 11. de appellat. Rui. in cons. 84. nume. 9. volum. 4. Ioan. Cora. in repeti. l. admo nendi nume. 83. ff. de iure iur. Carolus Molinæ. in consuetud. Parisien. §. 5. nume. 63. eandem opinionem, vbi dicit magis communiter teneri, firmat idem Stephan. Bertrandus in consil. 283. nume. 4. uolu. 3. primæ impressionis Sigismund Lofredus, ubi hoc not. examinat, in consil. 44. nu. 4. pro qua opin. facit quod supra dixi in reg. 90. in 1. limita.

Licet Anton. de Batr. in d. c. ueniens el. j. de testibus nu. 19. dicat tempus longissimum esse spaciū quadraginta annorum. Quem sequitur Alex. sibimet contrarius, in consil. 54. nu. 13. uolu. 2. quam opinio. tenet etiam Dom. de sancto Gemi. in c. 1. de scri. lib. 6. & sibimet contrarius uidetur tenere Steph. Bertrandus in consil. 260. nu. 8. uolu. 2. primæ impression. Alij etiam dicunt septuaginta annorum, ut Aret. in consil. 36. nu. 6. sed nihilominus, ut supra dixi, præcedens opinio est uera & communis. Sed opin. Anton. saluat Deci. in d. c. 1. nu. 47. de appellat.

8 Octauo fallit, quādo esset materia in qua ipsa fama, seu opinio communis tribuat ex eius verbis certū intellectū, tunc enim sufficit quod ipsa probetur. Ut in l. Labeo de suppellect. lega, in l. cū delationis, §. asinā, ff. de fund. instruct. ita tenet Ant. de Batr. in d. c. ueniens, nu. 10. quē refert Soc. in regu. 144. in 5. limitatio. Abb. in d. c. ueniens, nume. 8.

9 Limita nono, in probatione mortis. Ita tenet Cin. in l. si quidem C. sol. mat. Ant. post alios in c. in præsentia. de spō fali. nu. 7. Bar. in l. 2. §. si dubitetur, ff. quemadmod. testam. apertan. & est bonus tex. in l. non omnis, ff. à barbaris, ff. de re militari, & hanc opin. tenet Felin. per illum tex. in d. c. ueniens nu. 8. Bart. in d. l. si quidem C. solu. matri. & ibi Sall. Ias. in l. cuni ea quæ. nume. 7. C. de transact. additio. Prepo. in d. c. 1. in nu. 11. de appell. Hippo. in d. §. plurimum nu. 79. Iac. de Sancto Georg. in l. 3. §. eiusdem nu. 9. ff. de testi. Quod tantum intelligo uerum quandocūque aliquis lōge fuit absens, & tractatur de eius hæreditate, & sic in his quæ sunt

## D. Petri Duen.

sunt lœuis præiudicij: alias autem sola fama non sufficit, sed requiritur alia probatio vltra famam, secundum Abb. & Anto. in d.c. in præsentia. Steph. Anfred. in additio. Capellæ Tholo. 316. & in decisio. 312. & ibi. Bar. & Salic. in d. I. si quidem C. solut. matri. Corset. in singu. in verbo. mors. Corne. in consil. 10. nume. 7. volu. 1. Alexand. in consil. 4. nume. 15. volum. 2. & in consil. 115. volum. 4. Nicol. Boer. not. vbi hoc examinat, in decisio. 288. per totam. Bartholo. de Chassa. in consuetud. Burgundiæ, in procœmio, fol. 10. co. Jum. 2. nu. 9. Marianus Socin. Iun. in consil. 26. volu. 2. per totum. vbi tractat qualiter mors probetur. De iure regio est tex. in l. 14. titu. 14. par. 3.

10 Decimo limita, non habere locum quando agitur remedium. c. reintegranda, 3. q. 1. Ita tenet Anch. in consil. 42. num. 2. vbi dicit, quod fama publica de possessione, facit rem restitui. sequitur Deci. in d.c. 1. num. 42. de appellatio. Ratio potest esse quia causa videtur esse lœuis præiudicij, cum agatur de sola possessione, vt notatur in l. 1. C. si de momento posses. sue. appellat. no. idem Deci. in c. de appellacionibus, & in d.c. veniens el. j. nume. 43. de testibus, & ibi Felin. nume. 16. in fine.

11 Undecimo fallit, quando agitur de sufficientia ordinandi. Ita tenet Domi. post glossi. ibi, in c. nullus in fi. 24. distin. quem sequitur Felic. in d.c. veniens el. j. nu. 9. de testi. Hipp. in d.l. de minore. in d. §. plurimum, nu. 80. ff. de quæstio.

12 Duodecimo limita, in collatione beneficij: nam pertinencia collationis sufficit probare per reputationem, & famam: ita concludunt Domini de Rota in decis. 123. secundum impressionem antiquam, & secundum nouam in deci. 3. in titu. de probat. Phi. Dec. in d.c. 1. nu. 39. de appellat.

13 Decimotertio fallit, in possessione seruitutis, aut libertatis, aut simili, vel in quasi possessione ingenuitatis: & ita ut onus probandi transeat in aduersariū volentem dicere contrarium, vt in l. mater C. ne de statu defunct. Ita tenet Bar. in l. de minore d. §. plurimū. nu. 30. in fi. Bal. in d.l. 2. per illum tex. C. si seruus aut libert. lib. 10. Iac. de S. Georg. in l. 3. in §. eiusdē nu. 7. de testi. And. Tiraq. in tractatu de nobilitate, c. 10. nu. 8. Carolus Ruinus in consil. 128. vol. 4. nu. 10.

Decimo-

- Septimo fallit, nisi feudum venderetur ad vsumfructū, tunc videtur venditum vtile dominium. Ita Bal. in Rub. C. de iure emphy. nu. 9. in fine allegat text. in d. l. donationes in concubinam, in §. species ff. de donatio.
- Octavo fallit, si fuerit dictum inuestitura feudi, ad vsum fructum tibi & hæredibus, tunc in persona hæredis esset nouus vsumfructus. Ita tenet Bal. in d. præludijs feudorum, quem sequitur ibi Matth. de Affl. nu. 135.
- Nono fallit, nisi inuestitura ad vsumfructum facta esset ecclesiæ vel religiosis personis, tunc videtur concessum vtile dominium in perpetuum. Tenet gloss. quam ibi sequuntur Cinus & Bal. & Alberi. in l. si mulier, C. de iure dotium in verbo, mulier, in versicul. item ad hanc dedi predium, idem Alberi. in d. §. species, Bald. in l. & in epistola. nume. 5. C. de fideicommissis, pro qua opinione est textus, in d. l. Ti-

I. Titia in §. cum nuberet, ff. de legatis 2.

*Regula ccccxx.*

F E V D V M non potest pignori dari, sine consensu direc-  
ti domini. Hanc regulam probat tex. in cap. 1. in §. item si  
quis, quibus modis feudum amitta. & in c. 1. ibi, feudum to-  
tum, uel parem aliquam vendere, vel pignorare, de prohibita  
feu. aliena. per Federi. ita expresse tenet Bartholomæus So-  
ci. in consil. 19. nu. 12. uolu. 1. Marianus Socinus eius nepos  
in consil. 77. nu. 73. volu. 1. Ruinus in consil. 143. numero 19.  
volumi. 3. Augustinus Berous in quest. 94. nume. 11. Ioann.  
Igneus in l. 1. §. si seruus pignori datus, nume. 7. ff. ad Syl.  
Jania. Martinus de Silimanis in tractatu feudorum, in Ru-  
bric. quibus modis feudum alienetur, numero 99. & facit  
quod dixi supra, in regul. 40. in 3. ampliatione, De iure  
regio probatur in l. 10. titulo 26. parte 4. & in l. 68. titul.  
18. parte 3.

Hanc regulam limitat quatuor modis Chassanæ. in con-  
sue. Burgun. in titu. [Des fiefs.] Rubr. 3. §. 8. numero. 11. fo.  
118. col. 4. vsque ad nume. 21. Quarum limitationum tres  
ante eum posuit Fran. Cur. Iun. vbi hanc regu. limitat alijs  
quatuor modis, in tract. feudorum, in 4. parte, nume. 95. Ea  
dem regulam cum quinque limitationibus ponit Matthæ.  
de Afflict. in c. imperiale, nume. 4. de prohibi. feudi alien.  
per Fede. Hanc regulam cum tribus ampliationib. & tri-  
bus limitationibus ponit Franc. de Ripa in l. obligatione,  
nu. 35. ff. de pignoribus.

*Regula ccccxxi.*

F E V D I dominus, est iudex inter ipsos met Vasallos.  
Hanc regulam probat tex. in c. imperiale, in §. penul. de  
prohibi. feudi aliena. per Federi. & in c. 1. de contro. feudi  
apud pares termi. & in c. cæterum, de iudicijs, & ibi glo. &  
in c. ex transmissa, & in c. uerum, de foro compe. De iure re-  
gio probatur in l. 45. titu. 26. par. 4. Et ultra docto. in supra  
dictis locis tenet Bartho. Soc. in consil. 12. nu. 20. vol. 1. Mart.  
de Silimanis in tracta. feudo. Rubr. quis sit iudex feudi, &  
vbi agatur causa feudi, per totam. Vlda. Zafius in sua Epito  
me feudo. in 11. par. nu. 6. Io. Igneus in repe. l. necessarius  
in §. non alias, nume. 610. ff. ad Sylla. Ioann. de Ayma. in  
proœ-

## D. Petri Dueñ.

procēmio concordatorum. fol. 113. col. 3. Et circa hanc regulam vide Socin. in tracta. fallentiarum, in reg. 52. & 53. in posterioribus. Nicolaus Boeri, in decis. 114. nu. 5. Steph. Aufre. in repe. cle. 1. de offic. ordina. in reg. 2. in 1. fallen. Iason in l. 1. §. & post operis, nu. 12. ff. de noui operis. Car. de Grassalijs in suo regalium Franciæ, lib. 2. iure 1 r. Alexan. in consl. 1. volum. 5. Bartholomæus Socin. in consl. 284. vol. 2. & in consl. 87. volum. 3. Ioan. de Amicis in consl. 2. nume. 1. Bal. in consl. 327. vol. 1. & in consl. 183. & in consl. 188. volu. 3. Alexan. in consl. 79. per totum, volu. 1. Chassanæ. in consl. 41. nu. 1. & 16. Albertus Brunus in consl. 20. nu. 7. Matth. de Afflictis notabiliter in d.c. 1. nume. 2. de controversia feudi apud pares terminan. & d. §. præterea inter duos, nume. 1. cum alijs.

Hanc regulā limitat sex modis Maria. Soc. in c. ex transmisla, à nu. 27. vsque ad nu. 34. de foro compo. Eandem regulam limitat duodecim modis Franc. Cur. Iun. in tracta. feudorum, in 7. par. à nu. 3. vsque ad nu. 15. & à nu. 15. vsque ad nu. 34. ponit 13. quæstione circa materiam huius regulæ. Hanc etiam reg. limitat tresdecim modis Fel. in c. cætæ rum, à nu. 5. vsque ad nu. 14. de iudic.

### Regula CCCXXII.

F E V D A inferiora quæ non habent dignitatem annexam, diuidi possunt. Hanc regulam probat tex. in c. 1. in §. omnes, si de feudo fue. cōtrouersia inter dominum & agnatum vasalli, in v̄sibus feudo. in c. imperiale, in §. præterea ducatus, & ibi omnes doctor. de prohibita feudi alienatione per Federicum. Circa quam regulam vide posita supra, in regul. 316.

Hanc regulam cum vnica ampliat. & vnica limitatio. ponit Chassanæ. in consue. Burg. in titu. [Des fiefz.] Rubr. 3. §. 6. fol. 117. col. 4. nu. 22. Quas ante eum posuit Francis. Cur. Iun. vbi eam declarat, in tractat. feudorum, in 4. part. q. 30. nume. 224.

### Regula CCCXXIII.

F E V D V M antiquum si renouatur vasallo, non desinit esse antiquum. Hanc regulam probat tex. in c. 1. de vasallo decrep. ætatis in v̄sibus feudo. & tenet Bart. et doct. in l. si mihi

mihi & Titio ff. de verbo. obliga. & ibi Ias. nu. 12. colu. fi. & in l. quod dicitur, la j. ff. de impensis in rebus dotal. fac. Roma. in consi. 315. nume. 1. Alexan. in consi. 30. nu. 6. volu. 1. Bartho. Soci. in consi. 100. nu. 11. versic. ex quibus infero in proposito, volu. 3. Deci. in consi. 53. nu. 3. Albertus Brunus in consi. 79. nu. 4.

**1** Limita primo, quando feudum erat omnino extinctum: quia vasallus priuatus esset feudo ipso iure, ita quodd alia sententia priuationis necessaria non esset, nam tunc ex tali renouatione efficiunt nouum feendum. Ita concludit Bal. in c. 1. in §. insuper, in fi. de prohib. feudi alie. per Fed. Ale. in consi. 34. colum. 2. volu. 5. Et pro hoc quodd res extincta si renouetur dicatur noua, & alia res, est tex. in l. inter stipulantem, in §. homo liber. vers. & nauis, ff. de verb. obliga. & in l. 1. in §. opus, ff. de nou. oper. nuntia. Ias. in l. ius autem ciuale, nu. 15. & 18. ff. de iusti. & iure. Deci. in l. 1. in prin. nu. 28. ff. quod quisque iur. Matth. de Afflic. in d. c. 1 nu. 12. de vasal. decrepi. æta.

**2** Limita secundo, quando in renouatione feudi adiace-  
retur noua forma: quia tunc ex tali adiectione nouæ for-  
mæ diceretur nouum feendum. Ita tenet Bal. in c. 1. in §. in-  
super, in fi. de prohib. feudi alien. per Feder. ex mutatione  
enim formæ inuestitura, efficitur nouum feendum, ita con-  
cludit Bartho. Cæpol. in consi. 31. nu. 7. in consi. ciuil. Ias.  
in d. l. si mihi & Titio, colu. fi. nume. 12. Oldr. in consi. 178.  
incipien. quidam nobilis, vbi dicit, quodd feendum dicitur  
nouum ratione nouarum conuentionum. quem sequitur  
Curt. senior. in consi. 50. nume. 50. & 29. Matth. de Afflict.  
in decisioni. Neapolit. 112. nu. 5. & in 244. num. 8. Albert.  
Brunus in consi. 88. nume. 5. pro quo est bonus text. in l.  
ius autem ciuale, & ibi Docto. Moder. ff. de iusti. & iure.  
Quam limitationem Calderi. in consi. 11. in titu. de feu-  
dis, vers. ad cuius declarationem, intelligit verum, quan-  
do mutatur aut alteratur forma circa substantialia feudi:  
secus si circa accidentalia.

**3** Tertio limita, nisi feendum amissum per vasallum fisco  
principis fuisset incorporatum, aut possessio eius per do-  
minum apprehensa: quia tunc si renouetur vasallo, dicitur  
nouum

## D. Petri Duen.

nouum feudum. Ita concludit Bal. in l. 1. quæst. 15. nu. 11. ff. de rerum diuisio. Alexan. in d. consi. 34. col. 2. Ias. in consi. 152. nume. 1. in fi. in 2. col. vol. 2. & in consi. 64. colum. 3. nume. 1. versicu. secundo, posunt limitari. Ludo. Gozad. in consi. 84. nu. 10. & 21.

Quæ tres limitationes non præcederent, quando feudu renouaretur sub commemoratione antiquarum inuestitu riarum, & sub eisdem pactis & qualitatibus. Ita Areti. in d. 1. si mihi & Titio. Alex. in d. consi. 30. nu. 6. vers. & ita etiam colligitur ex verbis dictorum priuilegiorum, vol. 1. Alber. Brunus in consi. 79. nume. 5. Secundo non procedunt prædictæ limitati, quando in reuocatione feudi superiori, verbum restituimus aut reddimus, apponitur etiam si sint verba, & de novo cōcedimus. Ita tenent Mart. Lauden. & Pre positi. in c. 1. de yasal. decrepit. æta. & ibi Matth. de Afflīct. nu. 35. per quem vide alia circa hanc regu.

### Regula cccxxiiii.

F E V D I contentio vbi est inter dominum & vasallum pares curiæ sunt iudices. Hanc regu. probat tex. in c. imperiale, in §. præterea si inter duos, de prohibita feudi aliena. per Feder. & ibi Matth. de Afflīct. nu. 38. & in c. 1. de contiouersia feudi apud pares termi. & ibi etiam Matthæ. de Afflīct. nume. 1. facit etiam text. in c. 1. de lege Corra. notatur in c. cæterum, de iudic. De iure Regio est tex. in l. 11. titu. 26. part. 4.

Hanc reg. cum ynica ampliatione & sex limitationibus ponit Bernard. de Luco in regu. 287. remittendo se ad Marian. Soci. in c. ex transmissa, nu. 9. de foro compe. Eandem cum quatuor ampliationibus & sex limitatio. ponit Curt. junior in tracta. feudorum, in 7. pat. vers. tertia principalis regula datur, à nu. 34. vsque ad finem.

### Regula cccxxv.

F E V D V M negans, rem feudalem perdit. Hanc regu lam ponit Abb. in c. cæterum, nu. 21. post Innocen. ibi, de iudic. allegat ad hoc text. in c. quo iure 8. distin. Bal. in 2. col. C. quomodo & quando iudex. Probatur per tex. in l. 6. ff. de rei vendica. vbi probatur quod negans se possidere si conuincatur, perdit possessionem. Cui consonant tex. de iu

re Regio in l. 3. tit. 3. par. 3. & l. 40. tit. 1. ead. par. Circa quā regu. vide Rom. in consil. 70. nu. 4. Arnold. Ferronisi in consuetu. Burdegalen. in tit. de feudis. §. 5. Abb. in c. fi. de solu. nume. secundo, Ias. in l. quod te mihi, nume. 29. ff. si certum peta. & in §. omnium, nume. 36. institu. de actio. Hippo. in repe. rab. ff. de fidei usso. nume. 19. & nu. 322. & in sing. 242. Matth. de Afflīct. in decis. Neapo. 18. nu. 1. Ludo. Gome. in §. ex maleficijs, nume. 16. insti. de actio. Anto. Capit. in decis. 29. nu. 6. Hiero. Grat. in consil. 37. nume. 1. volu. 2. Guid. Papam in singu. 609. & in consil. 3. nume. 2. & in decis. 236. in fi. Ripam in l. qui cum se, nu. 1. cum alijs, ff. de re iudi. & vide infra in regu. 329.

Et plures casus in quibus negans punitur, vide per Bal. in Auth. contra qui propriam, C. de non nume. pecu. quem refert Cattellia. Cotta, in memora. iuris, in verbo, negans.

Hanc reg. ampliat vno modo, & limitat quinque modis Feli. in d. c. ceterum, à nu. 28. vsque ad nu. 20. de iudic.

### Regula cccxxvi.

F E V D I noui inuestitura ad hoc, vt probetur necessarium est, quod adhibeantur pares curiæ. Hanc regulam probat tex. in c. 1. quid sit inuesti. in vñibus feudo. Ratio autem quare extranei non admittantur, ponitur in tex. in c. 1. in §. 1. & in §. idcirco, de notis feudorum. Circa quam regu. vide Alexan. in consil. 10. volu. 3. & in consil. 79. volu. 1. Martin. de Silimanis in tracta. de feudis, in rub. de inuestitura qualiter fiat nu. 225.

Hanc regu. ampliat vno modo, & limitat tresdecim modis Franc. Curt. iunior in tracta. feudorum, in 2. par. in 4. q. à nu. 16. vsque ad nume. 30.

### Regula cccxxvii.

F E V D V M pro anima vasallus relinquere non potest. Hanc regu. probat tex. in c. imperiale. ibi, vel pro anima iudicare, de prohibi. feudi aliena. per Feder. & in c. 1. in §. donare, quali. olim feudum alien. pote. & ibi Bal. & Aluaro. Ratio est: quia magnum præiudicium fieret domino superiori: quia postquam feudum esset semel incorporatus ecclesiæ, quæ nunquam moritur, nunquam esset spes q; feudum possit ad dominū reuerti: & ideo ecclesia quæ debet esse

## D. Petri Duen.

esse cultrix iustitiae, nihil sinistri debet pati fieri, neque in se, nec in aliam, ita probat tex. in c. 1. in §. Mediolanenses, versicu. inde potest præsumi de alienatio. feudi, in vñibus feudorum. Hanc etiam opi. sequitur Bal. in l. 1. C. de sacro- sanct. eccles. Feli. in c. inter dilectos, nu. 10. de fide instru. Lud. Goza. in consi. 8. nu. 21. & in consi. 4. nu. 8. Ale. in consi. 30. nu. 3. volu. 1. Bartho. Soci. in consi. 19. nu. 10. volu. 1. Ma- ria. Soc. iunior in consi. 76. nu. 46. vol. 1. Roma. in sing. 533. Hanc etiam opi. tenet Abb. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 18 de consti. & hanc opi. vbi latissime eam examinat, & refert Docto. contrariam partem tenentes, tenet Cur. iun. in tra- cta. feud. in 3. par. q. penul. nu. 125. & circa hanc regu. vide supra in reg. 40. in 6. ampli.

Hanc regu. ampliat vno modo Ludo. Roma. in d. singu. 533. Eandem limitat quatuor modis & ampliat vnicō mo- do Felin. in c. quæ in ecclesiarum, nume. 69. vers. cæterum in quantum dictum est de consti. vsque ad nu. 75. Hanc etiā reg. limitat 5. modis, vbi notab. examinat Fran. Cur. iun. in tract. feud. in 4. par. in d. pe. q. nu. 126.

### Regula CCCXXVII.

FIDEI VSSOR non possidens immobilia, potest recu- sari tanquam non idoneus. Hanc regu. probat tex. in l. 2. & in l. sciendum, ff. qui satisd. cog. gl. in Auth. de exhib. reis, in §. suscepito. in verb. personali, colla. 5. & in l. si quis stipu- latus sit Stichum, in §. si quis stipulatus fuerit, ff. de verbo. oblig. Hanc opi. tenet Bal. in c. coram, nu. 8. de offi. delega. Spec. in tit. de satisdatio. in §. d. vers. sed si scholaris. Alex. in consi. 160. nu. 5. volu. 5. & hanc dicit esse commu. opi. Ias. post Barba. ibi in d. l. sciendum, in prin. nu. 30.

Hanc reg. ampliat vnicō modo, & limitat quatuor mo- di Hipp. in rep. Rub. ff. de fideiuss. à nu. 227. vñq; ad nu. 241.

### Regula CCCXXIX.

FIDEI VSSOR negans se fideiussile, si conuincitur de mendacio sibi præjudicat. Ut in l. sed hoc ita, in §. 1. ff. de re iudica. vbi dicitur, quod negans se socium, perdit be- neficium ne conueniatur vltra quam facere potest: quod competit socio, vt in l. sunt qui ff. de re iud. ad quod etiam est tex. in l. 6. vñus, in §. 6. ff. pro socio. Et facit etiā pro hac reg.

reg.tex.in l.sed si ex parte,in §.interdū, ff.qd cū eo.vbi ponit  
nur,vbi punitur filius familias,negādo se filium familias,  
& métiēdo dixit se patrē familias.Tertio facit tex.in l.hæ-  
reditateni,in §.fi.ff.ad leg.Falc.vbi dicitur,qd hēres negās  
rem hēreditariam,si conuincatur de mendacio,sibi præin-  
dicat,quem tex.pro singu.allegat Bal.in Reper.suo,in ver-  
bo, negatiua. vbi dicit, quod negans similis est subtrahen-  
ti : per illum tex.& idem dicit Bal.in c.dudum,el ij. nu.8.  
de elect.Ias.in §.item si quis in fraudem. Insti.de actio.ex  
quibus videtur cōfirmata supra dicta nostra regu. Pro qua  
opi.est tex. in l.fi.ff.de rei vendi.vbi habetur ; quod si quis  
in veritate possidet aliquam rem,& contra eum agatur rei  
vendicatione ad illam rem , si ipse negat illam possidere ,  
& conuincatur de mēdacio,quia actor probat ipsum illam  
possidere,tunc debet alijs possessio incontinenti ab eo au-  
ferri & in actorem transferri, etiam nihil de iure suo pro-  
bantem. Cirea quam regulam vide supra in regu. 325. &  
pratiudicatur sibi iste fideiussor in hoc, quia perdit benefi-  
cium excussionis,& beneficium cedendarum,ita tenet Bal.  
in Auth.contra qui propriam,in 3.col.C.de non nume.pe-  
vbi allegat bonum tex.in l.si dubitetur,in §.ita de num,ff.  
de fideiuss.vbi hoc tenet Ange.de Perus.& Alex. & Ias. in  
l.i.nu.11.C.de transact.Bar.in l. etiam §.i.ff.solut.matr.&  
opinionem huius regulæ tenet Hiero.Gratus in consi.63.  
nu.44.& in consi.119.nu.21.volu.2. Purputa. in l. nec pa-  
ctio,nu.79.C.de transac.Nicol.Be.lo.in §.si plures,nu.12.  
institu. de fideiussoribus.

Hanc reg.vbi eam pluribus fundamentis confirmat,po-  
nit Hipp.in repe.Rubr.ff.de fideiuss.nu.322. vbi à nu.336.  
vsque ad nu. 345. limitat eam quatuor modis.

## Regula CCCXXX.

FIDEIUSSENI minoris non prodest restitutio mino-  
ri concessa. Hanc regulam probat tex.in l.1. & 2. C.de fi-  
deiussi.minorum,& ibi Bart.& in l.Marcellus ff. de fideiuss.  
& in l.in causæ, la j. vbi assignatur ratio huius regu. ff. de  
min.& in l.3.§.sed utrum,versic. sed an hoc auxilium, eo.  
tit.De iure Regio est tex.in l.25.tit.4.par.3.& in l.4.ti.2.  
par.5.& hanc opinionem ultra supra dict. doct.tenet Frac.  
Curt.

Cur.iun.in l.post aditam, nume.5.C. de impub. & alijs. Et circa hanc regulam vide Io. Mauritium in tract.de restitu-  
tione in integ.c.14.Hippo.in repe.Rubr.ff.de fideius s.num.  
267.Vincentium de Herculaniis,& ibi Doct. in l. & si fide-  
iussor,ff.de re iudic.Anton.Caimum in summa,C.de resti-  
tutione in integrum pagi.4.

- 1 Fallit primo, quando dolus aduersarij, interuenit . Ita probat tex.in l.2.in fi.C.de fideiussore.minoruni.Et est ratio quia æquius est aduersarium qui dolum commisit pari dâ-  
num , quam quod fideiussor qui bona fide fideiussit soluat de suo proprio:nec poterit solutu repetere à minore:quia minor aduersus fideiussorem poterit petere restitutionem in integrum: vt in l.1.C.de fideiussor. mino.& ita expresse tenet gl.in d.l.2.Iacobi.de S.Georg.in l.1.nu.7. C.de fide-  
iusslo.mino.Montaluus in glo.l.1.tit.12. par.10.Io. Mauri-  
tius in d.tract.de restitu.in integrum,in d.c.14.pag.fin.Pet-  
rus Rebuff.in gl.ad constitu.Regias Galliq:in 2.par.in tra-  
cta.de restitutionibus,artic.2.in glo.2.nu.8.pag.143.glo.in  
l.minor 25.ann.in vers.succurritur,ff.de procurato. Bar.in  
l.Stichum,§.quod vulgo,nu.2.ff.de solutio.
- 2 Limita secundo, quando creditor potest habere regres-  
sum cōtra alium:quia tunc beneficium restitutionis in in-  
tegrum concessum minori proderit etiam fideiussori. Pro-  
bat tex.in l.minor 25.annis,ff.de procur.& ita per illū tex.  
tenet Iacobi.de S.Geor. in d.l.1.nume.6.C.de fideiusslo.mi-  
no.Petr.Rebuff.vbi supra, nume.9. facit etiam text.in l.2.  
ff.de admini.tuto.
- 3 Tertio limita , quando restitutio nullum esset adlatura  
commodum ipsi minori,nisi etiam prodesset ipsi fideiusso-  
ri:puta quia essemus in casu in quo minor non posset pete-  
re restitutionem aduersus fideiussorem : nam casu restitu-  
tio concessa minori transiret ad eius fideiussorem. Per no-  
tata per Bar.in l.cum filius,in §.1.ff.de uerbo. obli.facient  
notata per Cin.& Bal.in l.quoties,C. de præci. impera.of-  
feren.per Sal.in l.fi.C.de vñur.rei iudic. ita expresse tenet  
Iacobin.de S.Georg.in d.l.1.nu.7.C.de fideiusslo. mino.Pe-  
trus Rebuff.vbi supra,nu.9.
- 4 Quarto limita , quando fideiussore conuento qui esset  
habi-

habitus regresum contra minorem debitorem principalem, ipse minor compareret, ut defensor necessarius pro ipso fideiussore, & peteret restitutionem in integrum: tunc restitutio etiā fideiussori proderit. Ita expresse tenet Bar. per illum text. cum glo. in d.l. Stichum aut Pamphilum, in §. quod vulgo, ff. de solut. & expresse Imo. Sed Paul. de Castro in d.l. 1. C. de fideiussore. mino. & Rapha. Cuman. in d. §. quod vulgo. damnant hanc opinio. dicentes, quod hoc casu minor non est defensor necessarius: quia ista non est necessaria defensio spectans ad minorem: cum nullo casu habiturus est regresum contra eum, cum semper minor ipse poterit petiisse restitutus aduersus fideiussorem, d. l. 1. ergo ipsius minoris non interest capere defensionem pro ipso fideiussore: nec ipse minor hoc casu est dicendus defensor necessarius, & ibi Alex. in d.l. 1. dicit, quod licet illud dictum Bar. sit valde singulare, tamē non considerauit dictum fundamentum in contrarium factum: & quod eius opinio male potest sust. nere. Quē sequitur Ias. in l. si cum procuratore, nu. 5. ff. de re iudica. Est quidem verum quod quando minor esset defensor necessarius, posset comparere pro fideiussore, & assumere defensionem pro eo: & tunc exceptiones competentes principali, prodeßent etiam fideiussori. tex. est notab. in l. idem quæ in §. generaliter, ff. manda. & ita tenet Iacobi. in d.l. 1. nu. 7.

5. Quinto limita, quando fideiussor successit minori principali: nam tunc ex persona defuncti posset petere restitutionem in integrum, iste est tex. & ibi Bar. secundum vnam lecturam, in l. Stichum, in §. quod vulgo, ff. de solu. notant Doct. in l. debitori, C. de paſt. ita expresse tenet Iacobi. de S. Georg. vbi notab. declarat illum tex. in d. §. quod vulgo; in d.l. 1. nu. 7. C. de fideiussore.

6. Limita sexto, quando fideiussor pro re minoris stipularetur & fideiuberet: ut pote si minor rem vēdat in qua est deceptus: si aliquis fideiusserit p. eo, illi fideiussori succurreretur post minoris restitutione. Ut in l. 2. ff. de admi. tut. l. exceptio. quæ personæ, in fi. ff. de except. quia in hoc potest etiā maior decipi, videlicet in rei valore, ut in l. quisquis C. de rescind. vend. & ita tenet Petr. Rebu. vbi supra, nu. 5.

Regula CCCXXXI.

**FIDEIUSOR** de iudicio sitti habet beneficium excusionis. Hanc opinio. tenet Guliel. de Cugno in l.2. in §. si quis ex his, ff. qui satisfat. cog. vbi tenuit, quod iste fideiussor habebit beneficia omnia quæ fideiussoribus conceduntur, & per consequens gaudebit priuilegio seu beneficio excusionis, de quo in Auth. præsente, C. de fideiussore. Hanc opini. sequitur Roma. in d. §. si quis ex his, nu. 6. & hoc videtur etiam tenere Ioan. Fab. in §. sed hodie, insti. de satisfact. col. 2. vbi dicit, quod quando principalis est præsens & soluendo, tunc non potest agi contra fideiussorem de iudicio sitti: securus in casu quo esset absens, vel non haberet bona. Eandem opini. tenet Bal. in d. §. si quis ex his, & ibi Pau. de Cast. Alex. & Ias. nu. 7. Iacobi. de Sancto Georg. nu. 5. & dicit esse communem Roder. Xuarez, in d. l. 2. titu. [De los emplazamientos.] lib. secundo, fori. in §. queritur ultrius, nume. 1. 2. & 3. fol. 187.

1. Limita primo, nisi fideiussisset pro eo qui non erat obligatus sitti in iudicio, ut tenet Bald. Angel. & Alex. vbi supra. Et est ratio: quia tunc non est proprius fideiussor ex quo intercedit pro eo qui non erat obligatus, & ad hoc iuuat glo. notab. in authent. de fideiussore. in princ. collat. 1. vbi dicit, quod in expromissore non habet locum beneficium excusionis: & expromissor qui promisit alium in iudicio sitti: ut in l. 2. gloss. magna, ff. qui satisfact. cogan. & sic debet intelligi glo. in d. l. 2. in §. si quis ijs, in gloss. magna, ad fi. vbi dicit, quod fideiussor de iudicio sitti, non est proprius fideiussor, cum principaliter obligationem in se suscipiat, & idem sentit glo. in eo. in §. neino, ff. de regu. iur. & hoc tenet Xuarez, vbi supra.
2. Secundo fallit, vbiunque agitur contra fideiussorem, ut sittat reuin: nam ad hoc potest agi officio iudicis, nec habebit beneficium excusionis: securus quando conuenitur ad interesse, eo quia non sittit. Ita Bald. & Alex. in d. §. si ijs, per tex. in l. eum pro quo, ff. de in ius vocan. & satis videtur etiam de mente eiusdem Bal. in l. 1. C. de conueni. sci debi. lib. 10. colu. 4. vbi eleganter loquitur: & ad hoc etiam tenuit Xuarez, vbi supra.

Tertio

3 Tertio fallit, in causis criminalibus: in quibus fideiussor non habet beneficium excussionis, sed officio iudicis proceditur contra eum executiue. Probatur in l. si quis reum, ff. de custo. reor. Bald. in d. §. si quis ijs, & ibi Roma. & Iacobi. nume. 3. & Alex. facit text. & gloss. in c. cum homo 23. q. 5. vbi dicit glo. quod fideiussor in causa criminali nō potest inuenire: & sic licet fideiussor promittat presentare aliquem reum mortis, si non præsentat, non punitur ut pœna mortis: quia ille ueniebat puniendus: ut in d. l. si quis reum, sed debet puniri pecuniariter, arbitrio iudicis executiue, ut supra dixi, & sic non habet beneficium excussionis. Et quia intellectus supra d. glo. in d. c. cum homo, traditur in uarijs locis, ideo ubi crimen non est magnum, ita ut non ueniret imponenda pœna corporalis, fideiussor potest interuenire, & sic debet intelligi tex. in c. si clericos de senten. excomm. lib. 6. & tex. in l. Diuus, iuncta d. l. si quis reuni, ff. de custo. & exhib. reo. secundum Abb. in rub. de fideiuss. num. 1. Sed ubi ueniret imponenda pœna corporalis uel mortis, non admittitur fideiussor, nō poterit interuenire, iste est tex. notab. & ibi gl. in uer. sup plicium, in c. cum homo, 23. q. 5. quam glo. ad hoc dixit no. Bal. in l. 1. C. ne filij, pro pat. Feli. in c. contingit, el j. de sentent. excomm. in c. pastoralis, §. quia uero, nu. 15. de offic. deleg. & in c. cum uenisset, nn. 4. de testi. Ias. in l. 1. nume. 9. ff. de in item iuran. & in l. non impossibile, nume. 2. de patris, Hippo. in repe. rub. ff. de fideiuss. nu. 206. & in l. infans, nume. 15. ff. ad l. Corn. de siccari. & in practi. §. examinanda, nu. 12. & in consl. 16. nu. 27. & in sing. 65. 1. Nicol. Bellon. in §. in omnibus, nu. 6. institu. de fideiuss. Roder. Xarez in traetta. de fideiussore in causa criminali uersicu. quo ad aliam particulam pag. 5. fol. 107. De iure regio est text. in l. 16. titu. 1. par. 7. & in l. 10. titu. 29. par. 7. & in l. 4. titu. 8. lib. 2. fori. per quam l. fori, intelligitur supra d. l. parti. & l. 116. Styli. Sed d. glo. in d. c. cum homo, scipsum limitat, nisi esset consuetudo quod quis pro alio puniretur pœna corporali, quia tunc ualeret consuetudo, sequitur Rom. in sing. 129. Roderic. Xarez ubi supra, pag. 7. uersic. tertio limita, fo. 108. Chassa. in consuetu. Burgund. in titu. [Des iustices]

D. Petri Duén.

Rubr. I. §. 5. fol. 59. col. 2. nu. 367. Cæpol. in repet. I. si fugiti ui, nu. 61. C. de ser. fug. Petrus de Vbal. de Perus. in tract. de pace Constan. nu. 75. Augustinus Arimin. in additio. ad Ange. in tract. maleficiorum in verbo, pro quibus & quolibet, nu. 1. Dec. in c. 2. nu. 8. in 1. lectu. & in 2. lectu. nu. 26. de constit. & in c. 2. nu. 58. de probatio. Io. Montolonius in promptuario iuris in verbo, fideiussor. quæ op. communis esse videtur, licet contrarium velit tenere Fel. in c. 2. num. 2. de constitu. & in d. c. 2. nume. 8. de proba. & in addi. ad Abb. in c. ius generale, col. fi. 1. dist. quibus motiuis per eum ibi traditis potest responderi prout respōdit Deci. in locis supra allegatis, & alia circa illam glo. vide per Roderic. Xuarez, in d. tract. de fideiussore in causa criminali, per totum.

Regula CCCXXXII.

FIDEIUSOR non potest obligari nisi verbis: & sic requiritur stipulatio. Hanc regu. probat text. in I. Blanditus, C. de fideiussor. & in I. sciendum, & ibi glo. & Ias. nu. 2. C. de verbo. oblig. De iure Regio videtur text. in I. 1. titu. 12. par. 5. & ita tenet Hippo. in repe. Rubri. de fideiussor. nu. 356. Et circa hanc regu. vide And. ab Exea in lib. pactorum, nu. 450. notab. Catellia. Cotta in Memora. iuris: in verb. fideiussor, et j. Fortu. Garciam in I. legitima, nu. 45. & in I. iuris gentium, nu. 41. ff. de pact. Hiero. Butigellam in repe. rubr. nu. 9. ff. de uerb. obliga. & Hiero. Berium in repe. rubr. nu. 214. & 216. eod. ti. Rationem huius regu. ponit Lancel. Gallaia in repe. d. rub. nu. 70. quem vide etiam ibi nu. 144. item Iacob. de Nigris in repe. I. 1. nu. 55. ff. de verb. obliga. Io. Crot. in repe. d. I. 1. nu. 4.

Hanc regulam cum quatuor illationibus, & quatuor limit. ponit Ias. per tex. ibi, qui hanc regu. probat in I. stipulationum, in §. satis acceptio, nu. 2. de verbo. obliga. Hanc etiam regu. limitat octo modis Io. Crottus in repe. I. sciendum, nu. 7. ff. de uerb. oblig.

Hodie tamen de iure Regio corrigitur hæc regula per I. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. vbi fideiussor per illam I. hodie potest obligari pacto nudo. Facit quod dixi supra in regu. II.

Regula CCCXXXIII.

FIDEIUSOR de iudicio sibi tenetur successiue usq;  
ad

**Regulae utriusq; iuris selectæ.**

ad sententiam. Hanc reg. probat tex. in l. Græcc, in §. & post  
litem ff. de fideiutto. Quæ l. non reperitur alibi, secundum  
Bart. ibi, & Ange. in l. fideiutto, in §. in fideiutto, ff. qui  
satisfia. cog. Matthesi. in sing. 177. sed est similis glo. in l. 1.  
in princ. iuncta gloss. parua, in uer. iudicium, ff. si ex noxa.  
causa agatur.

Hanc regu. limitat duobus modis Ias. in d. l. fideiutto, in  
§. in fideiutto, nu. 7. & 8. qui satisfia. cog.

**Regula. CCCXXXI.**

**FIDEIUSSES** habent beneficium diui Adriani. Hanc  
regulam probat tex. in §. si plures, institu. de fideiutto: & in  
l. inter fideiutores, & in l. si plures ff. de fideiutto. & in l. fi:  
C. de consti. pecu. De iure regio probatur in l. 4. titu. 18.  
lib. 3. fori. & in l. 10. tit. 12. par. 5. Circa quam reg. ultra doct.  
in supra dictis locis, vide Anto. Nicellū in concordantia  
glossarū, concordātia 19. nu. 177. Mar. Man. in li. 9. observa  
tionum, obseruatione 85. & in apophemate 88. in apoph  
thematis nouis Hippolyt. in rubrica, ff. de fideiuttoribus,  
numero 27. & 28. & 34. Purpuratum, in l. si creditores,  
nume. 38. C. de pact.

Hanc regu. cum quinque limitationib. ponit glo. in d. §.  
si plures, in verbo, patres, instit. fideiutto. quas limitationes  
glo. ponit Nico. Bellon. in d. §. si plures nu. 9. cum alijs, vbi  
addit alienam & sextam limitationem, & ampliori stylo  
cas prosecutus est.

**Regula CCCXXXV.**

**FIDEIUSSE R** regulariter ante principalem conue  
niri non potest. Hanc regulam probat text. in Authenti:  
præsente C. de fideiutto. & in Authen. de fideiutto. in §. si quis  
igitur, & in §. non solum colla. i. in Auth. hoc si debitor, C.  
de pign. De iure regio tex. in l. 9. titu. 12. par. 5. & l. 1 19. sty  
li. Circa quam regulam ultra Bar. & doct. in supra dictis lo  
cis, vide Abb. & docto. in c. permenit, de fideiutto. Ias. in §.  
idē si quis, el j. nu. 67. insti. de actio. Steph. Aufr. in addi. ad  
deci. Capellæ Tolosanæ, 196. Barba. in l. stipulationum, la  
ij. in §. satis acceptio, col. 4. vers. item glo. ff. de uerb. oblig.  
Claudi. de Seysel. in l. decem. nu. 4. ff. de verb. obliga. Petr.  
de Vnzola in practica artis notariatus, in rub. de beneficio

## D. Petri Düen.

competēti fideiussoribus. Io. Oldendo. in tract. de iure singulari, in rub. de priuilegijs fideiussor. Benedic. de Plumbi. in tract. de discussionibus, nu. 4. Petr. de Rauéna in suo Alphabeto aureo in verbo, fideiussor. fo. 42. Curt. senio. in cōfi. 6. nu. 3. Hiero. Gratum in consl. 87. nu. 23. vol. 1. & in cōfi. 64. nu. 43. vol. 2. Vitalem in Cambanis, in tracta. clausulazrum, in clausula si. Hippo in repe. rubr. ff. de fideiuss. nu. 7. cum alijs, & in singu. 2. & sing. 220. Paul. Paris. in consl. 47. nu. 5. lib. 1. & in consl. ex eod. vol. Catellia. Cottam in Memorialibus iuris in verbo, fideiussor, Corn. in consl. 106. nume. 7. volu. 1. Feli. in c. accepimus, nu. 5. versi. adde quod notat Bar. de fid. instru. Tiraq. in tracta. iuris constit. in 1. par. nu. 53. Bar. & ceteri doct. in l. si ego ff. si cert. pet. Bal. & Io. de Platea. in l. 1. C. de conuen. fisci debit. lib. 10. Ant. Rub. in repet. l. non solum §. morte nu. 507. cum alijs, ff. de noui operis. Nicolaum Boerium in decis. 201. Guido. Papam in decis. 94. & in decis. 570.

Hanc regu. cum duodecim limitationibus ponit Soc. in regu. 134. vltra quem amplia & limita sequentibus modis:

- 1 Amplia primo in tantū, procedere ut in excusione que fit contra principalem, ut deueniatur contra fideiussores, citari debent ipsi fideiussores. Ita tenet Bart. in l. decem, ff. de verbo. oblig. num. 4. quem sequuntur ibi doctor. & in l. nam ita Diuus, ff. de adoptio. & in l. ne quicquam in §. vbi decretum ff. de officio procon. Alex. in l. de vnoquoque, in fi. & ibi Hippo. nu. 73. ff. de re iudi. & licet Bart. ibi teneat quod sufficiat generalis citatio, tamen in hoc contrarium tenet Bald. Angel. & Paul. Castr. per ea que habentur in l. de vnbquoque, ff. de re iudi. & in l. nā ita Diuus ff. de adoptio. quia vbi agitur de pr̄iudicio certe personę, illa nominatim citanda est. Alexan. in consl. 86. nume. 3. & in consl. 156. nu. 4. vol. 2. & istam esse verissimam op. firmat exp̄esse Claud. de Seysel. in d. l. decem nu. 16. de verb. oblig. Ias. in d. §. vbi decretum nu. 36.

- 2 Amplia secundo, procedere in fideiussore indemnitas: nam fideiussor indemnitas etiam si renuntiet beneficio de fideiussoribus, potest petere prius executi. principale. Ita exp̄esse tenet Bar. in l. 1. nu. 2. C. de conuenien. fisci debito-

debitoribus lib. 10. quem sequitur ibi Alexand. in additio-  
nib. vbi ad hoc allegat quam plures docto. idem tenentes  
idem Alexan. in consi. 29. nume. 34. volu. 7. Eandem opin.  
tenet Ang. & idem Alex. & doct. præcipue Curtius Iun. nu.  
4. in l. si ego ff. si cert. petat. Anto. Rubeus in repe. non solū,  
§. morte, nu. 580. ff. de noui. ope. nuntia. Chassan. in consue-  
tu. Burgun. in tit. [Des censes.] Rubr. 11. §. 6. fol. 362. col. 3.  
nu. 26. Corne. in consi. 109. nu. 7. vol. 1. Catellia. Cotta in  
Memoralib. in verb. fideiussor. Hippoly. in repe. rub. nu. 2.  
ff. de fideiussor.

3 Amplia tertio, procedere in fideiussore de iudicato sol-  
uendo: nam si conueniatur & petatur executio contra eum  
sententiae latæ contra debitorem principalem, poterit op-  
ponere beneficium excussionis, dicendo quod primo de-  
beat exuti debitor principalis per illum tex. in l. fin. C. de  
vsluris rei iudica. quem sequitur Iaco. de S. Georg. in l. 1 de-  
iutto. in §. si quis his, nu. 6. & in §. in fideiussorem, nu. 3. ff. qui  
satisd. cogan. & in l. & post rem, in §. fideiussor, in 2. lectu.  
nu. 4. ff. de transact.

4 Amplia quarto, habere locum in fideiussore de iudicio  
sistit. Ut dixi supra in regula 331.

5 Amplia quinto etiam si creditor habeat pignus, nam  
prius debet vendi pignus quam fideiussor conueniatur, li-  
cet gl. contrarium teneat in Auth. de fideiussoribus, in §. si  
quis igitur, in verbo, summat colla. 1. ubi dicit, quod credi-  
tor potest agere contra fideiussorem, non obstante quod  
habeat pignus. Quam gl. sequitur Dinus, quando in conti-  
nentia & de facili vendi non potest, alias dicit quod prius  
debet vendi. sequitur etiam Bald. in l. inter eos §. creditor.  
ff. de fideiussor. Ancha. in d. c. peruenit. eod. tit. Cin. in d. Auth.  
præsente. Sed contra illam glo. tenet expresse Card. in d.  
c. peruenit. de fideiussor. per tex. in d. authen. præsente, & in  
corpo runde sumitur, vbi non potest deueniri ad fideiussor  
rem quod debitor est præsens nisi prius discussis bonis de-  
bitoris, & sic dicit quod indistincte debet vendi pignus, &  
si non reperiatur emptor, debet pignus estimari & adiudi-  
car i. creditori in solutum, iuxta estimationem faciendā ar-  
bitrio suu per tex. in l. s. c. de iure dominij impetrando.

D. Petri Duen.

- Quam opin. Cardi. dicit ibi Imo. veriorem esse. Eandem op. tenet Vitalis de Cambanis in tract. clausularum, clausula finali nu. 2. in f. Barba. in c. peruenit. nu. 9.
1. Limita primo hanc regulam non habere locum, quando cunque principalis cessit bonis. Ita tenet Raph. Cuma. in l. decem, ff. de verbo. oblig. hoc etiam tenet Cin. licet ipsum non alleget, in auth. hoc si debitor, C. de pig. Steph. Aufred. in additio. ad decisiones Capellæ Tolosanæ. decisiō. 196: & expresse Claud. de Seysel. in d. l. decem, nu. 10. ff. de verb. oblig.
2. Secundo limita, non procedere in debitore speciei: ut si aliquis deberet per librum in specie, & illum alienaret in fraudem creditorum, nam posset creditor ager ad reuocandum contra eum in quem alienauit, nulla penitus excusione facta, quia quod debetur est species, & in ipsa non est opus excursione. Hoc fuit notabile dictum Bal. in rub. nu. 2. C. de reuq. his quæ in fraud. cred. alienata sunt, quod dictum sequitur. Ias. vbi dicit alibi scriptum de iure non reperiri, in §. item si quis, el j. nu. 76. Insti. de actio.
3. Limita tertio, in Camporibus & mercatoribus, nam in curia eorum debet procedi & iudicari de bona equitate non inspectis iuris apicibus. Ita probat textus, & ibi glo. & Angelus de Perusio in authenti. de fideiussoribus. in §. fina li collatio. prima. & ita proprijs terminis tenet Barto. in l. frusta C. de non numera. pecu. vbi dicit rationem huius esse propter publicam fidem, quam homines habent in promissione camporum. Quam opinionem tenet idem Bald. in l. finali, C. ad legem falcid. Decius in l. finali, nume. 23. ff. si certum petatur. Additionator Abb. in cap. peruenit, in additione magna, versi. tu dicas, & fideiussor. Iason. in §. itē si quis el j. nume. 86. institut. de actio. Hippolyt. in repeti. rubr. ff. de fideiussor. nume. 8. & 353. Francis. Curtius Senior in consil. 6. numero 1. Stephanus Aufredus in additioni. ad decisiones Capellæ Tholosanæ 196. facit quod dixi supra in regul. 160. in 9. limitatione, & ita seruari tenet Boerius in decisione 221. nume. 15. Guido Papa in consil. 103. nume. 2.
4. Quarto limita nō procedere de iure canonico, quia de iure

Int̄ canonico non est curādum de apicibus iuris civili, vt  
est glo. in c. cum dilecti, in verbo, subtiliter. ad fi. de iudic.  
Quam limitatio. ponit Ias. vbi firmat nunquam in scriptis  
meminisse se legisse, in d. §. item si quis, el j. nu. 78. Insti. de  
actio. vbi dicit, quod si supra dicta limitatio vera esset, est  
multum notanda & signanda, attamen ipse non audet eam  
affirmare. De qua limitatione Iaso. facit mentionem Hieron.  
Gratus, in consil. 87. numero. 25. volumi. 1. Sed contra  
hanc limitatio. videtur tex. in c. peruenit. & ibi gloss. 1. de  
fideiussor.

5. Quinto limita, quando cunque fideiussor intercedit ani-  
mo nouandi, nam tunc non habet beneficium executionis.  
Gl. est notabilis. in Authen. de fideiussor. in §. si quis igitur  
in verbo, fideiussorem, colla. 1. & ita expresse tenet Bald. in  
l. antiquæ, in §. 1. C. ad Velleia. & in l. in personam in §. 1. ff.  
de pact. Ale. in consil. 29. nu. 34. lib. 7. Steph. Aufr. in d. deci.  
296. Cur. Sen. in d. consil. 6. nu. 3. Barba. in l. 5. in §. sati s acce-  
ptio. col. 5. versi. item fallit, ff. de verbo. obliga. Deci. in l. fi.  
nu. 27. ff. si certum petat. Paris. in consil. 110. nu. 13. volu. 1.  
& nu. 69. cum alijs.

6. Limita sexto, quando fideiussor renunciauit supra dicto  
beneficio, cum quilibet possit suo fauori renunciare, vt in  
l. penulti. C. de pactis, & in l. pactum inter hæredem, ff. eo.  
titu. Hoc in expressis terminis tenet glo. in uerbo, accedat  
in d. Auth. de fideiussor. in §. si quis igitur, colla. 1. & ita ex-  
presse tenet Bal. in d. Auth. præsente nume. 6. Specu. in tit.  
de renuntiatione, & in §. 1. versi. viso de beneficio. Eandem  
opin. tenet Hippo. in d. repet. Rub. ff. de fideiuss. numero 1.  
Barba. in c. peruenit nume. 5. & nume. 6. versi. 3. nisi renun-  
ciasset, de fideiussor. & ibi glo. 1. Eandem opin. tenet Corn.  
in consil. 111. nume. 5. volum. 1. & hanc opin. tenet, vbi di-  
cit ita communiter seruari, Amadeus de Castello in tract.  
de syndicatu, nu. 298. Curt. Seni. consil. 6. nu. 1. Hiero. Gra-  
tus in consil. 136. volumi. 4. nume. 1. Stephan. Bertrand. in  
consil. 244. num. 2. lib. 2. primæ impressionis Philipp. Deci.  
in l. fina. nu. 20. ff. si certum petatur. Et tamē notandum quod  
sunt aliqui casus in quibus non obstante prædicta renun-  
tiatione habet locum supra dicta regula. quos ponit Rode.

Xuarez

D. Petri Duen.

Xuarez in titu.[De los emplazamientos.]lib.2. fori, in §.  
queritur vltierius nu.7.

- 7 Limita septimo, non procedere in fideiussore fisci. Ita tenet Bal. in l.1.C.de conuenien. fisci debito lib.10. nu.17. quem sequitur Petrus de Rauen. in Alphabe.suo, in uerb. fideiuss.col.2.Alex.in l.fi.col.2.versi. accedit, & ibi Ias.nu. 6.ff.si cert.peta.idem Ias.in l.decem nume. 33.ff. de verbo. oblig.& Claud.de Seysel.nu. 12.& Zafius nu.13. Catellia. Cott.in Memora.iuris,in verb.fideiussor,el iij. In contrarium tamen est glo.in l.sententia.in verb. intercessores C. de fideiuss.quæ glo.debet intelligi de principe iusto, secus tamen esset in principe injusto & tyranno,quia tunc procedit supra dicta limitatio.secundū supra dictos docto.& illā glo.sequitur Roma.in singu.635.Franc. Crem.in sing.43.
- 8 Octauo limita, quando persona principalis potest se defendere aliqua exceptione notoria, vt quia principalis esset clericus.Secundum Bart. in l.Marcellus ff. de fideiuss.& in l.3.in §.si is pro quo,ff.qnōd quisque iur Steph.Aufred. in addi.capellæ Tolosanæ,deci.196.addi.Abb.vbi hoc multum commendat,in d.c.peruenit. de fideiuss.
- 9 Limita nono, quando causa esset determinanda secundū æquitatem. Ita tenet Barba. vbi dicit se ita Bononiæ cōfūisse, per singulare dictum Bal.in l.si mācipium, ff.de cui etio.in apostillis, ubi exceptio executionis est de apicibus iuris, sed vbi cunque causa deciditur secundum æquitatem, non attenduntur ea quæ sunt de apicibus iuris,l.fideiussor, in §.quædam,ff.manda.& hoc est quod voluit gl. in c.dilecti,de iudi.Barb.in c.peruenit,de fideiuss. nu.7. ver.quarto fallit.Deci.in l.fin.numbe. 22.ff.si cert. peta.Steph.Aufredus in additionibus ad decisiones Capellæ Tholosanæ 196. Quæ limitatio in effectu uidetur esse quod supra dixi in 3.limita.
- 10 Decimo limita,quandocunque debitor esset naturaliter obligatus, & sic non potest executi de iure, vt quia si fideiussit p̄o pupillo,furioso,uel prodigo, naturaliter obligatis,vt in d.l.Marcellus,& ibi Bart. ff.de fideiuss. Ita tenet Guliēl.de Cugno,& ibi Cinus nu.3.in dicta Authent.præsente.Montal.in glo.l.9.tit.12.parte 5.Bal.in l.1.nu.14.C.

de conueni.fisci debito.libr.10. Barba. in d.c. peruenit,nu.  
7. Steph. in d.decisio. 196. Iason in l.fi.numero 11. ff.si cer-  
tum petat.

11 Undecimo limita, quando bona principalis essent apud  
fideiussorem.Vt in l.si procuratorem, in §.sed ignorantes,  
ff.mandati, ita tenet Barba.per illum text.in d.c.peruenit,  
nu.6.Stephanus Aufredus,vbi supra.

12 Duodecimo limita, quando principalis postquam cōsti-  
tutus est in mora, decessit, etiam non facta excusione de  
hāredibus debitori.Secundum Petrum de Bella pertica,&  
glo.Bal.in l.fi plures,num. 24.C.de conditio. inser. secus si  
principalis non fuit in mora, quia tunc hāredes prius de-  
bent interpellari secundum Bal.ibi, quem sequitur Stepha-  
nus Aufredus in d.decis.196. in fine.

13 Decimotertio limita, quādo pater interuenit pro filio.  
Vt est tex.singularis,in l.3.in §.sed vtrum, versiculo proin-  
de,& ibi Bal.ff.de minoribus,& ita per illū tex. tenet Bar-  
ba.in d.c.peruenit,nu.7.& in l.stipulationum, la ij. in §. fa-  
tis acceptio.col.5. versiculo item,nisi pater fideiussisset,ff.  
de verbo. obliga. Steph.Aufre. in d.decisio.196.Nicola.  
Boerius in decisio.221.nunie.6.& 14. & hanc esse commu-  
nem opinionem firmat Pyrrhus Engleber meus , in l.i.C.  
de decurionibus,lib.10.

14 Decimoquarto limita, quando fideiussor negat fideiussi-  
sse,quia tunc beneficium excusionis perdit.Tex.est nota-  
bilis in l.si dubitetur,in §.1.ff.de fideiuss. & ibi Bal.& Ang.  
Sali.in d.Auth.præsente Bal.in Auth. contra qui propriā,  
C.de non numerata pecu.Hanc op.i tenet Barb. in d.c.per-  
uenit,nu.7.& in d.§.satis acceptio,col.4. versi.item est ve-  
ruam Steph.Aufred.in d.deci. 195. Iason, vbi allegat alia  
quam plura iura,in §.item si quis,el j.nu.79. institu. actio.  
Hierony.Gratus in consi.64.nu.44.& in consi. 139. nu. 21.  
vol.1.Fran.Ozerius in §.si plures,nu.12. Insti.de fideiuss.  
Et vide late supra in regu.325.& 329.

15 Decimoquinto limita , quando omnia bona debitoris  
sunt publicata,nam tunc fideiussor potest conueniri,nō fa-  
ctaexcusione.Ita tenet Bar.in l.si ego, in prin.in finalibus  
verbis,ff.si certum petat. quem sequitur ibi Iacobinus,nu-  
me.

D. Petri Duen.

- me. 3. vers. 3. fallit. Sed contra hanc limi. tenet expresse Cu-  
ma. in d. l. fi. ff. si cer. pe. per tex. in l. si debitori deportato ff.  
de fideiul. si quia prius debet conueniri fiscus, qui semper  
presumitur idoneus ad soluēdū, l. i. §. si ad fisēum, ff. vt lega.  
Ieu fideicom. nomi. caue. & l. 3. §. idem sciendū, ff. si cui plus  
quā per l. fal. Quā opī. Cuma. sequitur Ro. vbi notabiliter  
eā declarat ibi, nu. 5. vbi dicit se ita cōsuluisse contra. Bar.  
& ita consuluit in cons. 93. nu. 4. Eandem opī. cōtra Bar. te-  
net Barba. in d. c. puenit, nu. 7. & eā dicit cōiter reprobari.  
Cur. iun. in d. l. fi. nu. 8. vbi ipse vult defendere Bar. & cōtra  
Bar. tenet Clau. de Seysel. vbi dicit magis verā esse, in d. l.  
dēcē, nu. 7. ff. de ver. obl. & Dec. i d. l. fi. nu. 15. & ibi Ias. nu. 11.
16. Decimosexto limita vt non procedat, qn̄ debitor cōfli-  
tuisset se possidere bona sua nomine creditorū, iuxta text.  
in l. quod meo, in prin. ff. de acq. posses. vel cōstituit se præ-  
catio possidere nomine creditorū, iuxta tex. in l. interdum  
ff. co. ti. nam tunc si ipse debitor bona illa alteri vendide-  
rit, & tradiderit, poterit creditor nulla bonorum discussio-  
ne facta, tanquā sua possessione priuatus agere contra hūc  
tertij ad reuocandū illam suam possessionem, nulla facta  
excusione, per tex. in l. fi. C. de acq. posses. in versi. vel qui-  
spiā alius, & ibi glo. in verbo. cuiuscunque rei, & in verbo,  
generetur. Hoc fuit notabile verbū Iacobi. Butr. in d. l. fi. &  
ibi Bal. in prin. qui dicit perpetuo menti tenendū. Ang. in  
lectu. Paduana, col. 1. qui dicit obseruari Bononię. idem Ia-  
cob. Butr. in l. exitus, & ibi quoq; Bal. Ang. Imo. Cuma. Ro-  
ma. & Alex. ff. de acq. posses. & in d. Auth. hoc si debitor, ad  
finem, & ibi quoque Florianus, Bar. in l. nomen. C. quā res  
pigno. obliga. poss. Ias. in §. item si quis, el j. nu. 77. Institu-  
de actio. Hanc etiā limitatio. posuit Soc. in d. regu. 134. in  
4. limita, quam post plures doct. eam tenentes notabiliter  
declarat Tirao. in tract. de iure cōstituti in 1. par. à nu. 53.  
vñq; ad nu. 67. Eandem limita. posuit Dec. in l. fi. nu. 28. ff. si  
cer. peta. Alex. in cons. 86. nu. 2. & in cons. 88. nu. 2. volu. 6.
17. Décimo septimo limita quandocumque notiorū est prin-  
cipalem debitorem non esse soluendo, quia tunc potest cō-  
ueniri fideiussor nulla excusione facta in debitorem prin-  
cipalem. Ita Bar. in d. l. fi. in fi. ff. si cer. pot. sequitur Bal. in  
l. r.

1. i. circa medium, C. de his quæ in fraudem credito. alien.<sup>1</sup>  
 sunt, & hoc ante Bar. tenuit glo. fi. in l. decem ff. de verbo-  
 rum oblig. in d.l. fin. in verbo, sed si cum Seio. gl. & ibi Ang.  
 de Perusio expresse in l. nisi hoc actum, ff. de pactis. Hanc  
 opinionem tenet Alex. in d.l. si ego, & ibi Iason, nume. 11.  
 Claud. de Seyssello nume. 4. Curtius Senior in consil. 6. nu-  
 me. 1. Petrus de Rauenna in Alphabeto suo. in verbo, fi-  
 deiussor. Felin. in c. cum olim, nume. 11. vers. sicut etiam di-  
 cunt, de re iudi. Barba. in d.c. peruenit, nume. 5. & in d.s. sa-  
 tis acceptio. col. 4. vers. & de ista excusione. Hormanotos  
 Detus in repet. l. hoc editio, in §. nuntiatio, nume. 130. ff.  
 de noui operis. Iason in d.s. item si quis, el primo, nume.  
 68. Institut. de actio. Corneus in consil. 46. nume. 13. libr.  
 2. & in consil. 151. nume. 5. lib. 4. vbi dicit ita communi-  
 ter teneri. Hippolyt. in repet. rubr. ff. de fideiuss. nume.  
 10. Anton. Capitius in decisio. 54. Hieronymus Gratus in  
 consilio. 87. nume. 23. volum. 1. & in consil. 62. nume. 43. vo-  
 lum. 2. Socinus in d. regu. 134. in 5. limita. Quod tamen in-  
 telligo verum, quandocunque super illo facto notorio ser-  
 uatur sententia. Ita tenet Imo. in d.l. decem, col. 4. vbi dicit  
 quod si fideiussor conuentus in iudicio dicat principalem  
 non esse excusum, & replicetur quod principalis est noto-  
 rie imponens, tamen fideiussor grauari non potest nisi super  
 hoc feratur sententia, quem tanquam notabile sequitur Feli.  
 in c. evidētia. de accusa. ita et sentit Abb. in c. porro, in 1.  
 notabili, de diuort. Claudi. de Seyssello in d.l. decem, ou. 5.  
 Pro qua opinione est tex. notabilis in c. cū dilectis, in vers.  
 his igitur in fine, ibi, cum nimirum si crimē notoriū exis-  
 bat, non erat illi indicenda purgatio, sed in cū cōdēnatio-  
 nis sententia promulgāda, de purga. cano. & ibi expresse gl.

Quod tamen intelligendum est, ut licet requiratur sen-  
 tentia, non tamē requiritur quod tunc in scriptis feratur,  
 glo. est notabilis in Authen. vt iudices, sine quoquo suffra-  
 gio, in §. necessitatē, in verbo, ex non scripto, colla. 2. &  
 ita per illam glo. tenet Bal. in l. præsbyteri, la j. C. de epi-  
 sco. & cler. Archidia. in c. quæ Lotharius, nu. 2. secunda q. 1.  
 Dominicus in c. fi. de re iudi. lib. 6. & ibi Philip. Fran. nu. 6.  
 in c. evidētia, in fine.

## D.Petri Duen.

18 Decimo octavo limita, quandocumque esset consuetudo in aliquo loco huic nostræ regulæ cōtraria. Ita probat tex. in l. 3. tit. 18. lib. 3. fori, per quam l. corrigitur hęc nostra regula, secundum Pala. Ruuios in repe. c. per vestras §. 18. nu. 10. & secundum Roder. Xarez in l. 2. tit. [De los emplazamientos,] lib. 2. fori in §. queritur vltterius nu. 12. fol. 188. Sed d.l. fori, debet intelligi, vt supra dixi, quandocumque de consuetudine seruatur, & sic vbi cunque esset vltitata, iuxta tex. in l. prima in ll. Tauri. facit quod notat ipsem Rodericus Xarez in procēmio fori. & sic videtur deberi intelligi supra dicta l. fori, Pala. Ruuios, & Rodericus Xarez, vbi supra. Vel secundo modo intelligo dictam l. fori, quandocumque fideiussor, & principalis simul essent obligati, quod Hispane dicitur. [De mam comum,] & sic fideiussor esset obligatus tanquam principali, pro quo est tex. in l. 5. in fi. tit. 2. par. 3. & quod notat Hippol. in repe. rub. ff. de fideiuss. nu. 62. cum alijs.

- 7 Limita septimo, non procedere in feudo antiquo. Ita Cinus in l. 2. C. de liber. & eorum libe. & in l. 2. C. de operis libe. Bart. in l. eum qui. ff. de inter. & relega. Bald. in c. 1. in prin. de successio. feu. Iacobi. de S. Geor. in d. tracta. feu. nū. 15. in verbo, & cum pacto. Ratio est quia in feudo antiquo liberi non habent feendum a patre, sed dicuntur illud habere ex prouidentia antiquorum progenitorum, vnde il lūd quod lex dedit eis, non debet pater posse eis auferre. Pro qua opinione est tex. notab. in l. si arrogator, in §. sed an impuberi. in vers. ceterum si fidei eius, ff. de adoptio.

Regula cccxlvii.

F I L I U S usque ad triennium re integra potest reuocare abstentionem, seu repudiationem paternę hæreditatis per ipsum factam.

Hanc regu. probat tex. in l. si quis suus, C. de repudia. hære. De iure regio probatur in l. si. titu. 6. par. 6. Circa quam regu. ultra Doct. in d. l. si quis suus, vide Ale. in l. qui se patris, nu. 18. & ibi Ias. nume. 44. C. vnde libe. Ripa. in l. 1. numero 122. & nu. 142. ff. de vulgari. Iacobi. de sancto Georgio in d. l. si quis suus, vbi ponit rationem huius regulæ, numero 5.

Hanc regulam ampliat duobus modis, & limitat decem mo-

modis Ias. in d.l. si quis suus, à nu. 2. vsque ad nu. 4. Eandem regulam ampliat quatuor modis, & limitat nouem modis, Guliel. Benedict. in repe.c. Rainutius, in verbo, mortuo ita que testatore, el ij. à nu. 127. vsque ad nu. 144.

## Regula CCCXLVIII.

**F**ILIVS naturalis efficitur legitimus ex appellatio-  
ne parentis, si interuenit instrumentum publicum vel scri-  
ptura manu propria scripta, habens subscriptionem trium  
testium fide dignorum.

Hanc regulam probat tex. in Auth. si quis liberos habes  
C. de naturalibus libe. & tex. in Authen. vt liceat matri &  
auix, §. ad hoc autem, colla. 8. glo. de iure cano. in cap. per  
tuas, in uerbo, filium appellauit, in ver. item si pater filium  
qui filij sint legitimi. Circa quam regulam ultra doc. in locis  
supra alleg. vide Mar. Man. in apophthe. 100. secundum im-  
press. paruam, Maturinum Montaluum, vbi assignat ratio-  
nem huius reg. in Authen. de hære. ab intest. venien. pagi.  
37. vers. secundo naturales efficiuntur legitimi, colla 9. Ca-  
tel. Cot. in verb. legitimare, & Sylue. Aldobran. in §. apud  
Catonem, nume. 11. Insti. de adoptio. & in §. aliquando, In-  
sti. de nupti. Et quis dicatur filius naturalis, vide l. 11. Tau-  
ri. Alcia. in tract. præsumpt. in reg. 2. præsum. §. nume. 3. Lu-  
do. de Sardis, vbi not. tractat materiam huius regu. in tra-  
cta. de naturalib. liberis, cap. de legitimatione per patris  
nominationem, numero 1. cum alijs Couar. in 4. 2. parte  
cap. 8. §. 7.

3. Limita primo, si illa mulier ex qua natus est ille natura-  
lis filius non erat & est libera mulier, quæ ipsius patris vxor  
esse poterat. Ita probat tex. in d. §. at hoc. & ita tenet Bald.  
in l. res inter alios, nu. 3. C. quib. res iudita. non nocet. Iacob.  
de S. Geor. in l. Imperatores, nu. 9. ff. de proba. Maturi. Mon-  
ta. in d. Auth. in d. pagi. 37. Marc. Mantua in d. apophtheg.  
100. & vide in reg. 350. in 18. ampli.

2. Limita secundo non procedere, si pater sine dedecore  
non posset contrahere matrimonium cum muliere ex qua  
filius natus est. Ita tenet Bal. in d. l. res inter alios, nume. 4.  
quem sequitur Iacob. in d. l. Imperatores, nu. 9. Mar. Mant.  
in d. apophthegma. 100. & hanc dicit communem opinio.

## D. Petri Duen.

Mari. Soci. iun. in cōsī. 52. lib. 1. Sylue. Aldob. in §. aliquan-  
do nu. 12. instit. de nupt. vide. infra in reg. 3 50. limit. 8.

- 3 . Tertio limita non procedere, quando cumque mulier ex  
qua filius natus est esset mortua. Ita tenet Bal. in d.l. res in  
ter alios. nu. 4. quem sequitur Iacobi: de S. Georgio in d.l.  
Imperatores. nu. 9. ff. de proba. Guliel. Maine. in l. quoties.  
idem, nu. 93. ff. de reg. iur.

- 4 . Quarto limita, non procedere de iure canonico. Secun-  
dum Ludo. de Sardis in d. trac. & part. nu. 14.

Regula CCCXLIX.

F I L I U S qualitercumque consentiat in testamento pa-  
tris, siue tacite siue expresse, excluditur à querela. Hanc re-  
gulam probat text. in l. parentibus. C. de inoffi. testa. & in l.  
si proponas. in §. si hæreditatem, ff. eod. titu. De iure regio  
probatur in l. 6. tit. 8. par. 6. Et circa hanc regulam vide Pa-  
ris. in cons. 9. nu. 1. vol. 3.

- 1 . Limita primo, quando filius approbavit testamentum  
patris post aditam hæreditatem, & tunc nascatur querela,  
& ante illud tempus non possit repudiare quod nō est de-  
latum. Ut in l. 1. cū alijs, C. de pac. gl. in l. si quis filiū, in ver.  
hæreditatē. C. de inoffi. testa. & ita tenet Dida. del castillo.  
in l. 23. Tau. nu. 32. ver. decimaquarta cōclusio est, licet ali-  
ter teneat Sali. quem ipse ibi refert in d.l. parentibus.

- 2 . Limita secundo, non habere locum in querela de inoffi-  
ciosis donationibus. Text. est in Auth. vnde si parens. C. de  
inoffi. testa. & ibi Ias. post prin. Bart. in l. circa, in §. Impera-  
tor. ff. de lega. 2. Ias. in d.l. parentibus. Doct. in l. cum dona-  
tionibus, C. de inoffi. dona. Castillo, vbi assignat rationem,  
in d.l. 24. nu. 34.

- 3 . Tertio limita procedere in ipso, qui approbavit iudi-  
cium patris: secus est in filio ipsius, & sic in nepote testato-  
ris, qui venit ad querelam per successorium editum: nam  
iste nepos potest illam intentare, licet filius ex hæredatus  
approbatet testamentum. Ita Alexand. in l. si quis posthu-  
inos, in §. 1. ff. de liber. & posthu. quem sequitur. Ias. in Rub.  
nu. 6. ver. secundo limitat. C. de success. edict. reprobat  
Bald. qui contrarium tenuit in l. in suis, in 9. opposi. ff. de li-  
be. & posthu.

**4** Quarto limita, non habere locum in iure agendi ad supplementum: nam talis filius potest agere ad supplementū, licet approbauerit indicium patris. Ita probat text. in l. si quando, in §. generaliter. & ibi Bal. & Salic. C. de inoffic. testa. Bart. in l. Papinianus, in §. si conditione, in ff. co. titu. Bal. in l. omnimodo. C. co. licet olim approbans testamentum excludebatur à iure agendi ad supplementum: ut est gl. in d. l. Papinianus, in §. si conditione, in verbo, excludi: ubi dicit gloss. quod in hoc iura antiqua remanent correcta, similis est gloss. in d. l. si quando, in §. & generaliter, in verbo, præiudicium.

Et circa hanc regulam nouem casus in quibus quis dicitur approbare iudicium vel testamentum patris, & propter quod excludatur à querela, ponit Castillo, in l. l. 24. Tauri. nume. 33.

### Regula cccc. l.

**F**ILIUS naturalis legitimatur per subsequens matrimoniū. Hanc regulam probat tex. in c. tanta qui filij sine legi. & in §. fi. Instit. de nuptijs, & in §. quibus, ver. necnon Instit. de hæredi. quæ ab intesta. deferuntur. in Authen. quibus modis natura. effician. legit. in prin. coll. 5. & in Auth. quibus modis natu. effician. sui, in §. si quis igitur dotalia. colla. 7. & in l. nuper. C. de natu. libe. De iure regio probatur in l. 2. tit. 6. lib. 3. fori. & in l. 12. tit. 6. & in l. 1. tit. 13. & l. 2. titul. 15. part. 4. & in l. 12. Tauri. Circa quam regu. vltra Doc. in supra d. locis, vide Anto. de But. & Abb. in c. innolut de elec. & in c. cum in cunctis. ubi Deci. nu. 23. cum alijs, eod. tit. Ias. in l. generaliter, §. cum autem, & ibi. Doct. C. de instit. & substi. & in l. Gallus. in §. & quid si tantum, ff. de libe. & posthu. Doct. in §. fi. præcipue Sylue. Aldob. Inst. de nupt. Matthæ. de Astlic. in c. l. in §. naturales, in §. not. si de feudo sue. contro. inter domi. & agna. vasal. in vſib. feu. Cifuentes & Docto. in l. 11. & 13. Tauri. Pet. Briax. in Directorio electionum. c. 1. 2. part. Barba: in' reper. l. cum acutissimi. nume, 14. l. cum alijs. C. de fideicomis. Conarru. in Epitome de sponsalibus, in 2. par. c. 8. §. 1. Guliel. Maync. in l. quoties idem, nume. 9. cum alijs, ff. de regi. iur. Io. Bruncl. in tractat. de sponsalibus, conclusione. 2. Chaffanx. in

consuet.Burgun.in titu.[Des successions.] Rubr.8.§.3.fol.  
282.col.2.num.2.Lauren.Sylua.in cons.3.num.20.cum  
alijs.Deci.in cens.155.Ludouī.Gozad.in cons.25.num.  
1.& 2.cum alijs.Boeri.in decis.159.Gulielm.Benedict.in  
repe.c.Rainutius,in verbo;& vxorem nomine Adelasham,  
in princ.nu.181.Tiraquel.in repe.l.si vnquam,in verbo,su  
scerit liberos.nu.71.cum alijs.C.de reuocan.donatio.&  
in tract.de primogenitu.quest.34.Ioan.And.in regu.sine  
culpa.de regu.iur.lib.6.Socin.iun.in cons.11.nu.1.cum a  
lijs,volum.2.Rodericum Xarez in glo.l.1.tit.6.lib.3.fori  
Rip.in repeti.l.si vnquam.C.de reuocan.donatio.questio.  
32.Curt.iunior.in cons.136.Ludouic.de Sardis in tracta.  
de naturalib.liberis.c.de legitimatione per verum matri  
monium:cum tribus sequen.Anto.de Rosellis in tracta.de  
legitimatione,lib.1.c.de causa materiali legitimationis.  
Parisi.in cons.13.nu.33.vol.2.Marc.Mant.in cons.45.Ma  
turinum Montanum in Authen.de hæredibus ab intestato  
venientibus,collat.9.pag.36.

- 1 Amplia primo, ut filij hoc modo legitimati dicantur ve  
re & proprie legitimi.Tex.est in d.Authent.quibus modis  
natura effician.legi.collat.6.ita tenet Ias.in l.general ter.  
§.cum autem.C.de institu.& substitu.nu.9.facit etiam tex.  
in Auth.de incestis nuptijs,in §.dubitatum.collat.2.Hanc  
opin.tenet Anto.de Butr.in c.innotuit.de electio.Paul.de  
Cast.in l.si.C.de his qui veniam ætatis impetraverunt.Ri  
ppa in l.si vnquam,in Rub.nu.86.C.de reuocan.donat.Chaf  
sa.in consue.Burgun.in titu.[Des successions.] Rubr.7.§.1.  
fol.228.col.4.num.7.glossi.l.in d.c.tanta.tex.in Auth.qui  
bus modis natu.effician.sui.ibi,nihil à legitimis differen  
tes,& in §.liceat tibi,nihil à legitimis differentes.collat.  
6.tex.in l.12.Tauri.Licet contrarium teneat Barba.in re  
peti.l.cum acutissimis nu.241.C.de fideicom.Pari.in cons.  
13.nu.37.vol.2.

- 2 Amplia secundo, ut tales filij comprehendantur in in  
strumento faciente mentionem de legitimis . Ita cocludit  
Præposi.in c.per venerabilem,in §.quod autem.nu.63.qui  
filij sint legi.etiam si statutum loqueretur dè legitime na  
tis,eandem opi.tenet Anto.de Butr.in d.c.innotuit.col.2.

in fi.in ver.nota.de electio.& Deci.in e.cum in cunctis.nu.  
29.eo.tit.Paul.de Cast.in l.C. de his qui veniam ætatis im  
petra.Dec.in cons.155.col.pen.& fi.Io.Campegius in tract.  
de dote,in 1.par.5.partis prin.q.59.in fin.Paris.in cons.13.  
nu.40.vol.2.Io.Crot.in repe.l.Gallus §. & quid si tantum.  
nu.82.& 169.ff.de libe. & posthu. licet contrarium teneat  
Ant.de Butr.in d.c.tanta.

- 3 Amplia tertio , quod per tales legitimationem finge-  
tur à principio omnis coitus licitus matrimonialis . Vt in  
d.c.tanta.& ibi Docto. per quem text. ita tenet Socin.in l.  
Gallus.in §. si eius,nu.4.ff.de libe. & posthu.
- 4 Amplia quarto , vt non solum legitimentur quo ad pa-  
trem,& matrem , verum etiam quo ad alios agnatos &  
co-  
gnatos . Ita tenent Abb.& Doct. in c.1. & in d.c.tanta. facit  
tex.in § proxima itaque.in Auth.quib.mod. natura efficiā  
tur sui.colla.6.
- 5 Amplia quinto , vt filij prædicto modo legitimati pos-  
sint promoueri absque dispensatione ad ordines , benefi-  
cia,honores , & etiam ad episcopatum . Vt est glossi:com-  
muniter approbata in c. tanta. & in c. innotuit. in verbo,  
coniugata. de electio. quam sequitur ibi Abb.& in d.c.tan-  
ta.Calderi.in cons.2.sub Rubr. qui filij sint legitimi.Aegi-  
dius de Bellamera in c.2.num.3.36. distin. & in c. cum in  
cunctis.num. 18. de electio. & ibi Deci. nume. 24. Chas-  
san.in consuetud.Burgund.in titu. [Des successions.] Rub.  
8.§.7.fol.287.colum.2.num.6. Iaso. in d.l.generaliter in  
§.cum autem nume 10. C. de institutio. & substitu. Nico-  
la. Boeri.in decisio. 159. nume 4. Tiraquell. in tractat. de  
primogeni. quotio. 34. nume.55. Ripa in d. repeti.l.si vn-  
quam. nume. 87.C.de reuocand. donatio. Paris. in consil.  
13.num.45.lib.2.Laurent.Syluanus in cons.3.'nume. 23.  
Guliel.Mayne.in l.quoties idem,nu.14.ff. de regu.iur.Lu-  
do.de Sardis in tract.de naturalibus liberis, in c.de legiti-  
mationis effectu.nu.5.Ioan.Cora,in l.pro parte, nu. 14. ff.  
de seruitu.Petr.Briarius in Directorio electionum. c.1.2.  
parte,nume.6.
- 6 Amplia sexto adeo procedere . quod licet filij natura-  
les legitimati non admittantur ad successionem feudi

. f. D. Petri Duen.

c. i. in §. naturales. si de feudo defun. conten. sit inter domi. & agna. vasalli, in. vslibus feudo. tamē si legitimati sunt per subsequens matrimonium, succedunt in feudis. Ita te-  
nent Iacobus de Bellouiso in d. §. naturales Hosti. & Ioā.  
Andr. in d.c.lator, qui filij sint legi. & ibi Doc. Hanc opin.  
dicit esse communem. Ias. in d. §. cum autem, nu. 10. Alex. in  
lex facto, in §. si quis rogatus nu. 18. ff. ad Trebel. & ibi Ri-  
pa. nu. 48. idem Ripa in repet. d.l. si vnquam, nu. 88. Deci.  
in d.c. cum in cunctis, nu. 26. de electio. Chassa. in contuet.  
Burgun. in titu. [Des successions.] Rubr. 8. §. 3. fol. 287. col.  
2. nume. 6. Marc. Mant. in cons. 45. nu. 15. Iaso. in cons. 148.  
nu. 6. vol. 4. Panor. in d.c. innotuit. & in d.c. tanta nume. 7.  
Deci. in cons. 155. Nicol. Boer. in decis. 123. nu. 4. Barth. So-  
cin. in cons. 3. nume. 11. volum. 3. vbi etiam dicit hanc esse  
commu. & Ioan. Crot. in d.l. Gallus. in §. & quid si tantum.  
nume. 82. Preposi. in d.c. tanta. nume. 20. Laur. Syluz. cons.  
3. nume. 49. Hanc etiam dicit commu. vbi notab. eam ex-  
aminat Matth. de Astlic. in d. §. naturales. in §. notabi. nume.  
6. Petrus Briarius in Directorio electionum, in c. 1. 2. part,  
nu. 6. Ioan. Anto. Rubeus in repeti. L. Titia Seio. in §. Impe-  
rator, nu. 46. ff. de lega. ij. Bartho. Fumeus in sua aurea sum-  
ma Armilla. in ver. filius, §. 11. Ioan. Coras. in d.l. pro part.  
nu. 14. ff. de seruitu. Tiraquel. in tracta. de primogenitura,  
q. 34. nu. 53. Bal. in cons. 129. in princ. volum. 3. Curti. Inni.  
in cons. 136. nu. 1. Guliel. Mayne. in d.l. quoties, nu. 14. ff. de  
reg. iur. Alcia. in lex facto. nu. 7. vers. nam & si furiosus, ff.  
de vulgari. Bern. de Luco in regu. 231. in 1. limita. Licet de  
hoc dubitet Bald. in consil. 367. nume. 2. libr. 5. Andræas  
Barba. in d. repet. l. cum acutissimi. nume. 241. & contra-  
rium consuluit Ang. in consil. 29. colum. si. versic. item non  
obstat dictum. Et licet idem Bald. in d. §. naturales, distin-  
guat, an in concessione feudi fuerit dictum de descenden-  
tibus legitime, vel de natis legitime, vt tunc non succedat  
legitimati per subsequens matrimonium, sed indistincte  
tenenda est prædicta limitatio. quam etiam ultra supra di-  
ctam Doct. dicit esse communem Curt. iun. in tract. feud. in  
3. par. q. 17. nu. 4. i. & hanc opī. tenet Zafius in cod. tracta. in  
8. par. nu. 87. Pari. in consil. 13. nu. 44. vol. 2.

Amplia

¶ Amplia septimo, procedere in emphyteusi ecclesiastica, nam filij legitimati per subsequens matrimonium succedunt in emphyteusi ecclesiastica. Ita tenet Pet. de Aniba. in consi. 241. nu. 5. quem sequitur Imo. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. nu. 10. in finz. verbis, versi. & per hanc rationem. Deci. in d. c. cum in cunctis, nu. 26. Alex. & Doct. in d. §. si quis rogatus, idem Deci. in consi. 155. in fi. Ripa in repe. d. l. si vnquam, nu. 89. & in Rub. de iudi. nu. 85. Tiraq. in tract. de primogeni. q. 34. nu. 54. Paris. in consi. 13. num. 43. vol. 2. Ias. in d. l. generaliter, nume. 10. C. de insti. & substit. Chassanæ. in consue. Burg. in titu. [Des successions] Rubr. 8. §. 3. fol. 287. colu. 2. nu. 7. Lauren. Sylua. in consi. 3. nu. 24. Bonus de Curtili in tracta. de nobilitate, in 4. part. nu. 20. Io. Crot. in repe. d. §. & quid si tantum, nume. 169. Pala. Russios, in repe. Rub. de donatio. §. 60. nu. 8. Ioan. Coras. in d. l. pro parte, num. 14. Licet ad hanc emphyt. ecclesiasticam non admittatur filius rescripto Principis legitimatus, secundum Bal. quem sequitur Doct. supra alleg. in l. generaliter, in §. cum autem C. de institu. & substitu. Ratio huius ampli. est: quia filij legitimati per subsequens matrimonium dicuntur vere legitimati, & perinde censetur ac si ab initio matrimonium contractum fuisset, vt in §. dubitandum, in Auth. de incest. nup. colla. 2.

¶ Amplia octauo, quod talis filius legitimatus per subsequens matrimonium, excludat substitutum: vt si pater in testamento instituit Titum filium suum heredem, & substituit Sempronium: si filius eius decesserit sine filijs legitimis, si filius decebat cum filio legitimo per subsequens matrimonium, quod tunc substitutus excluditur. Ita tenet Anto. de Butr. in d. c. innotuit, de elect. Deci. in d. consi. 155. nume. 7. & in consi. 284. nume. 9. vbi dicit hanc esse communem opini. idem Deci. in d. c. cum in cunctis, num. 28. Catellia. Cotta in Memora. iuris: in verbo legitimatus, cl. ij. Lauren. Sylua. in consi. 3. nu. 22. Nocola. Boeri. in decisi. 159. nume. 20. Ripa in Rub. ff. si cert. peta. nu. 3. & in repet. l. si vnquam, C. de reuocan. donatio. nu. 86. Ioan. Anto. Rube. in repet. l. Titia Seio in §. Imperator, nu. 46. ff. de lega. 2. & hanc dicit esse commu. opini. Ruin. in consi. 163. nu. 6.

D.Petri Duen.

& 7.vol.3.Licet Bald.in cons.357.nu.2.vol.5. teneat quod legitimatus per subsequens matrimonium non excludit substitutum . vbi facta fuit substitutio descendenti sive filiis de legitimo matrimonio procreatis : nam hoc videtur contra text.in d.c.cum in cunctis.de elec qui loquitur per talia verba : de legitimo matrimonio , & tamen verificatur in legitimato per subsequens matrimonium,facit etiam glo.& Docto. in d.c.innotuit, de electio.

9. Amplia nono procedere, etiam si matrimonium sit putatum: nam tunc legitimatur proles per subsequens matrimonium, ut quia pater erat sacerdos qui cum muliere contraxerat, vel mulier monialis quem nupsit, aut vir aliam uxorem habuit, vel uxor alium maritum: tunc si alter hoc ignorasset, licet alter scuerat, legitimitas filiorum non impeditur. Ita tenet Aluaro.in c.1.§.naturales,col.5.vers.quid si nascatur, si de feud.contro.fue.inter domi. & agna.vasal. in vobis feud. quem sequitur Vldari.Zazius in tracta.feudo.in 8.par.nu.88.Pala. Ruui.in repe.Rubr. de donatio.§. 36.num.2.Rod.Xuarez in l.1.tit.6.lib.3.fori,fo. 85.pagi. 4.in §.ad predicta, ut de naturalibus,Cassiod. in decis.vni ca,in tit.de sponsal.facit tex.in c.ex tenore, & in c.referente, qui filij sint legi.& ita expresse dixi supra in reg.150.in 2.limitati.& ultra ibi allegata pro ista opere est gl.in d.cap. tanza,in verb.alia.& in c.non omnis, in verb.constituente 3.u.q.2. quas allegat Xuarez vbi supra.Facit etiam tex.de iure Regio in l.4.tit.6.lib.3.fori, quem lex uidetur approbare supra dictam limitationem, & l.1.tit.13.& l.2.tit.15.par.g.Rationem huius ampliationis, ponit Abb.in d.c.tanta, nu.8.Didacus del Castillo in l.11.Tauri,nu.10.& 11.Sylvestris Aldobran.in §.fin.nu.11.Institu. de nupt.& vide infra in 3. limitatione.

10. Amplia decimo procedere, etiam si matrimonium sit intermedium : scilicet si vir solitus habet filios ex muliere soluta, & contrahat cum alia muliere,qua mortua contrahat cum illa ex qua filios naturales suscepserat: filij legitimantur per hoc matrimonium, non obstante matrimonio intermedio. Ita tenet Ioann. Andr.in regu. sine culpa, de regu.iur.libr.6.Ang.in consilio 18.in 2.quest. pro quo allegae

legat tex. in Auth. quib. mod. natu. effi. sui, in §. si vero plurimis, vers. omnino enim, colla. 7. quæ tex. dicit esse notab. ad hoc Angel. vbi supra. Eandem op. tenet Prepo. in d.c. tanta q. 7. nu. 14. Ias. in l. Pomponius, in §. quæ situm, ff. de acq. poss. Mayne. in d.l. quoties idem ff. de regu. iur. & eam tenet notab. examinat per plura funda menta Ioan. Brune. in tracta. de sponsalibus, conclusi. 2. nu. 22. & hanc op. dicit esse com. Anto. de Rosellis in tracta. de legitimatione, lib. 1. c. de causa materiali legitimationis, nu. 44. cum seq. Ferdinand. Loazes in tracta. de matrimonio, in 12. dubio, nu. 18. Carol. Molinæ. in consue. Parisi. in titu. 1. §. 8. glo. 1. q. 7. nu. 34. Bartho. Fumeus in sua summa Armilla, in ver. filius §. 11. Abb. in d.c. tanta, nu. 3. Ias. in l. enm qui ita, in §. qui hominem, nu. 7. ff. de verb. oblig. Montal. in glo. l. 2. titu. 6. lib. 3. fori, & hæc dicit communem esse Ludo. de Sardis in tracta. de naturalibus liberis, in c. de legitimatione per verum matrimonium, nu. 9. vers. est autem necessarium, licet ipse ibi post longam disputationem quam à nu. 5. vsque ad nu. 15. facit, contrarium teneat.

**11** Amplia undecimo, ut talis filius legitimatus per subseq. matrimonii admittatur ad retractu. s. vt possit retractare re uenditam à consanguineis iure proximitatis intra nouē dies, de quo i. 80. cū quatuor, sequentib. in legib. Tauri, & in l. 13. tit. [De las uendidas] lib. 3. fori, & in l. 6. tit. 7. lib. 5. ordina. Ita expresse tenet Guliel. Benedict. in repe. c. Rainutius, in uer. & uxorem nomine Adelasiam, in prin. nu. 181. quæ sequitur Didacus Couarruicias in Epitome de sponsal. in 2. par. c. 8. §. 2. nu. 22. & expresse Ioan. Paponis in glo. ad consuetu. Borboniæ §. 437.

**12** Amplia duodecimo, ut talis legitimatio non reuocetur per superuenientiam filiorum legitimorum, & naturallium. Ut in l. cum quis & in l. nuper C. de natura. libe. & in Authen. quib. mod. natu. effi. legiti. collat. 6. circa princ. text. in §. 1. in uer. necnon. Institu. de hered. quæ ab intesta. deferu. & in §. 6. institu. de nupt. & sic succedunt unā cum alijs filijs postea legitime natis. Hanc op. tenet Bart. & ibi ceteri Doct. in l. ex facto, ff. de vulgari. ubi Hierony. Verius in repe. nu. 175. dicit hanc esse com. op. & eam tener Tirauell.

## D. Petri Duen.

quell. in tracta. de primogenitu. quæstio. 34. numero 51.

13. Amplia decimotertio, quod filij hoc modo legitimati infringunt donationem omnium vel maioris partis honorum, remedio l. si vñquam, C. de reuocan. donati. Ita tenet Bald. in c. innotuit, de ele<sup>t</sup>io. quod dicit alibi non legisse Ias. in Rubr. nu. 4. ff. de liber. & posthu. & in l. Gallus, in §. & quid si tantum, in 2. le<sup>t</sup>u. nume. 42. Ange. & Salicet. in l. si totas, C. de inoffi. dona. & hanc op*i*. dicit commu. Syluester in §. fi. nu. 8. insti. de nup. etiam si nati forent ante donationem quod saltem procedit ad reuocandam donationem in ea parte quæ ad legitimam attinet. ita tenet Bald. in l. 1. C. de reuocan. donati. quem sequitur Nicol. Boeri. in decis. 159. nu. 12. sed quod donatio in totum reuocetur, quando filij antea sunt nati, licet legitimati post donationem, negat Rapa in repet. d. l. si vñquam q. 32. nu. 89. & ibi Tiraq. in verbo, suscepere liberos, nu. 71. secundum nouam impressio. Soci. iuni. in cons. 54. col. 2. vol. 1. Lauren. Syluanus in cons. 3. nu. 16. eandem opinio. tenet Didacus Couarru. in 4. lib. Decretal. in 2. parte, c. 8. §. 2. nu. 29. vbi se remittit ad Matth. de Afflict. in c. 1. §. naturales in 5. notab. nu. 44. cum alijs, si de feu. sue. cōtro. inter domi. & agnat. vasal. in vfib. feud. qui in veritate eandem op*i*. Ripæ vbi supra tenet.

14. Amplia decimoquarto, quod talis legitimatus per subsequens matrimonium habeat quærelam in officiis donationis. Ita tenet Bald. in l. 1. versi. ex his sequitur, nume. 33. C. de iure fisci, lib. 10. quem sequitur And. Tiraquel. in repet. d. l. si vñquam, in verbo, suscepere liberos nume. 71. & in tract. de primogeni. q. 33. nu. 55. Syluester Aldobrandinus in d. §. fi. nu. 8. insti. de nup. Anto. Rubeus in repet. l. Titia Seio. in §. Imperator, nu. 46. ff. de lega. 2.

15. Amplia decimoquinto, quod filij huiusmodi legitimati repellunt feminas exclusas a statuto per masculos. Ita Bald. in l. eam quam, nu. 26. & in l. cum acutissimi, num. 7. C. de fideicom. & ibi Ias. nume. 2. postquam examinat supra d. quæstio. refert plures Doct. tenentes contra Bald. dicens secundum opinionem Bald. se his consuluisse, & Bald. sequitur Andr. Tiraquel. in tracta. de primogenitu. q. 33. nu. 56. & in repe. l. si vñquam, vbi refert plures Docto. eam tenentes, in verbo,

verbo suscepere liberos, nu. 82. Decimus in c. cum in cunctis  
nu. 28. de electio. & in consil. 365. nume. 7. Caro. Molinæ. in  
consuetu. Parisi. titu. 1. §. 8. glo. 1. nume. 45. Ludouii. Goza.  
in consil. 6. nu. 38. D. Couarru. in Epitome de sponsali. in  
1. par. c. 8. §. 2. nume. 25.

16. Amplia decimosexto adeo procedere, quod si mulier  
est talis conditionis cum qua pater posset matrimonium  
contrahere, tunc pater non potest facere legitimari filios,  
nisi matrimonium contrahendo cum tali muliere: & sic  
quoties filius naturalis potest legitimari per subsequens  
matrimonium, nunquam potest legitimari per rescriptum  
principis. Ita probat tex. & ibi glo. expressa in Auth. quib.  
mod. nat. effic. legi. §. sit igitur. in verbo, permittimus. colla. 6. & ita expresse tenet ibi Bart. nu. 5. & Ang. qui expresse  
not. ibi illam glo. nume. 10. eandem op. tenet Bal. in c. per  
tuas, nu. 3. de maiori. & obedien. & in c. illud, vbi dicit ali-  
bi non reperiri, nu. 3. de præsump. Hipp. in sing. 133. Hanç  
etiam op. vbi dicit esse com. & semper menti tenendam, te-  
net Ias. in l. Gallus in §. & quid si tantum, in l. lectu. nu. 107  
ff. de libe. & posth. Gerar. de Potra Sancta in sing. 60. Chas-  
sa. in consue. Burgund. in titu. [Des successions] Rubr. 7. §. 3.  
fol. 286. col. 3. in prin. nu. 9.

17. Amplia decimosseptimo, ut tali filio facienda sit prouisio  
de alimentis, siue agatur contra eum, siue ipse agat su-  
per successione bonorum patris, cum nihil à legitimis dif-  
ferat, ut supra dixi, in 1. ampliatione. Ita expresse tenet  
Pet. Rebuf. in gl. ad constitutiones Regias Galliq, in 1. par.  
in tract. de sententijs, artic. 1. in glo. 2. par. 2. 50. nu. 13.

18. Amplia decimoctavo procedere, etiam si predicti si-  
jij nati essent ex concubina quæ esset ancilla. Cuius ratio  
est, cum inter ipsum & ancillam validum sit matrimonium,  
nec dispar conditio impedit matrimonium de iure cano-  
nico, in c. 2. de coniugio seruo. licet aliter de iure ciuili di-  
spositum sit, in l. cum ancillis C. de incest. & inutil. nup. sed  
in materia matrimoniali iuri canonico standum est c. pen.  
& finia. de secun. nupt. De iure nouo ciuili est text. pro hac  
opinio. in Authen. vt liberti de cætero aureo non ind. in §.  
Si quis autem libertam ducere voluerit, versi si cui colla. 6.  
&

D. Petri Duen.

& ibi glo. in ver. conscriptionem. Et hanc opinio. tenet Io. Brun. in tracta. de. nupt. conclusione 2. nu. 17. Roder. Xuanrez. in l. 1. tit. 6. lib. 3. Fori. in §. hoc pr. elupposito deuenientium est, in si. vers. hodie vero fol. 84. pag. 2. Syluest. Aldobrand. in d. §. si. nu. 10 insti. de nup. Cassiodo. in decis. vnicarum. in titu. de sponsa. Ludo. de Sardis in tract. de natur. libe. C. de legitimatione per uerum matrimonium. nu. 18. De iure regio probatur in l. 1. titu. 13. par. 4.

19. Amplia decimonono procedere, quod ad hoc, ut filius legitimetur sufficit parentes posse contrahere tam tempore conceptionis quam natuitatis. Ita probat glo. quam ibi sequuntur Doct. in c. 2. qui filij sint legit. Hostien. Io. And. Anto. & ibi Preposi. num. 17. in d. c. tanta. Sali. sibi contrarius, qui aliter tenuit in l. filium, C. de suis & legi. in l. numer. C. de natu. libe. ubi pro hac op. est text. ibi in §. generaliter. Henric. in cap. 2. qui filij sint legi. & pro ista op. est etiam tex. in l. in seruorum, in §. si. ff. de statu. homi. & in §. sufficit institu. de inge. & manu. ubi probatur quod quo ad filiorum libertatem, status matris tempore conceptionis, vel natuitatis attenditur. facit etiam text. in l. qui in utero, ff. de statu homi. Et hanc opinio. probat tex. de iure Regio in l. 11. Tauri, & ibi Pala. Ruuios. nume. 9. licet text. in l. 8. titu. 13. par. 6. in princip. ibi, [que suesse el hijo engendrado en tiempo] teneat quod tempore conceptionis & non natuitatis debet attendi, sed lex illa alternatine est intelligenda, scilicet tempore conceptionis vel natuitatis, & sic debet suppleri, ut est text. in d. l. nuper, C. de natu. libe. cum qua concordat, per quam. legem Tauri, cessat maxima contentio doctorum in hac op.

20. Amplia vigesimo, quod dicti filij hoc modo legitimantur post testamētum patris ac si natī forent post testamen tum. Ita tenet Bald. in l. filius à patre, in §. 1. ff. de liber & posthu. idem Bald. & Imol. in l. certum, ff. de iniusto rump. Ang. conf. 77. Ancha. in conf. 190. Bartho. Soc. in conf. 226. nu. 5. vol. 2. & in conf. 63. vol. 3. nu. 19. Ias. in l. qui se patris, nu. 15. C. vnde libe. & in Rub. C. de posthu. hære. nu. 1. Calfa. in consuetu. Burgun. in titu. [Des successions] Rubr. 7. §. 3. fol. 287. col. 2. nu. 8. Lauren. Sylvanus in conf. 3. nume. 15. Anto.

Anto.de Rosellis in tracta.de legitimatione, lib. i. c. de matrimonio præsumptiuo. nu. 13. Tiraq. in repet. d. l. si vnquam, in verbo, suscepere liberos nu. 80. & 81.

x Limita primo, non procedere in legitimatione facta in mortis articulo, vel à sene decrepito cum concubina contrahenti. Tenet Bal. in l. nuper C. de natu. libe. & in l. eam quam nu. 27. C. de fideicom. pro qua op. est text. in d. l. nuper. vbi matrimonium susceptam prolem reddit legitimā, quando contrahitur spē proli. Facit etiam text. in c. 2. de frigidi. & malefi. vbi probatur, quod matrimonium cōtrahi non potest ab eo qui generare minime valet, & ita sicut puer qui non potest debitum reddere est incapax ad contrahendum matrimonium. c. à nobis, & c. puberes, de desponsi. impube. ita & taliter impediti sunt inhabiles, cum ille qui est in mortis articulo, vel senex decrepitus, sint inhabiles ad debitum reddendum. Sed nihilominus contraria opin. est vera & communis, imo quod filij legitimātur per matrimonium in mortis articulo, vel à sene decrepito contractum tenet Io. Andr. post longam disputationem, in regu. sine culpa. in 1. q. num. 1. de reg. iur. lib. 6. Abb. in c. 2. de frigi. & male. idem Io. And. Ant. de But. & Præp. nu. 7. in d. c. tanta Cin. & Alberi. in l. quisquis C. de natu. libe. & Ludo. de Sard. in tract. de natura. libe. c. de legitimatione per verum matrimonium nu. 1. 2. 3. & 4. Ange. in §. fina. nu. fina. In situ. de nupt. Hanc opin. dicit esse communem Alex. in l. si quis posthumos. col. 1. ff. de libe. & posthu. Iaso. in l. sed & quæsitum col. 3. ff. eo. tit. D. Couarru. in Epitome de spōsa. in 2. par. c. 8. §. 2. nu. 10. Pau. Paris. in cons. 13. nu. 68. lib. 1. Ant. de Rosellis in trac. de legitimatione. vbi eam latissime examinat, in princ. c. de causa materiali legitimatis, à nu. 23. vsque ad nu. 43. licet dubius sit in ea. Hanc etiam op. vbi eam latissime examinat, tenet Io. Brunell. in tract. de sponsa. in 2. conclusi. nu. 10. Didacus del Castillo in l. 12. Tau. nu. 25. & ibi Cifuentes nu. 13. Guliel. Mayne. in l. quoties idē nu. 22. ff. de reg. iur. Abb. in c. cōmissum de sponsi. Laur. Sylua. in cons. 3. nu. 39. Rumi. in cons. 163. nu. 6. vol. 3. Andr. Tiraq. in repet. l. si vnquam. in ver. suscepere libos nu. 73. C. de reuo. dona. Montal. in glo. l. 2. titu. 6. lib. 3. fori.

D. Petri Duen.

vbi supra. Doct. respondent ad contrariam opinio. ad iura pro ea allegata. Nico. de Vbald. in tracta. de successionibus ab intesta. in prin. nu. 63. Ioan. Gualden. in trac. de arte testandi. tit. 1. caute. 14. nu. 2.

Quam limitatio. intelligo veram, nisi talis legitimatio in mortis articulo facta esset in fraudem legatariorum & fideicommissorum, ita tenet Ang. de Peru. in l. sed & quæsumit ff. de libe. & posthuni. quem sequitur Anto. de Rosellis, vbi supra, nu. 41. Ruui. vbi not. in d. consil. 163. nume. 7. vol. 3. vbi dicit, quod ita debet intelligi ampliatio. 8. supra posita, scilicet quod legitimatus excludat substitutum quādo legitimatio non est facta in mortis articulo: idem tenet Ruui. in consil. 211. nu. 7. lib. 1. & in consil. 46. nu. 7. li. 1. idem Ang. in d. l. nuper C. de natura. lib. Facit pro hoc tex. in l. si lxx. & ibi Bald. Imo. & Alex. ff. solu. mat. & in c. 2. & ibi Doctor. de renuntia. lib. 6. Tiraq. in repet. l. si vnquam. & in verbo. suscepere liberos. nu. 74. C. de reuocan. dona. vbi refert alios Doc. eandem op. tenentes, & refert Valerium Maximum lib. 7. c. 7. vbi dicit, quod Septitia mater Trachaloru Ariuninensium irata filijs, in contumeliā eorum, cum iam parere non posset, Publio Seni admodum nupsit, & in testamento præteriit filios, à quibus aditus Augustus, nuptias mulieris & testamentum improbavit. Nam & hæreditatē maternam filios habere iussit dotem, quia non eredo rum liberorum causa coniugium intercesserat, virum retinere vetuit. Pro qua opinio. facit quod notant Domini de Rota in decis. 340. in antiquis secundum antiquam impressionem, & secundum nouam in decis. 2. in titu. de præsumptio. Hanc opin. tenet Alber. Brun. in consil. 15. num. 17. Et Roderic. Xarez, vbi dicit quod est mirabile dictum, in lectura l. 9. tit. vndecimo lib. 1. fori. fol. 74. pag. 2. vers. adde etiam & perpetuo. tene menti.

2. Limita secundo, quandounque filius naturalis deceperit antequam pater contrahat matrimonium cum matre sua, nam per ipsum matrimonium nepos ex tali filio naturali natus, non legitimatur, nec transit in potestatem avi. Quā opin. tenuit expresse Bald. post Guliel. de Cugno in l. benignus. ff. de legi. sequitur Præp. in c. per venerabilē nu. 24. qui

qui filij sint legi. Fran. Crem. in sing. 32. Hipp. in sing. 121. Chassa. in consue. Burg. in titu. [Des successions.] Rubr. 7. §. 3. fol. 186. col. 2. nu. 8. Hanc opin. vbi eam latissime examinat, tenet Iaso. in l. si is qui pro emptore, nu. 121. ff. de usu capio. Pau. de Cast. in l. in ambigua. ff. de legib. Anto. in d. c. per venerabilem. Pro qua op. est tex. in l. qui libertibus. in §. posthu. ff. de oper. liberto. Eadem op. tenet Alex. in l. Gallus in §. si eius col. pen. ff. de lib. & posthum. vbi dicit quod non reperit istam decisionem Guliel. de Cugno per aliquem reprehensam. Hanc etiam op. tenet Alber. in d.l. benignius Ludoui. de Sardis in tracta. de naturalibus liberis, cap. de legitimatione per verum matrimonium q. 5. nu. 19. Catellia. Cotta in Memorialibus iuris in verbo, legitimatio. Quæ opinio tenenda est, licet contra eā teneat Alciat. in trac. præsumpt. in prin. nu. 10. per tex. in l. si filium, ff. de gradibus affini. vbi probat tex. quod si filio meo mortuo Titium adoptavero, fingitur adoptatus esse frater defuncti, licet extrellum sit inhabile, quia defunctus.

**3** Limita tertio, non habere locum in filijs adulterinis, quia non legitimantur ex subsequenti matrimonio. Ita probat text. & ibi Doc. per eum, præcipue Cardi. in 3. notabi. nu. 2. in d.c. tanta. ibi, nihilominus spurius erit filius & ab hereditate repellendus. Hanc etiam opinionem tenet Ricard. Malumb. Gulielm. de Cugno, & Bald. in l. Paulus ff. de statu. homin. idem Bald. in l. ex libera. C. de suis & legitim. nam ad hoc vt filius legitimetur, requiritur quod sit natus ex soluta & soluto. vt in d.c. tanta. Hanc opinionem tenet Cifuentes in l. 12. Tauri. nu. 12. & ibi Pala. Ruui. nu. 31. Guliel. Mayne. in d.l. quoties idem nu. 9. ff. de regu. iuris. Syluest. Aldobrandinus in d. §. fina. nume. 11. Institu. de nupt. Maria. Soci. Iun. in conf. 31. nu. 44. volu. 2. de iure regio probatur in l. 2. tit. 15. part. 4.

Quæ limitatio non procedit, quandounque unus coniugum ignorabat impedimentum, quod alter fuisse coniugatus, nam si quis ignoranter contraxit matrimonium cum coniugata, filij inde geniti sunt legitimi, vt supra dixi in 9. ampliatio. secus vbi non interuenit contractum matrimonij, sed à principio aliquis habuit filium sine matrimo-

D. Petri Duen.

nio ex muliere coniugata , nam tunc etiam si pater ignoraret mulierem illam coniugatam esse filius non legitimatur ex subsequenti matrimonio. Ratio est secundum Ioan. Andr. in d.c.tanta. & ibi Abb.nu.8. quia contrahens matrimonium dat operam rei licet, ideo excusatur ex ignorantia, sed admittens virum sine matrimonio , dat operam rei illicite, ideo ignorantia sua non est probabilis, nec etiam excusat. Quam opin. tenet Ant.de Butr.in d.c. tanta , & ita debet intelligi glo. ibi in verbo, alia. & supra.d.9.ampliatio. & ita expresse vltra Siluestrum, vbi supra tenet Cast:lo in l. 11. Tauri.nu. 10. & 11.

4 Quarto fallit , in filio vulgo concepto : nam talis filius non legitimatur per subsequens matrimonium , quia spinosus est, vt in l.vulgo. ff. de statu hom. vbi dicit quod vulgo concepti, patrem demonstrare non possunt . Hanc opinio. non solum de iure ciuili procedere , sed etiam de iure canonico, tenet expresse Ludou. de Sardis in tracta. de naturalibus liberis, in c. de legitimatione per verum matrimonium q.7.nu. 21. & quod isti filij non legitimantur , tenet Guliel. Mayne. in d.l. quoties idem nu. 16. ff. de regu. iuris. Ias. in cons. 234.col.2.vol.2.Bal. in l.eam quam , nume.24. C.de fideicomm.

5 Quinto fallit,in filio furiosi:nam filius natus ex furioso patre, non legitimatur per subsequens matrimonium. Quā questionem mouet Ludou. de Sardis in c. de legitima. per verum matrim.q.6.nu.29.vbi non determinat in supra dicta limitatione, sed pro ea est tex. expressus in c.dilectus filius, de sponsal. vbi furiosus matrimonium contrahere nō potest: si ergo non potest contrahere, non poterunt filij legitimari. Quā legitimatio procedit in perpetuo furioso, nam si furiosus haberet dilucida interualla, tunc matrimonium contrahere potest in dilucidis interuallis, & sic legitimarentur filij, vt est glo. & ibi Doctor. in d.c.dilectus. Et in dubio matrimonium pr̄sumitur contractum tempore furoris alijs coniecturis cessantibus , & sic matrimonium est nullū, & filij, non legitimantur, & allegati matrimonio contractum fuisse in dilucido interuallo, incumbit onus probandi, vt est gl. cōmuniter approbata in c.f. in verb. cū potesta-

potestate.de successio.ab.intest.& in c.indicas Hermanum  
3.q.9.& hanc op.iicit esse commu.Iaso.in l.patre furioso  
nu.5.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.Pro quo facit notab  
le diqum Ancha.in Clemen.furiosus,nu.6. de homicidio,  
vbi tenet , quod si probatum est per vnam partem aliquo  
tempore quem esse furiosum , & ex aduerso probatur eum  
fuisse sanx mentis,& habuisse delucida interualla, hoc vi  
timum non sufficit ad validandum actum gestum, nisi spe  
cialiter probetur eum fuisse sanx mentis tempore actus ge  
sti.& dicit ibi Anchara.se ita obtinuisse. Quam opin.sequi  
tur Ias.in d.l.patre furioso, nu.6.

6 Limita sexto , non habere locum in filio incestuoso qui  
natus ex consanguineo & consanguinea . Ita tenet Abb. in  
d.c.tanta.nu.12.Bat.in l.in concubinatu. ff.de concubi. Io.  
Fab.in §.fi.Instit.de nupt.Cifuentes in d.l. 12. Tauri. num.  
13.Hippo.in singu.121.& ita quandoconque parentes pro  
pter aliquod impedimentum iuris diuini vel canonici no  
poterant contrahere matrimonii tempore concepcionis &  
natuitatis,tunc filij iā nati non legitimātur per subsequēs  
matrimonii . Ita tenet Abb.in d.c.tanta.Bal.in l.& si cōtra  
C.de nup.Io.Fabe.in d.§.fi.Bar.in d.l.in cōcubinatu.& Ci  
fuentes in dict.l. 12.Tauri.nu.13.Soc.Iuni.in cons.31.num.  
43.volum.2.facit text.in d.§.fina. institut. de nupt. & in l.  
cum quis,C.de natura.libe.& in d.c.tanta. Eadem opinio  
nem tenet Ioann. Crottus in repeti.l. Gallus. in §. & quid  
si tantum. nume. 170. ff.de libe. & posthum.& hoc latissi  
me prosequitur Curt. Seni.in consil. 73. in 3. dubitatio  
ne.nume.18.

7 Limita septimo , quandoconque clericus in minoribus  
constitutus haberet beneficium tempore quo habuit filium,  
nam tunc ille filius non dicitur naturalis, nec potest legi  
timari per subsequens matrimonium . Ita concludit Bart.  
in d.l.in concubinatu.nume.5.ff. de concubi. sequitur Lu  
doui.de Sardis in tract.de legitimatione in 2. par.qu.est.3.  
c.de legitimatione per verum matrimonium.nume.17.An  
to.de Rosellis in tracta.de legitimatione, lib. 1. c.de cau  
sa materiali legitimationis.nume.3. Hanc etiam opinion  
tenet Pala.Ruuios in l.11.nume.15.in ll.Tauri. & in l.9.

## D. Petri Duen.

nume. 39. & in repe. c. per vestrás, in 3. notabili, §. 21. nu. 21.  
Cifuentes in l. 12. Tauri. nu. 16. Præpo. in c. per venerabilé,  
in §. quod autem, nu. 12. qui fil. sint legi. sed si clericus iste  
non haberet beneficium, licet esset in minoribus constitutus,  
filius esset legitimatus per subsequens matrimonium.  
Contrarium tamen, imo quod etiam si clericus in minoribus  
ordinibus constitutus habeat beneficium, filius legitimatur  
per subsequens matrimonium, post longam disputa-  
tionem concludit Ioan. Andræ. in regula, sine culpa, nume.  
3. vers. primo ego probabo, de regu. iur. libr. 6. quem sequi-  
tur Bald. in c. 1. in §. naturales; si de feudo fue. contro. inter  
domin. & agnat. in vñibus, scudo. & ibi expresse Matthæ. de  
Afflict. in §. notab. nu. 38. hoc tenet. Hanc etiam op. tenet  
Anto. de Bnt. in d. cap. tanta, & ibi expresse Præposi. post  
longam disputationem, in 6. q. nume. 12. & 13. idem Præpo.  
in c. per venerabilem, in §. quod autem, nume. 12. eod. titu.  
vbi remittit se ad ea quæ dixit in d. c. tanta, gloss. in prag-  
ma. sanctio. in titu. de concubinaris §. ipsas, in verb. arcere.  
Nico. de Vbal. in tracta. de successio. ab intestato, nume. 60.  
& tenet expresse Ioan. Brunel. vbi eam latissime examinat  
in tracta. de sponsalibus, in 2. conclusione, nume. 26. Et pro  
hac opinione ultra plura fundamenta adducta à supradicatis  
doctor. facit, nam matrimonium contractum à clero  
beneficiato in minoribus constituto cum concubina, valet  
& tenet, licet amittat beneficium c. 1. & c. quod à te. de cle-  
ri. coniuga. si ergo, matrimonium valet, & tempore concep-  
tionis, vel nativitatis poterat contrahere cum concubina  
filij dicuntur naturales, & sic legitimantur ex subsequenti  
matrimonio, facit tex. in l. 11. in legibus Tauri.

8 Octauo fallit, quandocunque nobilis matrimonium con-  
traxit cum uili & rustica, vel cum meretrice, nam ex tali  
matrimonio filij non legitimantur. Ita tenet Ang. in Au-  
then. quibus modis natura effici. legi. in princ. nume. 1. & in  
§. sed illud, nu. 4. vbi dicit habuisse istam quæstionem de fa-  
cto, quod quando mulier est vilissimæ conditionis, & mari-  
tus nobilis & diues, inter quos honeste matrimonium esse  
non potest, filij non legitimantur per subsequēs matrimo-  
nium. Hanc opinionem tenet Bal. in Auth. item si quis, C.

dē natu.libe.& in l.z.C.quibus res iudicata non nocet.Prg  
posi.in d.c.tanta,nu.27.Martinus Laudensis in tracta.de le  
gitimatione,num.158.Cepola in cautela 150.incip.debēs  
scire.Curtius Iunior in consl.136.num.10.Hanc opinio.di  
cit esse communem,& ab ea non recedendum in iudicando  
& consulendo,cum non habeat contradictem,Maria.So  
ci.Iunior in consl.52.num.2.vol.1.eam etiam communē  
dicit Syluester Aldobrandinus in d.§.fi.num.11.Instit.de  
nuptijs.pro qua opi.est tex.in d.Auth.quib.mod.natu.Offi  
cian.legi.in §.sed aliud,in versi.nec dignam eam existima  
uit legitimo quodam nomine , & ibi expresse Ange.vt su  
pra dixi.Hanc etiam opi.tenet Rui.in consl.111.nu.5.& 6.  
lib.1.Gerar.de Petra sancta in sing.60.

Contrariam tamen opi.tenet expresse Nicola, de Vbal  
dis in tracta.de successio.ab intesta. nu.61.& 62. quam opi.  
reprobando supra dictam tenet Ias.in consl.234.vol.2.col.  
1.in versi.sed pr̄missis non obstantibus,vsque ad fi.Ripa in  
repe.l.si nunquam,C.de reuocand.donatio. numero 55.Pa  
la.Ruui.in l.1.numero 32.Tauri.Pro qua opi. facit,nā aut  
Ang.pr̄supponit matrimonium tenere cum tali muliere,  
prout ipse videtur pr̄supponere per rationem tex.in d.c.  
tanta,considerantis an tempore coitus potuerit esse matri  
monium & nihil aliud , certe filij antea nati legitimantur  
per subsequens matrimonium , & per regulam traditā per  
Ioan.And.in d.reg.sine culpa, in Mercurialibus,prout re  
fert Ant.de Butrio in d.c.tanta,vbi dicit , quod est quocun  
que coitu natus,legitimatur per subsequēs matrimonium,  
dummodo tempore coitus potuisset esse matrimonium in  
ter virum & mulierem,eo casu quo legitimus consensus in  
teruenisset,viude de iure canonico talis filius legitimatur,  
quicquid forte aliud disponatur per ius civile.Aut Ange  
lus pr̄supponit matrimonium cum tali muliere non ten  
re,& tunc licet dē iure civili illud possit procedere , quia  
prohibitum est matrimonium inter tales l. Imperialis,C.  
de nuptijs,& l.huinilem,C.de incestis & inutili.nup.tamē  
de iure canonico,quod sequendum,c.penul. & c.fi.tale ma  
trimoniū tenet.Pro qua opinione facit quod supra dixi in  
18.amplia.Facit etiā,uam matrimoniu etiam cū meretricē

## D. Petri Duen.

& persona ignominiosa contrahi potest, vt in cap. integratas in §. fina. & in cap. non est culpandus 32. quæstio. I. in c. inter opera de sponsa. in cap. quemadmodum, versicu. aliquo-quin. de iur. iur. in l. 3. in §. si emancipatus, ff. de contratab. in l. si vxor, in §. sed si ea, & in §. fina. ff. de adulce. & in l. cum ita, & ibi Barto. ff. de condit. & demonst. Et pro ista opini. dicit Nicolaus de Vbaldis, vbi supra, facere quod notat Ange. in Authen. vt liceat matri & auix. in §. quia vero legendum protulimus, colla. 8. vbi expresse dicit hæc verba, numero 10. & inter alios casus nota de eo qui vult legitimare filios ex eo natos, & ex muliere vili aut meretrice, quia nō potest, nisi instrumenta dotalia sequantur, sentit ergo Ange. à contrario sensu, quod si sunt instrumenta dotalia, possit cum huiusmodi muliere vili aut meretrice contrahi matrimonium, per quod filij ante suscepti legitimetur. Vnde concludendum est quod matrimonium contractum cū personis vilibus teneat, & proles antea suscepta legitimetur. Pro hac opinione facit etiam quod notat Bald. in l. cā quā numero 24. C. de fideicommiss. vbi dicit, quod per matrimonium consequens omnes possunt legitimari, præter vulgo conceptos, eo quia pater est incertus. Et hanc etiam opinionem tenet Deci. in consil. 155. numero 1. in 1. colum. Lauren. Syluanus in consil. 3. numero 44. Et non obstat text. in text. in d. §. sed & aliud, in quo se fundat Ange. vbi supra, & cæteri Doctor. quia text. ille loquitur in vulgo, concepto, qui vt supra dixi in 4. limitatione, non legitimatur ex matrimonio subsequenti. Et pro ista opinione est text. de iure regio in l. 1. tit. 13. parte 4. supra allegato in 12. ampliatione, & text. in l. 7. titu. 2. ead. parte, vbi text. dicit. [y aun ha otra fuerca el casamiento segun las leys antiguas, quæ maguer la muger fuere de vil linea gesi casare con Rey, deuen la del lamar Reyna.] Et sic præsupponit tex. ille quod mulier ignobilis potest contrahere matrimonium cum nobili, & etiam cum rege, & matrimonium valet, si ergo matrimonium ualeat, filij antea habitu, bene legi i. nantur. Et hæc opinionem contra Angelus vbi supra, tenet Pala. Ruuios in repeti. cap. per vestras in 3. notabi. §. 20. numero 17. versiculo, ex his etiam resultat, & Gulielmus Cassiodorus in

de-

decisio. vnica, numero 6. in titu.de sponsalibus.

Nono fallit quandocunque filius non consentit in legitimatione, quia inuiti non legitimantur. Ut est tex. in §. generaliter, in Auth. quibus modis natura effi. sui, colla. 7. ibi dum & filij hoc ratum habuerint, & ibi expresse Iacobus de Bellouiso, & Ange. numero 7. Guliel. de Cugno, Alber. Fulg. & Pau. de Castro, in l. benignius, & ibi Bal. ff. de legibus. Martinus Laudensis in tract. de legitimatione, numero 160. Ludoui. de Sardis in tract. de naturalibus liberis, c. de requisitis in legitimatione, nume. 2. Nicol. de Vbaldis in tract. de successio. ab intestato, libro 1. numero 64. Anto. de Rosellis in tract. de legitimatione. cap. de causa formalis legitimatis, numero 11. Angelus, in §. fin. nume. 9. Instit. de nupt. Gulielmus Mayne. in d.l. quoties idem, nume. 97. ff. de reg. iur. Lauren. Sylua. in consi. 3. nume. 37. Ange. per tex. ibi, in Authen. quibus mod. natu. effi. legi. in §. 1. & pro ista opin. est text. in l. inuiti, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Eandem opinionem, tenet expresse. Nicola. Boer. in decisio. 160. nume. 2. & 3. Matthæ. de Afflict. in cap. 1. §. naturales, in quinto notabili, nume. 26. si de feudo fue. con trouersia inter domi. & agnat. Vasalli. Aretinus in l. Gal- lus, §. forsitan. nume. 46. ff. de libe. & posthu. & ibi Soc. nume. 5. Ioann. Brunellus in tracta. de sponsalibus, conclusio ne 2. nume. 16. Barba. in repetitio. l. cum acutissimi, numero 251. C. de fideicom. Contrariam tamen opinionem tenet Angel. in consi. 107. nume. 5. colum. 2. versic. hodie autem, vbi tenet, quod in legitimatione que fit per subsequens matrimonium, non requiritur liberorum consensus, fundat per se tex. in §. fit igitur licentia. & ibi glo. in verbo, fraude re. in Authen. quibus mod. natu. effi. legi. colla. 6. quam opinionem tenet etiam Salic. in disputatione incipien. Medio Ianensis quidam, in 2. dubio, artic. 3. Præpo. in dicto c. tanta quæstio. 13. nu. 23. & in cap. per venerabilem in §. quod autem, nume. 17. versiculo octauus modis. Couarru. in Epitome de sponsalibus, in 2. parte, cap. 8. §. 2. numero 13. & Pa- la. Ruuios in repet. cap. per vestras, in 3. notab. §. 20. nu. 17. in fine, versiculo, item infertur Montaluus in glo. l. 2. titu. 6. libr. 4. fori. & eam videtur tenere Paribus in consil. 13.

numero

D.Petri Duen.

numero 36.vol. 2. Sed nihilominus prima opinio videtur mihi magis vera, imo quod non solū in legitimatione quæ fit per rescriptum , sed etiam in legitimatione quæ fit per subsequens matrimonium , requiritur filiorum consensus, vt patet ex tex.in d. §. generaliter, iuncto text. in §. reliquæ igitur, & in §. si quis igitur, in dicta Authen. quibus mod. na tu. effi. legi. colla. 6. nam supra Imperator posuit plures mo dos legitimandi, inter quos est iste per subsequens matrimo nium, postea autem per modum regulæ dicit, & generaliter in omnibus qui per prædictos modos deducuntur ad le gitimum ius , tunc hoc volumus obtainere dum & filij hoc ratum habuerint. Nam ponderando illud verbum, prædictos modos, apparet quod refert se ad modum legitimandi per subsequens matrimonium, quem modum supra retule rat in dicto; §. & in d. §. si quis igitur dotalia, relatum enim censemur esse in referente cum omnibus qualitatibus l. ass e toto, ff. de hære. Instit. & Authen. si quis in aliquo documē to, C. de æden. cum alijs.

Nec obstat text. in quo se fundant supra dicti Doctor. in d. §. si igitur licentia in verbo, fraudare quia licet text. ille innuat quod pater possit contrahere matrimonium & legi timare filios, si filij non occultarent matrem, & per conse quens facere eos legitimatos ipso iure , non tamen per hoc tollitur quin ius legitimationis quæsumum filijs, non possit extingui, si filij expresse nolint esse legitimi.

10. Decimo limita, quod ad hoc ut talis legitimatio proce dat per sequens matrimonium , requiruntur instrumenta dotalia de iure ciuili: alias illis non confessis, filij non legi timantur. Ita probat text. in §. si. & ibi gl. in ver. instrumē tis, instit. de nup. vbi gl. allegat alia quamplura iura, quæ hoc probant. Hanc op. tenet Bal. in l. cum multæ, col. 1. C. de donatio. ante nup. & in l. nec filium, C. de nup. & in l. cā quam, nu. 27. C. de fideicom. Ang. in l. contrahitur, ff. de pi gno. Ioan. Brunel. in tracta. de sponsa. conclu. 2. nu. 14. Quæ opinio de iure canonico non procedit. quia de iure canonico valet matrimonium , & filij legitimantur sine dotalib us instrumētis: vt est glo. in c. aliter in ver. cōtimbernia 30. q. 5. Abb. in d. c. tāta, in l. nota. & ibi doct. vbi dicit, quod ita

com-

communiter tenetur, fundant se doct. per tex. in d.c.tanta,  
 scilicet propter vim & potentiam matrimonij: matrimonio-  
 nium autem non requirit nisi consensum ad eius perfectio-  
 nem, ad cuius esse non requiritur instrumentū dotale. Ean-  
 dem op. tenet Ange. in §. f. nu. 8. instit. de nupt. Ias. in consi.  
 158. nume. 7. lib. 4. Deci. in consi. 155. nu. 2. vbi dicit hanc  
 esse communem opinionem, idem Dec. in l. iura sanguinis  
 ff. de reg. iur. Hippo. in sing. 250. Matth. de Afflic. in c. 1. in  
 §. naturales, in 5. notab. nu. 17. si de feud. fue. contro. inter  
 domi. & agna. in vſib. feud. Anto. de Rosellis in tract. de le-  
 gitimatione, c. de formalī causa legitima, nu. 5. Quam op.  
 dicit Abb. vbi supra communiter Legistas tenere. Ange. in  
 consi. 29. num. 6. tenet supradictam opinio. Abb. esse veram  
 quo ad hoc, vt filij legitimantur, quia in hoc attēditur ius  
 canonicum: sed ad successionem in quo attenditur ius ci-  
 uile, talis legitimatio sine instrumentorum dotalium con-  
 fessione, non operatur, quo ad bona existentia in terris Im-  
 perij. Sequitur Bal. in l. neque, la j. C. de nupt. & in l. si qua  
 illustris, vers. item, C. ad Orphicia. Aluaro. in c. 1. in §. na-  
 turales, si de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. col. 5.  
 versi. quārō quid si filius, Cy. post Iacob. de Arenis in l. &  
 si contra C. de nupt. & in l. f. C. de interdict. matri. Angel.  
 in Authen. de incestis nupt. in §. dubitatum, post glo. ibi,  
 in ver. confectione, collat. 2. in l. nuper C. de natura. libe.  
 eandem op. tenet Præposi. in d.c.tanta, q. 10. nu. 20. vers.  
 descendō ad tertium, & Syluest. Aldob. in §. f. nu. 15. instit.  
 de nupt. Maria. Soci. iun. in consi. 52. nu. 4. vol. 1. & hanc di-  
 cit esse com. Curt. iu. in consi. 136. nu. 7. & ab ea in iudican-  
 do & consulendo recedendum nō esse. Contrariam tamen  
 opinionem: imo quod non solum in terris ecclesiæ, verum  
 etiam in terris Imperij, quo ad successionē filij legitimantur  
 ex subsequenti matrimonio, tenet expresse Alex. in l.  
 ex facto, in §. si quis rogatus, nu. 19. ff. ad Trebel. vbi repro-  
 bat Ang. in d. cons. Ratio est, vt supra dixi: quia in materia  
 matrimoniali standum est iuri canonico, ēt in terris impe-  
 rij, vt dicit glo. in §. 1. institu. de nupt. & in §. 1. in glo. 1. in-  
 sti. de gradi. late doct. moderni, in l. priuilegia, C. de sacro-  
 san. eccl. & in d. c. per venerabilē, qui filij sint legi. tex. &

## D. Petri Duen.

ibi Archid.in c.euphemium,in §.hinc colligitur, 2.quæst.  
3.Felin.in Rubr.de sponsa.nu.6.uersi. octauo in causa ma-  
trimoniali,& ideo communis opinio est, quod nullis con-  
fectis instrumentis dotalibus, per subsequens matrimonii  
filij antea nati legitimantur: vt in d. c. tanta, vbi non re-  
quiruntur aliqua dotalia.vel nuptialia instrumenta,& ge-  
neraliter & distincte loquitur. Hanc opinionem tenet Cy-  
nus in d.l.nuper,C.de natura.libe.Ioan.Andr.in regu.sine  
culpa,in Mercurialibus. de regu.iur.lib.6. Salic.in l.cum  
quis,& in Authen.si quis habenz,C.de natura.liber.Ioan.  
Faber in §.f.i.institu.de nupt.nu.2.Felin.in c.t.numc.12.de  
sponsal.Ange.in §.fina.numc.8. institu. de nupt. vbi dicit,  
quod cum in tali casu attendatur ius canonicum, hoc de-  
bet etiam seruari in terris Imperij: Ias;in l. sed & quæsi-  
tum,col.penul.ff.de lib.& posth.& in l.generaliter, §.cum  
autem,col.penult.C.de institu.& substitu.Couarru.in epi-  
tome de sponsa.9.part.c.8.§.2.nu.8. Et eam dicit commu-  
nem, & ab ea in iudicando, & consulendo recedendum nō  
esse , Deci.in consi.155.nu.2.Car.Ruin.in consi.211.nu.5.  
Jib.1.& consi.13.nu.46.cum alijs,lib.2.Laurent.Silua. vbi  
latissime eam examinat in consi.3.nu.30.cum sequen. Gu-  
Jiel.Mayne.d.l.quoties idem, à nu.17.vsque ad nu.22. ff.de  
reg.iur.Barth.Fumæus in sua summa Armilla: in verbo,fili-  
lius,§.11.vbi dicit ita communiter practicari.

11 Limita vndecimo, si mulier illa non sit in schematæ con-  
cubinæ domi retentæ . Vt in Authent.quibus modis natu-  
ra.effician.sui,in §.si quis autem defunctus,in Authent.de  
triente,& semi.in §.consideremus,versic.& hoc dicimus in  
concubinæ,collatio.7. & ita illa iura ad hoc vltra doctor.  
ibi,allegat Anto. de Rosellis in tracta. de legitimatione,  
lib. 1. c. de causa materiali legitimationis, nu. 45. & dicit  
communem Curt.iunior in consil.136.numc.9. Quæ opini-  
o de iure canonico non procedit: imo etiam si mulier  
non sit retenta in schematæ concubinæ,filij antea nati le-  
gitimantur per subsequens matrimonium,de iure canonico  
contra ius ciuile . ita expresse gloss.in cap.innotuit, de  
electio.& ibi Compostel.Ioan.And.Imo.Panorm.& com-  
muniter doctc.Goffredus in summa,de filij præsbyte. ver-  
si.

Si. quid si quis, glo. in c. qualis 30. quest. 5. Abb. in d.c.tanta,  
nume. 12. & in c. per venerabilem, nume. 31. qui filij sint legiti.  
pro qua opinione est tex. in d.c.tanta: vbi ad hoc vt filius  
dicitur naturalis, & legitimetur per subsequens matrimoniū,  
non se fundat super concubinatu: sed indistincte  
propter potentiam matrimonij legitimat ante genitos.  
Nec debemus attendere ad concubinatum: quia expressè  
damnatus est de iure canonico, c. nemo 32. questio. 4. imo  
de iure ciuili, per text. in cap. primo, de filijs natis ex ma-  
trimo. ad Morganicam contract. in vñibus feu. & dicit Ho-  
stien. in d.c.tanta, quod hodie de iure ciuili omnis coitus  
est reprobatus præter vxorium per text. in Authen. de le-  
nonibus, collatio. 3. & in Authen. scenicas mulieres, co-  
lattio. 5. & in Authen. de incest. nupt. collatio. 3. & in simili-  
bus, in quibus Imperator dicit, quod est amator castitatis:  
& quod in istis spiritualibus vult sequi canonum disposi-  
tionem: vt in Authent. de ecclesiasti. titu. collatio. 9. alias  
ex opinione contraria sequeretur, quod magis faueretur  
peccato diuino, & continuo, quam momentaneo: quod  
non est dicendum, vt in c. fi. de consuetudt. & cap. cum ha-  
beret, do eo qui duxit in matrimonio. quam polluit per adul-  
ter. & c. cum ecclesia, de fimo. cum similibus. Et hanc opi-  
nem tenuit Bal. in consi. 129. vol. & in consi. 15. col. fi. lib. 3. Io.  
Brunel. in tract. de sponsa. conclusione 2. nu. 27. D. de Co-  
uarruuias in Epitome de sponsa. in 2. par. c. 8. §. 4. nume.  
2. & Gulielmus Mayner. in d. l. quoties idem, nume. 12.  
Præposi. in d.c.tanta, nume. 6. Aymon Cruettus in consi.  
166. nume. 8. volu. 1. Nicola. de Vbaldis in tracta. de suc-  
cessio. ab intesta. in 1. parte, nu. 58. & expressè Syluest. Al-  
dobrandinus in §. fi. nume. 12. institu. de nupt. Ias. in consi.  
51. col. 3. verific. extat ergo ex prædictis vera conclusio. vo-  
lum. 3. Ripa in repet. l. si vnquam, C. de reuocand. donatio.  
nu. 55. Rodericus Xuarez in l. 1. ti. 6. lib. 3. fori, fol. 83. pag.  
2. Pro qua opinio. est text. de iure Regio, in d.l. 11. Tauri.

22 Duodecimo limita non procedere, quandounque ma-  
trimoniū non est contractum in facie ecclesie: nam ad  
hoc, vt filij legitimetur, requiritur quod matrimonio  
in facie ecclesie contractum sit. Et est tex. in Auth. quibus  
modi.

## D. Petri Duen.

modis natura. effician. legi. in §. si vero etiam, & in §. sequenti collati. 6. & in c. cum indebito, de clandesti. dispon. facit tex. & ibi docto. in c. ex tenore, qui filij sint legit. & ita expresse tenet per dict. iura Matth. de Afflict. in c. 1. in §. naturales, in §. notab. nū. 32. si de feudo fuerit controuer. inter domi. & agna. Maria. Soci. iunior in cons. 31. nume. 46. lib. 2. & ibi supra dicti Docto. ponunt quando matrimoniu dicatur contrahi in facie ecclesiæ. Eandem opinionem tenet Hostien. in summa, de clandesti. sponsa. §. fi. colum. 3. vers. secus puto. & in summa, qui filij sint legitimi. §. 2. Ioan. Faber in §. fi. insti. de nupt. August. Berous in q. 107. num. 1. cum seq. vbi ponit rationem.

**13** Decimotertio fallit, quando concubina ex qua filius generitus fuit, erat Sarracena, Iudea, vel alias infidelis: nam tunc filius non legitimatur ex subsequenti matrimonio. Ratio est: quia nec tempore conceptionis nec nativitatis poterat inter parentes legitime contrahi coniugium. Ut in c. caue. 28. q. 1. & in c. ius gentiū, 1. dict. Tradit hoc Couarzu. in Epitome de sponsali. in 2. part. c. 6. §. 11. Iaco. Septimacensis in lib. Catholicarum institutionum, c. 40. nū. 7. & sic cum inter eos non possit contrahi matrimonium, filij non legitimantur. tenet Hostien. Ioan. And. Abb. nume. fi. Prepositus nu. 11. in d. c. tanta: vbi reprobavit opinionem Calderini, qui contrarium tenuit. Hanc etiam opinionem tenet Cifuentes in l. 12. Tauri, nu. 15. Guliel. Mayne. in d. 1. quoties, idem, nu. 10. Io. Brunel. in tracta. de sponsalibus, conclusione 2. num. 28. vbi reprobavit Anto. de Rosellis qui contrarium tenuit in d. tract. de legitimatione, lib. 1. c. de causa materiali legitimationis, nu. 28.

**14** Decimoquarto limita, quod talis legitimatus ex subsequenti matrimonio, non tollat ius primogenituræ iam nati, stante cōsuetudine quod primogenitus succedat in maioratu: ut si aliquis habuit ex aliqua concubina filium naturalem, & postea duxit vxorem, ex qua suscepit filium legitimum & naturalem: postea mortua uxore accepit concubinam in uxore, & sic filius est legitimatus ex subsequenti matrimonio: iste filius sic legitimatus non excludit à successione maioratus secundo natū legitimum. Hanc opinio.

nio.tenet Io.And.vbi eam examinat post Richar. Malum.  
in regu.sine culpa,de regu.iur.lib.6.quem sequuntur Hen  
ricus Cardina.& Ancha.nu.12.in d.c.tanta. Ias. in l. quo  
ties,nu.40.C.de rei vend.& in l.Gallus,in §.& quid si tan  
tum,in 1.lectu.nu.89.ff.de liber.& posthv.& ibi Alex.col.  
fi.& ibi Lancel.Galia.nu.80.Albe.in l.cum quis, C.de na  
tura.libe.& cā dicit communem Cifuentes in l.40. Tauri  
in prin.Castillo in l.12.Tauri,num.20.& ibi Pala.Ruuios  
nu.28.Hanc opinionem,vbi eam latissime examinat,tenet  
Carol.Molinæ.in consue.Parisi.in titu.1.§.8.glo.1.q.7.nu.  
34.cum seq.Io.Cirier.in tracta.primogenitu.q.14.ubi eam  
per totam q.examinat,& Nicol.Boeri.in decisio.60.nu.fi.  
Marian.Soci.iun.in cons.52.num.7.lib.1.Alber.in l.cum  
quis C.de natura.libe.Curt.seni.in cons.73.nu.29.vers.6.  
ex capite. Hanc etiam opi.ubi adducit octo fundamenta,  
& ad omnia quæ pro contraria parte adducuntur respon  
det,tenet Ioan.Brunne.in d.tract.de sponsa.in 2.conclusio.  
nu.32.cum alijs, Alex.in cons.25.nu.2.lib.1.Tiraquel.in  
repe.l.si unquam,in uerbo,suscepere liberos,nu.64.idem  
Tiraq.ubi refert plures alios docto.eam tenentes,& quam  
plures tenentes contrariam partem,in tracta.de primoge  
nitura q.34.per totam.Et pro ista opi.ultra ea quæ ipse tra  
dit,est text.expressus in d.c.tanta: ubi dicit quod filius est  
legitimus post matrimonii contractū: ergo præsupponit  
quod antea uere legitimus non erat:& sic primogenitus  
censendus:cum eo tempore quo ipse natus fuit, nullus e  
rat primogenitus,& ita illum textum ad hoc notat Alcia.  
lib.3.Paradoxorum,c.13.quem sequitur Syluest.Aldob in  
§.fi.nu.14.inisti.de nup.Item pro ista opi.facit: nam legiti  
matio non trahitur retro in præiudicium alicuius:ut est  
tex.in Authen. quibus modis naturales efficiantur legit.  
in §.liceat,& in §.& hoc licet, collat.6:& in l.si mulier di  
uerterit,ff.soluto matri.& ita concludunt docto. in d.§.&  
quid si tantum,& isti secundo legitimate nato statim fuit ius  
quæsum probabili spe: ut uidere est in c. quanuis, de re  
script. lib.6. igitur in tanto præiudicio non debet fictione  
iuris legitimatio ista ad natalia deduci. Quæ opi.est te  
nenda per ista & alia fundamenta quæ adducunt doct. su  
pra

## D. Petri Duen.

pra relati, licet multi quem ipsi referunt contrarium te-  
neant: per tex.in l.cum quis,C.de natu.libe.ibi gratias age  
re fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ip-  
si sunt iusti filij, sed text ille loquitur quando filij sunt ex  
vna & eadem matre: supra dict. quæst. quando sunt ex di-  
uersis matribus: & sic non obstat.

### Regula ccc l. r.

FILIVS non potest vocare patré in ius sine venia. Hanc  
regulam probat tex.in l.fi.C.de in ius vocan.& in l.parentes  
ff.co.ti.glo.in §.pœnales in verbo, vel parentem.instit.  
de actio. De iure regio probatur in l.3.titu.2.part.3.Circa  
quam regulam, vide Catellia. Cottam in Memorialib.iu-  
ris, in verbo filius.

Hanc regulam limitat duobus modis Bernard. de Luco  
in regu.293. remittendo se ad Ias.in §.pœnales, nume.60.  
institu. de actio.

- 1 Amplia primo, procedere in filio naturali. Ita probat  
tex.in d.l.parentes,& in d.l.3.tit.2.par.3.
- 2 Amplia secundo procedere, etiam in patres sive matres  
spirituales, scilicet qui eos leuat de sacro fonte. Ita tenuit  
Guliel.de Cugno, Paul.Bal.Ange.& Roma.Alex.& Ias.in  
l.generaliter, ff.de in ius uocan. Ange.& Fulgo.in l.adopti-  
uum, per illum tex.ff.co.tit.Philip.Francis.in c.postremo,  
col.pen.de ap.Ang.& ibi Ias.& Gome.nu.24.in d.§.pœna-  
les,institi.de act.Guliel.Benedic.in repe.c.Rainutius,in ver-  
bo,& vxorem nomine Adelasiam,nu.765.Tiraq.in repe.l.  
si vñquam,in verbo,susceperit liberos, nu.28.
- 3 Amplia tertio, habere locum in filijs adoptiuis: nā pa-  
tres in ius nō possunt sine venia vocare. Ut probat tex.in l.  
adoptiuim,& ibi doct.ff.de in ius vocan.Ratio est:quia ap-  
pellatione patris, & filij comprehenduntur etiam adopti-  
ui. Hanc etiam opinionem tenent doct.contra glo.ibi,in §.  
sed ea omnia.Institu.de hæred. quæ ab intesta. Guliel.Be-  
nedict. in d. verbo, & vxorem nomine Adelasiam,nu.742.  
Ludo.Gome.in §.pœnales,nu.24.institu.de actio.Tiraq.in  
d.verbo,susceperit liberos,nu.21.Syluest.Aldobran. in §.  
sed hodie,nu.3.institi.de adoptio.
- 4 Amplia quarto, habere locum in matre: Ut in l.3.in fi-  
ff

ff.de in ius vocan.& in l.f. C.eo.tit.& in d.l.3.titu.2. par.3.  
quod uide per Decium in l.f. nu.3. C. de in ius vocan.

5 . Amplia quinto habere locum, etiam si filius sit in dignitate constitutus, ut miles : nam non potest uocare patrem in ius sine uenia. Ita probat glo. in l.cogi. in uerbo, contra obsequium ff.ad Trebel. Ang. in prin. insti. de patria potesta. & in §. item inutilis, col. f. instit. de inutil. stipula. Syluest. Aldobra. in §. ius autem, nu. 21. institu. de patria potesta. Iacobi. de Sancto Geor. in l. adoptium, nu. 8. de in ius uocan. Franc. Purpu. in l.f. nu. 34. in tracta. quem fecit post lectionem illius l.C. de eden.

6 . Amplia sexto habere locum, si filius implorat officium iudicis : Ita probat glo. in d.l.cogi, in §. si pater, in uersio. contra obsequium, ff.ad Trebell. & in §. poenales, in glo. si institu. de actio. ita tenet Deci. in l.f. in 2. not. & ibi Aret. C. de eden. & Ias. & Purpura. nu. 35. idem Ias. in d. §. poena-les, nu. 87. & in l. 1. nu. 8. ff. de iurisdict. om. iud. Syluest. Aldobran. in §. libertinorum, nu. 20. insti. de liberti. quanuis idem Ias. dubitet de hoc in l. nec quicquam, in §. ubi decre tum nu. 78. de offi. procon. & lega.

7 . Amplia septimo, ut non sufficiat petere veniam nisi impetretur. Ita probat glo. 1. in l. venia editi C. de in ius uocan. quam sequitur ibi Lancel. Deci. pro qua op. est tex. in §. f. insti. de poen. teme. litigan. in versi. postulauerit, & impetraverit. Et ideo si iudex denegauerit, erit superior adeundus : per text. cum glo. in c. si religiosus, de electio. lib. 6. Non tamen exigitur expressa, sed tacita impetratio sufficit, secundum Ioan. Fabr. in d. §. poenales, argu. text. in l. libertis, la ij. ff. de in ius uocan. Ludoui. Gomezius, in d. §. poenales, nume. 7.

8 . Amplia octauo in tantum procedere supra dictam conclusionem, ut in hoc rusticati non parcatur. Ita tenent Salic. Areti. & docto. in l. 2. C. de in ius uocan. pro qua facit dictum Bal. in l. quicunque, col. pen. C. de seruis fugiti. uerbi. & nota, ubi dicit, quod in his quæ sunt contra spē honestatis, non parcitur rusticico. ita etiam tenet Ias. in l. si quis id quod ff. de iurisdict. om. iudi. Purpuratus in d. tracta. posito post l.f. C. de eden. nu. 29.

9. Amplia nono, ut huic tali iuri honorifico personæ prædictæ renuntiare non possit. Ita concludit Alex. in l. alia, in §. eleganter, col. 1. ff. sol. matrimo. ubi respondit ad tex. in l. quanuis ff. de in ius vocan. qui obstat videtur Purpura. in supra dicto tract. nu. 34.
10. Amplia decimo, ut pena sit exigibilis, & processus annulletur. Ita concludit Cy. Alexan. & doct. in d. l. 2. C. de in ius vocan. quam op. dicit esse communem Franc. Purpu. in d. tract. nu. 36. quanuis ipse contrarium teneat.
11. Amplia vndecimo, habere locum in patrono: nam liberatus non potest eum vocare in ius sine uenia. Ut in l. 1. & in 2. ff. de in ius vocan. cum alijs. Purpu. ubi hoc notab. declarat in d. tracta. per totum, & Iasi. in d. §. penales, nu. 65. insti. de act. De iure regio est tex. in l. 3. titu. 2. par. 3.
1. Limita primo, non habere locum in filio in potestate: nam talis filius etiam cum venia non potest patrem conuenire. Ut est casus in l. fi. C. de in ius vocan. & in l. 3. tit. 2. par. 3.
2. Limita secundo, quandocunque filius agit tutorio nomine, & sicut in causa pupilli: nam tunc potest vocare patrem in ius sine venia. Pro quo facit: nam libertus non potest vocare patronum sine venia, l. adoptium §. patronum, ff. de in ius vocan. tamen si sit tutor alicuius pupilli, poterit in causa pupilli vocare patronum in ius sine venia, l. quæstū, ff. eod. tit. quia tunc non facit hoc ut filius, sed ut tutor. Et hanc limitationem posuit Syluest. Aldobran. in §. dari autem nu. 6. insti. qui testa. tut. dari poss. & ibi probatur, quod filius familias possit esse tutor, probatur etiam in l. filius familias, ff. de his qui sunt sui uel alie. iuris.
3. Limita tertio non procedere, quando filius vult intentare actionem criminalem contra patrem: quia etiam imputata uenia non potest. Ita determinat glo. in d. §. penales in uers. patronum, quam ibi sequitur Gome. nu. 25. insti. de actio. De iure regio probatur in l. 3. tit. 2. par. 3.
4. Quarto limita, quando filius esset natus ex patre, qui habebat duas uel plures concubinas: tunc filius natus ab una de illis concubinis bene potest uocare patrem suum in ius sine uenia. Ita tenet Odofre. in l. quique, §. prætor ait, numero. 3. ff. de in ius uocan. motus, quia tunc non dicitur filius natu-

naturalis, sed spurius. Authen. licet, in uerb. solo, C. de na-  
tura. libe. quem refert Ias. in d. §. pœnales, num. 62. ubi re-  
prehendit, & bene; supra dictam limitationem. Pro qua opi.  
contra Odofred. est tex. in l. r. i. Tauri. Facit quod supra di-  
xi in reg. 350. in r. limitatione.

Quinto limita, in casibus, in quibus pater cogitur eman-  
cipare filium, de quibus in l. si lenones; C. de episcopa. au-  
diens. Ita expresse tenet Petrus de Bellaper. in l. fi. in prin.  
C. de in ius uoc. quem sequitur ibi Lancel. Dec. & ante eos  
tenuit glo. fi. & ibi Cy. in d. l. fi.

Contra quam limitationem tenet expresse Nicola. de  
Neapol. in d. §. pœnales col. 7. institu. de actio. quem sequi-  
tur Purpur. in supra dicto tracta. nume. 39. Cæpol. in caute-  
la 115. nume. 3. Claudius de Seyello, in d. l. fi. nume. 1. C.  
de in ius uocan. & ibi Curt. lun. nume. 5. Pro qua opinio. est  
tex. in l. sed si hac, in §. prætor ait, ff. de in ius uocan. ubi li-  
cet ex graui iniuria permittatur filio agere contra patrem  
etiam actione famosa, tamen hoc debet causa cognita im-  
petrari à prætore.

### Regula CCCIII.

FILII naturales faciunt deficere conditionem fidei-  
commissti. Hanc regulam probat tex. & ibi Bart. in l. ex fa-  
cto, in §. si quis rogatus, ff. ad Trebel. & ibi gl. fi. ubi allegat  
tex. in l. generaliter, in §. cum autem, C. de insti. & substitu.  
glo. in c. in præsentia, de proba. & in c. Raynaldus, de testa.  
& ita concludunt docto. in §. si quis rogatus, & Cano. in d.  
c. in præsentia, præter Deci. qui in hoc reprobatur à Ripa  
in d. §. si quis rogatus, nume. 15. qui dicit hanc esse commu-  
nem opinio. Circa quam regulam vide Parisium in repe.  
d. c. in præsentia, nume. 50. cum alijs Hiero. Gra. in consi.  
29. nume. 43. obliu. 2.

Hanc regulam, ubi notab. eam declarat, limitat octo mo-  
dis Ripa in d. §. si quis rogatus, à nume. 15. usque ad nu. 31.  
ff. ad Trebellia.

### Regula CCCIII.

FILII familias, quoniam habeat liberam administra-  
tionem, non potest donare. Text. est, & ibi gloss. nide al-  
legat concordantes, in l. contra iuris, in §. filius, ff. de pact.

D. Petri Duen.

De iure regio probatur in l.3.ti.4.par.5. Circa quā reg. vi-de Ias. in l. nemo ex lege, nu. 4. C. qui testa facit possit. & in l. iusurando, la ij. in §. procurator, nu. 4. ff. de iureiur. Anto. Corsettum in repe. c. grandi. de supple. neglig. præla. lib. 6. Tiraq. in tracta. de nobilitate, c. 37. nu. 35.

Hanc regulam limitat sex modis Ias. in d. l. contra iuris, in §. si filius, nu. 7. ff. de past.

Regula CCC L IIII.

FILIVS institutus in primo gradu in totum vel in partem, licet sit præteritus in secundo, testamentum non rumpitur. Hanc regulam probat tex. & ibi doct. teneat per eū, in l. si posthumos, in §. quod vulgo, ff. de libe. & posthu.

Hanc regulam, vbi assignat rationem, & limitat eam tribus modis, ponit Ias. in d. §. quod vulgo, à nu. 1. vsque ad 6.

Regula CCC LV.

FILIVS legitimatus in vita patris auctor hæreditatem venientibus ab intestato. Hanc regu. ponit Bart. in l. Gallus, in §. & quid si tantum, nu. 14. ff. de libe. & posthu. quem sequuntur ibi doct. De iure regio est tex. in l. 12. Tauri.

Hanc regulam limitat quatuor modis Ias. in l. Gallus, in §. & quid si tantum, in 2. lect. nu. 36. ff. de libe. & posthu. & in 1. lect. à nu. 91. vsque ad nu. 112. limitat eam 8. modis.

Regula CCC L V I.

FILIO in vita patris non debetur legitima. Ut est text. in l. 1. §. si impuberi, ff. de colla. bono. & in l. 2. in §. interdum, ff. de vulga. & pupil. & in l. ex Cornelia, & ibi Bald. eod. titu. in l. fi. & ibi Bart. & Bal. ff. de libe. agnoscen. idem Bald. in l. quanquam ad leg. Falci. C. vbi dicit quod legitima non debetur viuo patre, glo. & ibi docto, in l. cum à matre C. de rei uendi. Bart. in Authen. si qua mulier, circa fi. C. de sacrosan. eccl. Bal. in consi. 257. nu. 1. & 2. volu. 2. Licet contrarium teneat glo. in Auth. de hæredi. & falcid. §. si vero non implens, in verbo, auferri colla. 1. Circa hanc regulam vide Alex. & doct. in d. l. lex Cornelius. Ias. & Doct. in d. Authen. si qua mulier, & in l. in suis, nu. 8. ff. de libe. & posthu. & in l. is potest, nu. 17. cum sequen. ff. de acq. hære. Maria. Soci. iun. in consi. 51. nu. 4. vol. 1. Rui. in consi. 149. nu. 13. vol. 3. Pau. de Cast. in consi. 80. nu. 3. vol. 1. Catell. Cot-

tam

tam in Memora. iuris, in ver. legitima. Deci. in consi. 438.  
 nu. 13. Pyrrham Engleber. in tract. de suitate, nu. 8. Rolan  
 din. Bono. in sua summa testamentorum: Rub. 16. nu. 19. Al  
 dobran. in §. præterea nu. 53. insti. quib. mod. ius patriæ po-  
 testa. solu. Fabia. de Monte in repe. Auth. nouissima nu. 78.  
 C. de inoffi. testa. Alber. Brûnum in consi. 80. nu. 15. Chassa.  
 in consuetud. Burgun. in titu. [Des successions] Rub. 7. §. 1.  
 fo. 230. col. 2. nu. 2. cum alijs, Abb. & docto. in c. Raynut. de  
 testa. Marc. Mant. in repet. d. Auth. nouissima pag. 23. ver-  
 fi. 2. dubitare contingit. Guilel. Benedict. in repe. d. c. Ray-  
 nutius in ver. in eodem testamento, el j. nu. 215. Bernard.  
 in consi. 184. nume. 2. volu. 1. secundæ impressio. & in con-  
 si. 95. nume. 4. volum. 2. primæ impressio. Thom. Gramma.  
 in decisi. 101. nu. 61. & 65.

Amplia primo procedere, quod si pater vendat dissipan-  
 do bona, non possunt petere filij, ut iudex cogat patrem  
 assignare legitimam vel aliquem fundum. Ita tenet Bald.  
 Notab. in l. non potest in 1. lectu. ff. de adoptio. & ante eum  
 Specu. in titu. de executione sententiæ §. sequitur, nu. 11. in  
 ff. Quam opinio. de rigore iuris dicit esse veram Ias. in l. nā  
 & postea, in §. sed & si quis, nu. 4. ff. de iure iur. & in §. item  
 si quis in fraudem nu. 13. insti. de actio. & in l. lex Cornelii  
 nume. 6. ff. de vulga. & pupilla. Chassan. vbi in hoc remittit  
 se ad Ias. in supra dictis locis, in consuetu. Burgun. in titu.  
 [Des successions] Rubr. 5. §. 2. nume. 4. fol. 230. col. 2. Ean-  
 dem opinionem sequitur Sylvest. Aldobrandinus in §. præ-  
 terea, nume. 54. institu. quibus mod. ius patriæ potesta. fol  
 ui. Contrariam tamen opinionem, imo quod quandocunq;  
 pater dissipat bona, tenetur assignare legitimam filio, te-  
 net Bal. sibi cōtrarius in l. defuncto nu. 3. ff. si quid in frau.  
 patro. & ibi Pau. de Cast. idem Pau. de Castr. in Authen. si  
 qua mulier, nu. 8. C. de sacrosanct. eccl. Alexan. in l. Im-  
 perator, vbi dicit esse menti tenendum, in §. colum. & ibi  
 Claud. de Seysel. nu. 6. ff. ad Trebellia. Eandem opi. sequi-  
 tur etiam Hiero. Cagno. in repe. l. f. nu. 232. C. de pact. Di-  
 dacus de Segu. in repe. l. Imperator, nu. 118. ff. ad Treb. Fab.  
 de Mon. in repe. Auth. nouissima, nu. 83. C. de inoffi. testa.  
 Ias. vbi dicit procedere de equitate, in d. l. nā & postea, in §.

D. Petri Duen.

sed & si quis, nu. 4. ff. de iur. iur. & eam tanquam æquorem tenenda esse testatur idem Ias. in d. l. si constante, nu. 199. ff. solu. matri. & secundum hanc opinio. consuluit Rodericus Xuarez. in alleg. 4.

- 2 Amplia secundo, ut legitima viuo patre pro delicto filij non veniat in confiscatione bonorum suorum. Ita tenent Guliel. de Cugno, Bartol. Alber. & Bald. in l. si qua poena. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Spec. in titu. de executione senten. nume. 11. Cuius ratio est, quia viuente patre, filius nullam habet legitimam. Eandem opinio. tenet Bal. in cōs. 257. per totū, volu. 3. Franc. Lucas de Parma in tracta. de fisco, & eius priuilegijs, cap. de publica. bonorum nr. 2. Docto. cōmuniter in l. in suis, ff. de liber. & posth. & eam dicit communiter teneri Maria. Socin. Iun. in consil. 51. numero 5. lib. 1. Aldobran. in §. præterea nume. 55. Institu. quibus mod. ius patriæ potesta. solui. Ruin. in consil. 149, numero 13. volum. 3.

Quæ ampliatio procedit & est vera, nisi esset statutū q. pater teneatur soluere & legitima pro delicto filij. vt eit tex. per quam hoc ibi Ioan. de Ana. & Ancha. tenent in c. 2. de delict. puero. & hanc opin. expresse tenet glo. in Rub. C. de decret. decurio. libr. 10. & quod supra dictum statutum valeat, tenet expresse Ias. in d. Auth., nouissima, nume, 8. & 12. C. de inoffi. testa. Bald. in l. 1. C. ne filius pro pa. Ruin. in d. consil. 149. nume. 13. volu. 3. Hanc opin. dicit esse communem, & ita in practica obseruari Alex. post alios doct. in d. l. lex Cornel. col. 2. ff. de vulga. & pupilla. eam etiam dicit communem Aldobrand. in d. §. præterea nr. 56. Chassan. in consuetu. Burgun. in titu. [Des successions.] Rub. 7. §. 2. fol. 320. col. 3. nr. 5. in fin. Hanc opin. vbi eam notab. examinat, tenet Marc. Mant. in repeti. Auth. nouissima, pag. 25. versi. tertio dubitare contingit, quam opin. etiam supra posui in regu. 345. in 14. limitatio. in quo Ias. in d. Auth. nouissima, dicit, quod Bal. in d. l. si qua poena in 2. lebt. ad si. dicit, quod nisi statutum dicat. difficile erit definire quāta debeat esse Legitima. Ias. vero referendo alios doct. tenet, quod attendatur tempus condemnationis filij, per tex. in l. eius, qui in 1. §. ver. 5. quæ tunc habuit cum damnaretur, ff. de testamen.

&

& ideo dicit ibi Iason quod sunt ponderanda verba statuti  
 an se referant ad delictum, vel ad condemnationem. Repe-  
 rior tamen quod Lancel. Poll. in repet. l. filium quem habet  
 tem, nume. 163. hoc mouet & determinat, quod supra dictū  
 statutum per istam regulam quæ vult legitimam tempore  
 mortis considerari, estimandam & soluēdam tempore mor-  
 tis, non autem in vita, alioquin sequeretur quod delictum  
 filij patri & fratribus nocere possit, quod ibi dicit esse ini-  
 quum. Quia si pater procreauerit alios filios, si legitima es-  
 set estimanda tempore delicti vel condemnationis, filijs  
 postea natis noceret, & sic sequeretur quod plus habebit si  
 Iius delinquens quam alius, quod esse maxime iniquum, &  
 contra regulas iuris, vt in l. in omnibus quidem ff. de regu-  
 iur. Quam opin. dicit Lance. ibi verissimum esse, mihi equa  
 & iuridica videtur, dum tamen pater in vita bona non alie-  
 net vel dissipet, nec tempore mortis, alios filios meliores  
 in fraudem condemnationis filij & supra dicti statuti. Et  
 pro opin. Lancel. Politi uidetur tex. in l. 19. & 23. & ibi Ci-  
 fuentes, & 29. in fin. ibi, [pero las otras] donationes ibi pro-  
 batur quod in melioratione quæ sit per patrem filio, atten-  
 ditur valor patrimonij patris tempore mortis, in legi-  
 bus Tauri.

I Limita pro hanc regulam, non procedere in Iudeo effe-  
 to Christiano, nam statim patre viuente legitimam pete-  
 re potest. Ita concludit Ioann. de Ana. in e. Iudæi, el ij. nu-  
 me. 5. de Iudæ. per tex. in l. cognouimus, & ibi Sali. & doct.  
 C. de hæreti. vbi pater & mater infideles tenentur prestatre  
 dotem filie orthodoxæ, & filio Christiano tenentur presta-  
 re donationem propter nuptias, & vtrunque alimentare se  
 cundum facultatem patrimonij. Facit etiam quod habetur  
 in l. néc mater pro filia, C. de iure dot. vbi gloss. dicit quod  
 mater hæretica tenetur dotem dare filiæ orthodoxæ, ibi  
 Bald. dicit idem esse in matre Iudæa, quia si filia efficitur  
 Christiana, tenetur mater eam dotare, alimentare, & est si-  
 milis glo. in l. fi. in verb. paternum, C. de iure dot. De iure  
 regio tex. in l. 9. titu. 11. parte 4. & ibi Ioann. de Anania ad-  
 duxit pro hoc alia quamplura. Quam op. Anan. sequitur  
 Hier. Cagno. in repe. l. fi. nu. 232. C. de pact. Guliel. Benedic-

- in repe.c.Rainutius,in verb.in eodem testamento, el j.nu.  
215.& 216.licet contrarium teneat Felin.in d.c.Iudæi,nu.  
2.quia ipsimet Feli.tenet op.i.Ioan.de Ana.in c.in præsen-  
tia,nu.56.de probatio.& ibi Parisi.nu.166. in fi.
- 2 Limita secundo , nisi pater velit aliquid filio pro legitimā largiri.Argumen.tex.in l.cum quo in §.fi.ff. ad l.falcid-  
nam cum hoc sit introductum fauore patris, poterit pater  
hoc renuntiare,vt in l.penul.C.de pacto. & in l.si iudex,ff.  
de minori. & in hoc casu quando filius dictam legitimam  
assignatum dissipauerit,non tenetur pater rursus legitimā  
assignare,ita tenet Bart.& ibi Paul.de Cast. & doct. & in l.  
si cum dorem,in §.si post,ff.solu.mat. idem Pau.de Cast.in  
conf.80.nu.3.vol.1.
- 3 Tertio limita, non procedere in dote,nam quandocun-  
que filia esset coniugio matura, pater officio iudicis cōpel-  
litur filię legitimam siue dotem constituere . Ita probat  
tex.in l.Pomponius,ff.famil.hærcis.& in l qui liberis, ff.de  
ritu nup.in l.fi.C. de dot.promis. quibus concordat l.8.tit.  
12. parte 4.
- 4 Quarto fallit,in alimentis, nam pater in vita tenetur si-  
lium alimentare.Ita probat tex. in l.cum oportet , in §.cū  
autem,C.de bonis quæ liberis,facit etiam tex.in l.si quis à  
liberis,in princip. & in l.non quemadmodum ff.de liber.a-  
gnoscen.ita tenet Ias.in l.in suis, nu.18.ff. de liberis & po-  
sthum.De iure regio est tex.in l.3.tit.4.lib.3.fori & in l.1.  
& 2.tit.19.par.4.
- 5 Quinto fallit , etiam si nullum esset statutum,quod pa-  
ter teneatur pro delicto filij, vbi supra dixi in secunda am-  
pliatione , tamen si filius propter delictum detineatur in  
carceribus,cogi potest officio iudicis pater.vt assignet legi-  
timam pro filio de redimendo:nam si pro dote danda,&  
alimētis potest cogi, vt supra dixi, à fortiori potest cogi pro  
vita filij conseruanda & libertate: carcer enim perpetuus,  
& seruitus,morti æquiparantur,l.intercidit ff.de conditio.  
& demonstratio.l.seruitutem ff.de regul. iur.in Authen.si  
captiui.C.de episcop. & cleric. Ita expreſſe tenet Guliel.  
Benedic. vbi dicit hunc casum ſe audiuiffé à Cancellario  
Franciæ,in repetit.cap.Rainutius, in verbo in eodem testa-  
mento,

mento, el j. nume. 215. quem sequitur Eguinarins Ferdinandus in repetit. I. in quartam. nume. 136. ff. ad l. falcid. Quæ opinio si vera esset, sequeretur supra dictum statutum de nihilo seruire.

6 Sexto limita, quandocunque pater ingreditur monasterium, quia tunc viuo patre adhuc naturaliter debetur legitima filijs. Ita probat text. in c. cum finius, de regula. per quem ita tenet gloss. & ibi in cap. transmissæ, in verb. mota. qui filij sint legit. Abb. Eandem op. probat, tex. in Auth. si qua mulier, C. de sacrosan. eccl. & ibi Bal. idem Abbas in c. in præsentia, de probat. nu. 59. & in c. Raynutius, de testa. Aret. in l. 1. nu. 6. ff. de testa. & in l. ex ea parte in §. insulam colum. 2. ff. de verb. oblig. Marc. Man. in repet. Authen. nouissima, pag. 29. ver. quarto dubitare. Catellia. Cotta in Moralib. iuris, in uerbo, legitima. Corset. late in sing. incip. legitima. Fabian. de Monte in repe. d. Auth. nouissima nu. 80. Soc. Iun. in consil. 51. nu. 7. volum. 1. Pyrrhus Engleber. in tracta. de suitate, nu. 8. Rolandinus Bononien. in tract. vltimorum voluntatum, rub. 15. nu. 19. & hanc dicit communè op. Ias. in Authé. si qua mulier nume. 50. C. de sacro sanct. eccl. in d. Auth. nouissima, nume. 8. C. de inoffi. testa. Feli. in d. cap. in præsentia, nume. 55. Circa quam limitationem, vbi eam tenet & allegat alios doctor. tenentes contrariam partem, vide D. Couarruias in c. 2. nume. 7. de testamea. ultra quos uide. Pari. in repet. cap. in præsentia, nume. 165. de probatio. vbi contrariam partem tenet, & ibi latissime hoc examinat.

## Regula CCCLVI.

FILIVS contra patrem in integrum restitui non potest.

Hanc regulam probat tex. in l. cum apud veteres, C. qui & aduersus quos, & ibi doct. præcipue Iaco. de Sanct. Geor. & in d. l. sed si hac lege. in §. pen. ff. de in ius vocan. & in l. 1. & in l. parentes & in l. licet ff. de obsequijs à libe. & liber. paren. & patro. præstan. Et circa hanc regulam ultra doctores, in locis supra dictis, vide Ioan. Maurit. in tract. de restitu. in integ. c. 224.

x Limita primo procedere, quando peteretur restitutio ratione ætatis, secus si ex alia cā, puta legitimæ absentiæ, quia

## D. Petri Duen.

quia tunc bene restitueretur cum non reperiatur iure de-negatum. Vt in l. nec non in §. quoties, ff. ex quib. cau. maio. & ita expresse tenet Bar. Bal. & Iaco. nu. 1. & cæteri doct. in d.l. cum apud veteres.

- 2 Secundo limita procedere, vbi filius peteret restitutio-nem officio iudicis nobilis, secus si via actionis, quia est effi-cacior, & tunc conceditur ei restitutio contra patrem. Ita probat text. in l. si superstite. C. de dolo. & ita tenet doct. in d.l. cum apud veteres, & ibi Iac. nume. 1. Petr. Rebuf. in gl. ad constitu. regias Galliæ, in 2. par. tracta. de restitu. arti. 2. glo. 6. nume. 2.
- 3 Tertio limita procedere, vbi peteret minor restitui con-tra patrem, & contra factum patris simul, quo casu denega-tur ei restitutio, secus si tantummodo peteret restitutio-ne aduersus patrem, & non contra factum patris, quia tunc ei non denegatur. Vt in l. 2. C. si aduer. rem iudi. ita tenet Ia-cob. in d.l. cum apud veteres, nume. 1. scilicet si petit resti-tui aduersus sententiam in fauorem patris latam, quia tūc non impugnat factum patris, sed iudicis, licet aduersus patrem.
- 4 Quarto limita procedere, si peteret restitutio[n]em con-tra factum patris, sed non aduersus patrem de directo, quia tunc non esset deneganda restitutio filio, Vt in l. sive te. C. si aduersus donatio. & ibi Iacobinus de S. Georg. nu. 2. & in d.l. cum apud veteres, nu. 1.

### Regula CCCCLVII.

F I L I O spurio in supplementum probationis non de-fertur iuramentum. Ratio est, quia spurius censetur infamis & eius fides nō facit semiplenam probationem. Ita expre-sse tenet Lud. Roma. in repet. l. admonendi, nu. 84. ff. de iur. iur. vbi allegat Azo. in Summa in titu. de infanib[us], sequi-tur Ioann. Baptista de Caccialup. in d. repet. l. admonendi, nu. 156. & ibi Lanfrancus de Oriano nume. 51. Bald. in l. in bonæ fidei, C. de rebus credi. Hippol. in singu. 273. Circa quam regulam vide Gulielmum Benedict. in repe. c. Rainu-tius, in verbo Rainutius de Clera. nu. 30. Tiraquel. in tra-cta. de nobilitate, cap. 15. nu. 14. & 15. & quod supra dixi in regula 69.

Hanc

Hanc regulam ampliat uno modo, & limitat quatuor modis Hippo. in singu. 273.

## Regula CCC LIX.

Filius comprehenditur appellatione hæredis in materia feudalii, & non extraneus. Hanc regulam probat glo. in l. etiam filij, ff. soluto matrim. & in l. ex facto. in §. ff. ad Trebellia. sequuntur communiter doct. secundum Ludouicum Roma. in d. l. etiam filij, nu. 2. idem Rom. in l. pro hæredi. in §. si quis tamen, ff. de acquiren. hæred. quam opitentet Matthæ. de Afflict. in c. i. nume. 40. de vasallo decrepitæ ætatis, in vñibus feud. pro qua opinio est text. in c. i. in §. si clientulus. de aliena. feud. hanc opinio. tenet Iacobinus de sancto Georg. in tracta. feudorum, in verbo, præsentes, nume. 3.

Hanc regulam limitat quinque modis Ludoui. Roma. in l. filij, à nu. 1. vsque ad nu. 8. ff. soluto, matti.

## Regula CCC LX.

Filius naturalis legitimatus non succedit in feudum. Hanc regulam probat tex. in c. i. in §. naturales. si de feudo fuerit controuer. inter dominum & agna. vasal. in vñibus. feud. tenet Bald. in l. eam quam C. de fideicomis. Curtius Iunior, vbi allegat quamplures docto. eam tenentes in tracta. feudorum, in 3. par. q. 17. nu. 39. Imo. in l. ex facto. col. 6. ff. de vulg. Pala. Ruui. in l. 12. Tauri nu. 21. Marcus Mantua in cons. 45. nu. 2. Vldaricus Zafius in tracta. feudorum, in 8. par. nu. 83. Ioan. Andr. in régula, sine culpa. de regu. iur. lib. 6. Paris de Puteo in tracta. de re integratione. feudi. fol. 70. nu. 8. Titaq. in trac. de vñroque retractu. tit. 1. §. 1. glo. 3. nu. 6. Carol. Molin. in consue. Pari. tit. 1. §. 8. glo. 1. q. 8. nu. 38. Cuma. in cons. 166.

Amplia primo, vt non solum procedat in feudo paterno, verum etiam in materno, quia in eo non succedit filius naturalis. Ita tenet Iaco. de Arzidone, And. de Iser. & ceteri doc. in d. c. naturales. Moti, quia text. ille non distinguit feendum paternum à materno, & ideo nec nos distinguere debemus, l. de protio. ff. de publici. & l. non distinguemus ff. de arbitr.

Amplia secundo, vt procedat siue sint soli, siue cum alijs, fili

filijs de legitimis & naturalibus. Ita probat text. in d.c. i. in §. naturales, ibi, nec soli, neque cum alijs, & ibi expresse tenent docto.

- 3 Amplia tertio, in filijs adoptiuis. Ut est text. in d.c. i. in §. adoptiuis, & ibi etiam docto. vt dicam infra in sequenti regula.
- 4 Amplia quarto, vt nō solum procedat in successione ab intēstato, verum etiam in successione ex testamēto. Ita expresse tenet Martinus Lauden. in d. §. naturales. quem sequitur Fran. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. par. q. 17. nu. 40.
- 5 Limita primo non procedere, quando dominus concederet feudum vasallo pro se & suis filijs natis & nascituris, & dominus tunc sciebat quod vasallus solum habebat filium naturale, quia tunc talis naturalis succedit in fendo. Ita in specie tenet Aluarotus in d. §. naturales. Motus, quia scientia domini concedentis hoc importat, argu. tex. in l. si quis ita, ff. de testamen. tute. quem sequitur Curt. Iun. in d. trac. q. 17. nu. 40.
- 6 Limita secundo, nisi esset legitimatus cum hac clausula expressa, quod succedere possit etiam ad feuda, nam tunc propter legitimam principis potestatem legitimatus succedit in feudo. Ita probat glo. in d. §. naturales, in uerbo, legitimi, quam sequuntur ibi doct. & est communiter approbata secundum Matthæ. de Afflīct. ibi in 2. notabili, nu. 1. Eandem opinio. tenet Anton. Rubæus in cons. 33. nume. 3. Paris de Puteo in tracta. de reintegratione feudi, fol. 79. colum. nume. 3. Stephanus Bertrand. in cons. 112. nume. 25. vol. 2. primæ impress. Tiraquel. in trac. de vtroque retractu, lib. 1. tit. 1. de retractu [Linagier.] §. 2. glo. 3. nu. 6. Contra quam limitationem facit, nam deficientibus legitimis, feudum reuerti debet ad dominum cui competit istud ius, tanquam ius formatum, & causatum e contractu, & in feudatione cui non potest Imperator aut summus Pontifex derogare etiam cum clausula, non obstante, per notata, in l. quoties, C. de precibus. Impera. offeren. nisi fuerit legitimatus de consensu domini, vel nisi ipse legitimus sit dominus directus feudi. Ita tenet Salice. in cons. incipienti, Comes Palatinus, & in quadam disputacione incipienti. Mediolan-

diolanensis, quem sequitur Alexan. in cons. 60. num. 2. vol. 2. Cardin. Alexandrinus in repet. c. per venerabilem, in §. quod autem, nume. 61. qui filij sint legitimi. Anto. de Rossellis in tract. de legitimatio. lib. 2. c. de effectu legitimatio. nis, nume. 2. 4. versic. sed ulterius, & eandem ratione videtur dicendum non sufficere consensum solius domini, nisi quando agitur de ipsis tantum præiudicio, ut in feudo novo, secus si feudum esset antiquum, quia tunc requiretur consensus & filiorum & agnitorum legitimorum, quorum interest, quia ad eos feudum esset reuersum, alioquin eis non præiudicaret legitimatio. ita tenet Ludoui. de Sardis in tracta. de natura. liberis, in §. de legitimatione per scriptum, q. 9. nume. 15. Zasius in tract. feudorum, in 8. parte, num. 84. nisi aliqua iusta causa esset vel reipublicæ necessaria, ex qua princeps possit auferre ius alienum, & hæc opinionem in terminis iuris feudalis dicit esse veram Carol. Molinæus in consuetu. Parisien. titul. 1. §. 8. glo. 1. q. 8. nu. 39. & in additionibus ad Alex. in d. cons. 60. Quæ opinio non habet locum in feudis hereditarijs, & sic quandounque feuda sunt redacta ad instar patrimonialium, quia tunc sufficit legitimatio generalis ad hoc, ut naturalis in feudo succedat. Ita tenet Carol. Molinæus ubi supra, num. 39. ubi allegat ad hoc alios docto. Hanc etiam opinionem tenet Chassanæ. in consuetu. Burgundi. in titu. [Des hefz.] rubr. 3. §. 3. fol. 111. col. 4. nu. 24. ubi dicit, quod in Ducatu Burgundia. vixit consuetudo, quod feuda sunt redacta ad instar patrimonialium. idem tenet Guido Papa in deci. 59. & pro ista opinio. est tex. in l. 12. Tauri.

3 Limita 3. non habere locum in filio legitimato ex subsecuenti matrimonio. Ut supra dixi in reg. 350. in §. amplia.

## Regula CCCXI.

Filius adoptionis non succedit in feudis. Hanc regulam probat tex. in c. 1. in §. adoptiū. si de feu. defun. contentio sit inter domi. & agna. yasal. Et sic patet quod appellatione filiorum in materia feudali non veniunt filii adoptiui. facit text. in §. sed adoptiui. Instit. de excusa. tuto rum, & in l. si quis ita, in §. 1. ff. de lega. 2. & in l. 2. in prin. ff. ad Syllania. & in l. 2. §. ad optiui. ff. de reuocatio. mune.

Nam

D. Petri Due*n.*

Nam appellatione filij in dubio intelligitur de filio legitimo & naturali, secundum Bar. in I. filium definimus si de his qui sunt sui vel alie*s*ur. & ideo si habens feudum deceperet, superstite sibi tantum filio adoptiu*o*, talis filius non potest succedere in feudo, nec in emphyteusi. I. filio quem pater, ff. de liberis præteri. tex. in I. fideicommiss. & ibi Bal. ff. de conditio. & demonstra*t*. Circa quam regulam vide Alexan. in cons. vol. 5. Deci. in cons. 399. nu. 3. Barthol. Socia*r*. in cons. 10. num. 30. inter consilia Alberti Bruni, Ioan. Oldendor. in tracta. de successio. ab intella. nume. 34. Roch. de Curte in tracta. iuris patrona. c. 12. incipienti, ipse vel is a quo causam habuit, q. 34. nu. 79. Zasius in trac. feu. in 5. par. nu. 48. & in 8. par. nu. 25. & 90.

Hanc regulam limitat duobus modis Matth. de Affl. in c. 1. in §. adoptiu*o*, nu. 3. si de feudo defuncti contentio sit inter domi. & agna. vasal. in v*sib*us feud.

Regula cccxi.

Filius repudiata hereditate non potest retinere feudum hereditarium. Hanc regulam probat text. in c. 1. in fine, an agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum, in v*sib*us feudo. & ibi doc*t*. præcipue Matth. de Affl. v*b*i hoc notabiliter declarat, & tradit materiam huius regul*x*, nu. 1. Facit etiam tex. in c. 1. in §. filius. de capita. qui curiā vendidit, in v*sib*us feud.

Hanc regulam limitat quinque modis Matth. de Affl. in d. c. 1. a nu. 32. vsque ad nu. 38. Eandem regulam limitat decem modis Vldaricus in trac. feud. in 8. par. a nu. 9. vsque ad nume. 26.

Regula cccxi.

Filius viuente patre in bonis, feudalibus habet v*suum* fructum. Hanc regulam, v*b*i plura pro ea adducit, ponit Franc. Curt. In prior in tracta. feudorum, in 3. par. q. 4. num. 46. per tex. in c. 1. de fratribus de nouo inueniti, & ibi doc*t*. in v*sib*us feudo. & alia de quibus ibi per eum.

I. Limita primo, nisi feudum esset concessum a principe, quia tunc patri nihil acquiritur, quemadmodum in omnibus alijs bonis aequisitis a principe, iuxta l. cū multa, C. de bonis quæ liberis. Ita tenet Curt. Iun*i*. in d. tract. nu. 47.

Limita

- Limita secundo, nisi esset feudum dignitatis cohærens personæ feudatarij, quia nihil acquiritur domino. Ut in l. 3. in §. si quid. ff. de minoribus, & ita etiam tenet Curt. Iun. in supra dicto loco.
- Tertio limita, nisi feudum esset acquisitū in castris, virtute armorum, puta quia vasallus fuisset cum domino in castris, & illo respectu acquisiuitset, quia tunc non magis acquiritur ususfructus quemadmodum in alijs castrensis bus. Ita formaliter limitat Bal. in l. cum oporteat, num. 18. C. de bonis que liber. ex cuius verbis inferuntur etiam alie duæ precedenties limitationes.

## Regula CCCCLXIIII.

**F**ILIO intestato ac sine liberis vel fratribus defuncto, succedunt parentes. Hanc regulam probat text. in l. in successionis. & in Auth. defuncto. C. ad Tertullia. & in Authen. de hæredibus ab intestato venientibus, in §. consequens. & in §. sequenti, collat. 9. De iure regio est tex. in l. 4. titu. 13. part. 5. Circa quam regulam ultra docto. in l. 6. & 7. Tauri, vide D. de Couarr. in rubr. de successio. ab intestata. Ias. in l. post dotem; nn. 105. ff. soluto matrimonio. Arnoldum Ferronium in consuetud. Burdegalen. in titu. de testamen-  
tis. §. 11. Montal. in gl. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori. Ioan. Corasi. in Lhæres instituta. nu. 3. C. de impo. & alijs, Maturinum Mon-  
tanum in d. Auth. de hære. ab intest. venien. pag. 45. vers. si-  
igitur defunctus, colla. 9.

Hanc regulam cum quinque limitationibus posuit Nic. de vbal. in trac. de successio. ab intestato, nu. 8. cum seq.

Quæ regula hodie corrigitur per text. in l. 7. Tauri qui probat, quod ad hoc quod frater admittatur ad successio-  
nem fratris, requiritur quod non habeat parentes, quia pa-  
rentibus extantibus filij non succedunt cum eis. Quæ op-  
nio probatur etiam per tex. in l. 1. titu. 6. lib. 3. fori. & licet  
ibi tex. loquatur quandocunque filius decessit ab intesta-  
to, idem est dicendum quando sit condito testamento: ut  
in l. 6. Tauri. vbi filius non potest grauare patrem vel ma-  
trem in testamento quando non habent descendentes, nisi  
in tertia parte bonorum: præterquam in ciuitatibus, & lo-  
cis vbi statuta dicunt, quod bona devoluantur radici.

Regula

**F**ilio durante lite super hæreditate paterna, facienda est sibi prouisio de alimentis. Hac regulam probat tex. in l. qui de inofficio. ibi, vt interim possideat, & alatur. ff. de inofficio testa. & in l. si instituta, in §. de inofficio ff. eod. titu. De iure regio probatur in l. 8. tit. 13. par. 6. Circa quam regulam vide Bar. & docto. in l. si neget, C. de liberis agnosc. idem Bar. in tract. de alimentis, per totum Matthæ: de Afflict. in decisio. Neapoli. 10. & 11. Pala. Ruuios in repe. c. per vestras, in 1. no. ampliatione 8. §. 39. Pet. Rebiffi. in gl. ad Constitutiones regias Galliæ: in 1. parte, in tracta. de sententijs, per totum, vbi in articulo 1. glos. 2. eam limitat aliquibus modis.

1. Amplia primo, siue filius agat super successione bonorum patris, siue contra ipsum agatur. Ut in d. §. de inofficio. & in l. 1. & ibi doct. C. de Carboniano edito.
2. Amplia secundo, siue filius sit in potestate, siue sit emancipatus: quia hodie quo ad successionem, & alimenti nulla est emancipationis, & patriæ potestatis differentia. Authē. de hæredibus ab intestato venient. §. si vero neque fratres, in verbo, nulla, colla. 9. Ita tenet Ang. in l. nihil, C. de vscapio. pro hære. Alexand. in l. cum quidam, in §. suum hærem, colum. f. ff. de acquiren. hæred. Ias. in l. si emancipati, nume. 36. C. de collatio. Facit quod supra dixi in regu. 87. in 3. ampliatio.
3. Amplia tertio procedere, etiam pendente tempore dato hæredi ad deliberandum: nam filius ali de hæreditate debet, ne deliberationis dilatione pendente fame pereat? Ut in l. filius, ff. de iure delibe.
4. Amplia quarto faciendam prouisionem filio, siue in prima instantia, siue in secunda: licet tex. in d. §. de inofficio. loquatur in secunda instantia, & quando filius obtinuit in prima: tamen idem juris est in prima ex æquitate ne fame pereat: & ne cogatur ob defectum pecuniarium deserere processum, & litibus renunciare. Ita expresse tenet Matth. de Afflict. in decis. 10. & 11. vbi dicit bis sic fuisse decisum in Curia Neapolitana, & ita expresse tenet Domini de Ro ta in decis. 2. in tit. de iudic. incipienti, vtrum filius agens petitio-

petitione hæreditatis, in nouiss. Aegidius de Bellamera in decis. 88. & hanc opinionem seruari etiam in Francia tenet expresse Petrus Rebus. in glo. ad constitutiones regias Galliæ: in prima parte tract. de sententijs articul. 1. gloss. 2. nume. 5. Licet glo. & ibi doctores in d. §. de inofficio. in verbo, decerni contrarium teneant.

- 5 Amplia quinto, habere locum nō solum in filio, verum etiam in nepote, pronepote, & abnepote, in recta tamen linea, cum in eis sit eadem ratio. Ita tenet Masuerius in practica, in tract. de possessorio, §. itē, & recendentia. facit quod supra dixi in reg. 87. in 4. amplia. & pro ista opi. est text. in d. §. de inofficio. qui loquitur de nepote: quamuis Pau. de Cast. intelligat illum tex. in filio.
- 6 Amplia sexto, habere locum in patre: nam si pater litigat cum filio suo, vel petit successionem filij, debet illi fieri etiam prouisio de alimentis: quia non minus parentibus quā liberis pie relinquunt debet hæreditas, & ex ea ali. Vt in l. nam, & si paréibus, ff. de inof. test. gl. in c. prædictor. 16. q. 1. & in c. cum Apostolus, de cens. in l. scripto hærede, in fi. & ibi gl. ff. vnde libe. Facit quod supra dixi in regu. 87. in 7. amplia. & in reg. 61. & l. 8. tit. 13 par. 6.
- 7 Amplia septimo, procedere in filiis legitimatis per subsequens matrimonium, cum nihil vel parum à legitimis differant. Vt in c. tāta, qui filij sint legi. & in l. cum quis, C. de natura. liber. & in §. fi. institu. de nupi. Facit quod supra dixi in reg. 350.
- 8 Amplia octauo procedere, siue agatur possessorio, siue petitorio: cum utrobique versetur eadem ratio. Vt in l. illud, ff. ad l. Aqui. vnde si filius minor a primogenito patre hæreditatis petat, per actionem familiz ericiscundæ, poterit etiam ad prouisionem durante iudicio, vt frater bona possidens teneatur illi aliquid assignare lite pendente.
- 9 Amplia nono, etiam si filius esset in utero: quia ventri fiet prouisio, & in possessionem admitti debet. Vt in l. 1. & per totum, ff. de ventre in posses. mitten. nam in favorabilibus qui in utero sunt pro natu habetur, vt in l. qui in utero, ff. de statu. homi. & ita expresse tenet Masuerus in pract. in tit. de possessorio, nu. 26.

D. Petri Duen.

- 10 Amplia decimo, habere locum in qualibet parte litis; etiam post litem contestatam. Ita concludit Ioann. Gallus in decisi. Parisiensis Parlamenti, quæst. 128. Ratio est, quia semper oneratur filius cui non sit prouisio. ideo semper poterit fieri ante sententiam definitiūam, & ante conclusiōnem causæ: iuxta notata in c. cum dilectus, de fide instrum. ita tenet Petrus Rebuff. in supra dicto tracta. de sententijs in principio, nu. 25. & in d. gl. 2. nu. t 4.
- 11 Amplia undecimo, etiam si filius longo tempore captus esset ab hostibus: tunc illi reuerso facienda erit prouisio. Ut in l. apud hostes, & in l. seq. ff. de captiuis, & postlimi. reuers.
- 12 Amplia duodecimo, siue fuerit vir, siue mulier: quia eadem ratio versatur in utroque: ergo, & c. Argu. tex. in l. maximum vitium, C. de libe. præteritis:
- 1 Primo fallit, quando filius non esset in possessione filiationis; nec habitus pro filio vel consanguineo illius cui vult succedere: tunc non fiet sine cause cognitione illi. prouisio. Ita tenet Barto. in l. si neget, nume. 2. ff. de libe. agnoscen. per tex. in l. r. in §. si ea. ff. de uentre in posses. mitten. & in l. 3. in §. causfr. ff. de Carbo. edic. & in l. si quis à liberis, in §. si vel patens, ff. de liberis agnoscen. ibi, si constiterit, & in c. per tuas, de probatio. Stephanus Aufredus in decisione capellæ Tolosanæ, decisione 77. Et quæ causæ cognitionis requiratur, ponit tex. in l. 7. tit. 19. par. 4.
- 2 Secundo fallit, quando filius mouens questionem successionis esset diues, & posset se aliud alere. Ut in l. extra-neus, & in l. seq. & ibi Bart. ff. de ventre in posses. mitten. & in l. fi. C. de ordini. cogn. Iaso. in Auth. res quæ, C. communia de legat. Panor. & alij, in c. cum habet. de eo qui duxit in matri. quam polluit per adul. De iure régio est text. in l. 6. tit. 19. parte 4.
- 3 Tertio fallit, quando filius esset ingratus, vel alias constaret saltem summarie cum esse hæreditate, & bonis priuatum: quia tunc sicut non est alendus, ita nec prouisio facienda: quæ maxime ob alimenta fieri debent. Ut est gloss. in l. si quis à liberis, in §. idem iudex, in verbo, detulerat, ff. de liberis agnoscen. similis est glo. in l. fina. in verbo, promerueris, C. de alen. liberis, & ibi Bart. quas glo. sequitur Alexan.

in 1.col.3.ff.solut. matrimo. Stephanus Aufredus in d.deciſio. Capella Tolosanæ, decisi. 77. Philipp. Deci. in l.iura sanguinis, ff.de regul.iuris. Areti. in l.3. in §. filius, numero 9. ff.de liberis, & posthum. Roma. in singu. 225. Franc. Cremon. in singul. 20. Gerardus de Petra sancta in singul. 1. Pala. Runios in l.49. Tauri, nu. 8. Ias. in l.ius autem ciuile, nu. 28. ff.de iustit& iure. Chass. in consuet. Burgud. in tit. [Des iustices.) Rubr. 1. §. 4. fol. 33. col. 1. nume. 19.

**4** Quarto fallit, quando filius, vel is qui petit hereditatē vendiderit eam, vel renunciauerit illi: nam etsi contractum dicat valere, & eius petat rescissionem, prouisio fieri interim ei non debet. Ita tenet Ioan. Gallus, vbi dicit quod ita Parisijs fuit iudicatum, fin quæst. 122. incipi. primo fuit dilectum contra uxorem. quem sequitur Pet. Rebuffus in d. tra. de sententijs attic. t. gl. 2. :nu. 26. nam qui prætio fruitur, non minus habere intelligitur quam qui principaliter re vtitur. l. quia, ff.de vſufr. & remittentibus iura sua non est amplius dandus regressus, l. quæritur, §. si venditor, ff.de ædil. edic. & c. quam periculosum, 7. q. 1. & pretium succedit loco rei. l. Labeo. la j. ff.de verb. significatione.

**5** Quinto limita, non procedere in adoptiis filijs peteti bus successionem: quia appellatione filiorum in hac matreia non ueniunt filij adoptiui. Vt in c. præsentia, & ibi not. Docto. de probat. & in l. fideicommissum, ff.de condi. & demonstrat. facit quod supra dixi in regula 87. in 2. limitatio ne. & ita etiam tenet Pet. Rebuff. in d. glo. 2. nu. 27.

**6** Sexto limita in spurijs, & in alijs naturalibus, quibus nō debentur bona paterna, nec legitima in illis: & sic eis non debet fieri prouisio. Vt in l. 1. & per totum, C. de naturalibus liberis. Bar. in l. fin. C. de alen. liber. Quod de equitate canonica non procedit. c. cum habere, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulte. Et pro ista opinione est tex. de iure regio in l. 8. ti. 13. par. 6. Circa quam limitatio. vide l. 9. & 10. Tauri. & ibi docto. D. de Couar. in Epitome de sponsal. in 2. par. c. 8. §. 6. per totum.

**7** Septimo fallit, in alimentis præteritis: quia in illis non competit alimentorum priuilegium. Vt in l. de alimentis, C. de transactio. & sic in illis appellari potest, & applicatio

D. Petri Duen.

tio recipitur. Ita tenet Specul. in titu. de appe. §. in quibus, nu. 11. Quam limitationem intellige ut per Feli. in c. cum dilecta. nu. 16. de rescrip.

¶ Octauo limita, quando collateralis peteret hereditatem fratris aut consobrini. tunc non sit prouisio: quia fratri non censetur hereditas quasi debita sicut hereditas patris, ut in l. in suis, C. de libe. & posth. quod est verum quandocunque collateralis peteret hereditatem consanguinei ab intestato: secus si eam peteret ex testamento. Ita concludit Petrus Rebuff. in d. gl. 3. nu. 32.

Regula CCCCLXVI.

Filius spurius de iure ciuili, nec inter viuos, neque in ultima voluntate potest aliquid capere de bonis parentis. Hanc regulam probat tex. in Authen. quibus modis natur. effici. sui, in §. 6. colla. 7. text. in l. 1. & in Authen. licet, C. de natu. libe. & in Authen. ex complexu. C. de incestis nupt. De iure regio est text. in l. 10. titu. 5. lib. 3. fori. & in l. 10. tit. 13. par. 6. Circa quam regulam uide Bart. in l. fi. ff. de his quibus ut indig. & in l. si quis ex bonis, & ibi Docto. ff. de vulga. & pupil. Abb. & Doct. in c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adult. Deci. in cap. in praesentia, nume. 105. cum sequen. de probatio. Cifuentes, & docto. in l. 60. & 10. Tauri. Pala. Ruuios in repeti. c. per vefcas, §. 10. Roderi. Xuarez in lectu. l. 1. titu. 6. lib. 3. fori. fol. 86. pag. 2. versicu. qui autem dicantur filij spuriij, vsque ad fin. D. de Couarru. in Epitome de sponsalibus, in 2. parte c. 8. §. 5. & 6. Guliel. Benedict. in repe. c. Raynutius, in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, decisione quinta, num. 122. cum sequen. Segura in repeti. l. cohredi. in §. cum filiæ, nume. 122. ff. de vulgari. Ang. de Gambel. in tract. de testamé. in glos. 85. Ioann. Bessanum in consuet. Aluerniæ, cap. 12. de successio. & testamen. art. 11. Matth. de Afflict. in decisi. Neapol. decis. 96. Chassa. in consuetu. Burg. in tit. [Des successions.] Rub. 8. §. 3. fol. 284. col. 2. nu. 1. cum alijs. Bermon dum in tracta. de publicis concubinarijs, pag. 310. ver. improprie Papa, à nume. 1. vsque ad nume. fin. Nicola. Boer. in decisi. 227. Nicola. de Vbal. in tracta. de successio. ab intestato: in 1. par. nume. 44. cum alijs Marti. Lauden. in tracta.

de

de legitimatione, numero 72. cum alijs, Ioannes Guald. in  
tracta. de arte testandi, titu. 1. caut. 14. per totam. Ioann.  
Gario. in repeti. l. 1. nume. 101. cum alijs, C. de secun. nup.  
Paris. in consil. 11. nume. 10. libr. 2. Jacobin. de sanct. Geor-  
gio in l. qui testamentum, num. 5. cum alijs, ff. de prob. Ioan-  
nes Baptist. de Caccialupis in repe. l. si qua illustris, nume.  
69. cum alijs, C. ad Orphicia. Ioann. Corasi. in l. hæres insti-  
tu. nume. 5. C. de impube. & alijs, Bartol. Socin. in consil. 69.  
volum. 1. Corne. in consil. 25. & in consil. 310. volum. 1. & in  
consil. 217. libr. 3. Alexand. in consil. 74. lib. 3. & in consil. 150.  
Libro 2. idem Cornelius, in consil. 236. lib. 2. Lauren. Calca-  
in consil. 62. Rolandi. Bono. in tractatu. de testam. Rubr.  
18. Ex quibus omnibus amplia, & limita sequentibus  
modis.

Amplia primo tantum procedere, quod non valeat sta-  
tutum disponens spuriis ex testamento, vel alia ultima  
voluntate posse succedere patri suo: quia statutum præbe-  
ret occasionem fornicandi, l. conuenire, ff. de pact. dotali.  
cap. quemadmodum, de iureiuran. Ita tenet Feder. de Se-  
nis, in consil. 265. numero 1. & in consil. 277. Aretin. in l. cun-  
ctos populos, nume. 15. & Bald. nume. 12. C. de summa tri-  
ni. idem Aretin. in l. testamenti factio. ff. de testamen. Iaso.  
in l. ait prætor, in princ. nume. 12. ff. de iureiuran. Barthol.  
Socin. in consil. 95. nume. 9. lib. 4. Deci. In c. 2. in 2. left. in 2.  
not. de consti. Et hanc dicit commu. opi. Ioann. Baptista de  
Caccialupis in repe. d. l. cunctos populos, nume. 170. Deci.  
in c. in præsentia, nume. 124. de probatio. Ioann. Guald. in  
tract. de arte testandi, in titu. 1. caute. 14. nume. 1. Ferdina.  
Loazes in tracta. de matrimo. in 2. dnbio, in 2. fundamento  
pro parte negatiua; nume. 7. vbi adducit alios quam plures  
docto. dicentes eam communem, idem Loazes in tracta. de  
conuersione Paganorum: colum. 22. nume. 7. versicu. ex hac  
ratione. Nicola. Boeri. in decisi. 127. nnme. 9. Guliel. Bene-  
dic. in repe. c. Raynutius in princ. nume. 39. & hanc opi. te-  
net Bermonodus in d. tracta. de publicis concubi. pag. 344. à  
nume. 63. vsque ad nume. 65. Pala. Ruuios in l. 9. nume. 6.  
in ll. Tauri.

Amplia secundo, vt hæc nostra conclusio non solū pro-

## D. Petri Duen.

cedat de iure ciuili, verum etiam de iure diuino? Ut habetur Genesis. 21.c.vbi dictum est Abrahæ, ejusce ancilla, & filium: quia non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, quod idem attestatur Apostolus ad Galatas 4.c. Quod dictum etiam obseruatur de iure canonico: vt in c. non omnis. 32. q. 2. & in c. dicat aliquis. 32. q. 4. & refert Augustin. in c. quid est. 35. q. 7. vbi dicit, quod ex lege Dei statutum est quod illi qui ex incestuoso coitu nascuntur, nullo iure parentibus succedant.

3. Amplia tertio, quod si spurio aliquid relinquatur, id à lege legitimis liberis vel cognatis proximioribus deferatur. Ita tenet Bal. & ibi Sali. in l. 1, per tex. ibi. C. de natura. lib. Bar. in l. fi. ff. de his quib. vt indig. Iaso, nu. 9. in l. 2, C. de hered. insti. & eam dicit communem Alex. in l. hæreditas, C. de his quib. vt indig. & in cons. 74. num. 6. vol. 3. Eandem op. vbi notab. eam examinat, tenet Bermondus in d. tracta. de publi. concubi. pag. 318. nu. 11. vers. ego autem puto contrarium. Sed si venientes ab intestato agere noluerint, vel dissimulauerint, vel tacuerint intra duos menses, inuadit fiscus tales res. ita probat tex. in l. 1. in §. quibus tacentibus, C. de natura. liberis. & ita expresse per illum text. tenet Bal. in l. certum, nu. 17. vers. sed pone bastardus, C. vnde legi. Bermondus in d. tracta. pag. 311. num. 7. Rolandinus Bonon. in trac. de testa, Rub. 18. nu. 1, Ludo. de Sardis in tract. de naturalibus liberis: in fi. in vers. 2. videndum est, num. 1. Ioan. Garronis in repe. l. 1. num. 101. cum alijs, C. de secun. nupt. Et pro ista op. est tex. in l. 10. tit. 13. par. 6.

4. Amplia quarto, quod si instituatur spurius, talis institutio est ipso iure nulla: cum ipso iure sint incapaces. Ut in Authen. quib. modis natura. efficij. sui, in §. fi. collat. 7. & in Auth. ex complexu. C. de incest. nup. & in l. si spurius, ff. vn de cogn. & in l. si pater. & ibi gl. & in l. nec apud, C. de hæredi. instituen.

5. Amplia quinto, vt tales filij non possint præscribere sibi relictum à patre. Ita tenet Bal. in l. id quod pauperibus, col. fi. C. de rei vendica. pro qua op. allegat gl. nota. in l. ne mo, ff. de vsucap. pro leg. vbi probatur, quod spurius vel alias incapax non potest præscribere tali præscriptione in

qua requiritur titulus, prout in vsucapione, & præscriptio  
ne longi temporis, si voluerit præscribere tanquam sibi re  
listum ab eo à quo capere non potuit. Eandem opinionem  
tenet Salice. in d.l. nemo dicens, istud procedere etiam si  
in isto errore putasset se esse legitimum: & ita intelligit gl.  
idem tenet ipse Sali. in l. 1. C. pro hæred. Eandem opin. te-  
net Alex. vbi hoc duobus fundamentis comprobat, in con-  
sil. 74. nu. 7. vol. 3. Bermondus in trac. de publicis concubi-  
narijs, pag. 315. nu. 16. Cor. in cons. 236. nume. 4. volum. 2.  
Franc. Balbus in tracta. præscriptionum, in 4. part. 4. par-  
tis princ. q. 18. per totam, & in repe. l. Celsus, in 1. part. nu.  
9. ff. de vsucapi.

- 6 Amplia sexto, quod si pater in testamento mandaret bo-  
na sua vel partem distribui inter pauperes vel cōiunctos,  
vel illis executor viderit distribuenda, non poterit execu-  
tor eligere spurium. Ita tenet Bald. in l. id qnod pauperi-  
bus. C. de episco. & cleri. nu. 34. q. 12. Ratio est: quia spurius  
non venit appellatione coniunctorum, nec executor pote-  
rit illa bona distribuere cōtra prohibitionem iuris in per-  
sonam prohibitam, ne concedatur per indirectum quod  
prohibetur directe: & si distribueret spurio, videtur esse re-  
lictum à patre, quia factum executoris exequentis volun-  
tatem iudicatur idem cum facto testatoris: vt in l. vnum ex  
familia, in §. si de falcidia queratur. ff. de lega. 2. vbi dicit  
text. quod electus non dicitur capere ab illo qui eum eli-  
git, sed ab illo cuius iussu electus fuit. Eandem opin. tenet  
idem Bal. in l. ab eo. C. de fideicom. & pro ista opi. est text.  
in l. si his qui. ff. de vulgari. vbi qui non potest capere per  
se, nec alio mediante: nec etiam videtur datum arbitrium  
executoris, vt disponat contra ius: vt in l. quanquam, ff. de  
ritu nupti: & in l. Lucius. ff. ad municipa. & pro ista opi. est  
tex. in d.l. 1. C. de natura libe. eandem opinio. tenet Cor. in  
cons. 226. nn. 10. vol. 2. Bermondus in tracta. de publicis cō-  
cubinarijs, pag. 311. nu. 8. Ioan. Guald. in tracta. de arte te-  
standi; tit. 1. caute. 14. nu. 9. Guliel. Benedict. in repet. c. Rai-  
nūtius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiā in §. deci-  
sio. nume. 122. de testam. Pala. Runios in l. 9. nu. 16. Tauri.  
Alex. in cons. 54. nume. 1. volum. 7. Lauren. Calca. cons. 62.

D. Petri Duen.

nume. 7. Quam ampliationem declara ut per Nicola. Boe-  
rium vbi ponit Docto. tenentes contrarium in decis. 127.  
nu. 14. & 15.

7 Amplia septimo, habere locum econuerso: nam ita co-  
dem modo pater non succedit filio. Ita concludit Bald. in  
Auth. licet, C. de naturalibus liberis, quia inter eos nullū  
ius agnationis, vel cognationis reperitur: ut notatur in l-  
hac parte. & in l. si spurius, ff. vnde cognata. Hanc opini. tenet  
idem Bald. in l. i. C. de episcop. & cleri. & ance eum tenuit  
Azo in Summa. C. de hæredibus instituend. & C. de legiti.  
hæredib. Barto. in l. fin. nume. 5. ff. de his quibus ut indignis.  
Gulielm. Benedictus in repetit. c. Rainutius, in verbo, &  
v-  
xorem nomine Adelasiam. decisio. 5. nume. 133. Iaso. in  
§. pœnales, nume. 61. Institut. de actio. vbi pro hoc alle-  
gat text. in d. Authen. l. licet. Hanc etiam opinionem te-  
net Mattheus. in tractat. de successionibus ab intestato. in  
2. memb. 2. articul. princip. numero 6. Bermondus in tra-  
ctat. de publicis concubinarijs, pagina 157. nume. 77. ver-  
sicul. & econuerso notare. vbi hoc notabiliter declarat.  
Alexandr. vbi allegat Bartol. in alijs locis idem tenen-  
tem, in consil. 150. nume. 6. lib. 2. Chassanæus in consue-  
tudi. Burgund. in titul. [Des successions.] Rubric. 7. §. pri-  
mo. nume. primo, & secundo, fol. 283. colum. 2. Ioannes Ba-  
ptista de Caccialupis in repetitio. l. si qua illustris nume.  
77. C. ad Orficia.

8 Amplia octauo, quod tales filij spurij non succedunt pa-  
rentibus ex parte patris ab intestato. Ita probat tex. in d. l.  
i. in fine, C. de natura. liberis, & in l. si spurius, ff. vnde co-  
gnata. & ita expresse tenet Cinus in Auth. itaque, C. commu-  
de successio. & in l. si qua illustris, C. ad Orfician. Ioan. Fa-  
ber in §. nouissime, Institu. eod. titu. Ioan. Bapti. de Cac-  
cial. in repetit. d. l. si qua illustris nume. 79. & hanc opinio.  
tenet Ludo. de Sardis in tract. de natu. libe. in §. de succe-  
sione spuriorum, in 7. q. nu. 12. Cifuentes. in l. 9. Tauri. nu.  
4. De iure regio probatur in l. 12. titu. 13. part. 6. Quod in  
filij clericorum locum non habet. quia nec ab intestato  
nec ex testamento succedunt parentibus ex parte patris: ut  
in l. 22. titul. 3. libr. 1. ordina. & in l. 2. titu. 3. lib. 5. ordina.

quæ II.approbatur etiam per l. 9. Tauri. & ibi hoc tenet.  
Cifuentes. nu. 12.

9. Amplia nono, habere locum in filio incestuoso: nam filius incestuosus scilicet natus ex consanguineo, & consanguinea, non succedit parentibus. Ita tenet gl. & ibi committere Doct. in d.l. si qua illustris. in glo. in ver. cum legitimis, & in §. nouissime. Institu. ad Orphicia. tex. in l. 11. titu. 17. par. 7. & pro ista opin. est tex. quem ibi notat, & intelligit Cifuentes in nu. 11. in d.l. 9. Tauri. Roderie. Xuarez in gl. 1. titu. 6. lib. 3. Fori, fol. 95. pag. 1. vers. hæc in successione parentum, & hanc esse communi. op. tenet Baptista de Cacialupis in repe. d.l. si qua illustris, nu. 96.
10. Amplia 10. habere locum in filijs adulterinis? Vt est tex. quem ibi ad hoc notat Cifuentes, nu. 2. in d.l. 9. Tauri.

11. Amplia undecimo adeo procedere, quod talis filius non poterit aliquid a patre capere ex lucrativo contractu aut oneroso, per se, neque per interpositam personam. Vt in l. 1. & ibi gl. Cin. Bart. Bal. & Salic. C. de natu. libe. licet contrarium teneat gl. 2. in l. qui testamentum, ff. de probatio, que in contractu oneroso contrarium dixit. quam sequitur Bal. in l. si is qui ff. de vulga. & pupil. sed illam gloss. reprehendunt ibi Iacobus Butri. Sali. & Flori, ne per hunc modum faciliter fraus fieri possit de cōtractu ad contractum. Hanc etiam op. tenet Ioan. Guald. in tracta. de arte testandi, titu. 1. caute. 14. nume. 3. Gulielm. Benedict. in repeti. c. Rainutius, in vers. & vxorem nomine Adelasiam, in decisio. 5. nu. 129. Aret. in l. si is qui ex bonis, nume. 6. in ff. ff. de vulg. & pupil. Bermonodus, vbi eam notabiliter intelligit, in trac. de publicis concubinarijs: pag. 325. nu. 32. vers. & prædicta conclusio. Iacobi. de Sancto Georg. vbi eam notabiliter declarat. & gloss. ibi, quæ communiter, vt supra dixi reprobatur, in d.l. qui testamentum, nume. 8. cum seq. ff. de probatio.

12. Amplia duodecimo procedere, vt neque substitui possit per patrem. Quod procedit in substitutione vulgari: quia virtute talis substitutionis non potest succedere, ratio est: quia directe, & non per interpositam personam per vulgarem succeditur patri, cum sit eius testamentum: vt in prin.

## D. Petri Duen.

prin. Institu. de vulga. Et istud procedit etiam quando pa-  
ter grauasset filium naturalem, & legitimum restituere he-  
reditatem spuriō: quia per istam fidēicommisariam succe-  
dere non posset: cum per illam succedatur in bonis testato-  
ris per median personam instituti: ut in l. cohāredi. in §.  
cum filiæ, ff. de vulga. in quibus bonis spurius est incapax,  
si uero spurius fuerit legitimo filio substitutus pupillari-  
ter, tunc euénientē casu substitutionis admittetur ex ex-  
pressa pupillari ad bona impuberis tantū: ad quæ bona spu-  
rius est capax, etiā ex dispositione patris, quia licet sit pro-  
hibitus succedere patri, non tamen prohibetur succedere  
fratri: vt est tex. in l. si his qui ex bonis, ff. de vulga, & pl. Et  
hanc distinctionem posuit glo. sing. in Auth. quibus modis  
natura. effician. sui, in §. si. in verbo, participium, collat. 7.  
sequitur D. Couarruias in 4. Decre. in 2. parte, c. 8. §. 5. nu-  
me. 4. Gulielm. Benedict. in repet. c. Rainutius, in verbo,  
& vxorem nominē Adelasiā, decis. 5. nume. 12 8. Eandem  
opinio. vbi eam notabiliter examinat, tenet Bermondus  
in tracta. de publici. concubina. pagin. 316. nume. 17. verē  
sed an spurius.

13. Amplia 13. quod si pater cum non possit aliquid relin-  
quere filio spuriō, donauit bona sua ecclesiæ, & ecclesia po-  
stea donauit spuriō, non valet donatio, quia secunda dona-  
tio præsumitur remuneratio, quæ non potest fieri in persō  
na spuriij. Ita tenet Bald. in l. eam quam nume. 40. C. de fi-  
deicommiss. quem sequitur Pala. Ruui. in repet. rub. de do-  
natio. §. 30. nume. 14. vbi dicit esse valde notandum, & vi-  
duisse in practi. Facit etiam quod notat idem Pala. Ruui. in  
d. rub. §. 67. nume. 19. Sed Bald. vbi supra, concludit, quod  
si ecclesia instituta vel enī donatum est à pātre, postea do-  
naret spuriō intuitu pietatis & paupertatis, vel expressa  
causa remunerationis, talis donatio possit sublineri de iu-  
re. & ita expresse tenet Alexan. in conf. 5. 4. nume. 1. volum.  
7. Bermondus in tractatio. de! publicis concubinarijs . pa-  
gi. 312. nume. 10.

14. Amplia decimoquarto, vt talis filius nō succedat in feu-  
dum. Ita tenet Bal. in conf. 207. nū. 1. volu. 2. pro qua opin.  
est tex. in c. 1. in §. naturales si de scudo defunct. cont en. sit  
inter

inter do. & agnat. vasal. Eandem opit. tenet Iō. And. in c. la-  
tor, & in c. per venerabilem, qui filij sint legit. Pala. Ruu. in  
repet. c. per vestras in §. 10. nu. 4. Bellam. in decisi. 742. sub-  
stitu. de dona. Bermonodus in tract. de pub. concub. pag. 311.  
nu. 60. Facit supra dixi, in reg. 360.

1. Limita primo non procedere, quando filius spurius in-  
stituitur sub conditione, scilicet si legitimabitur, quia tunc  
bene valet talis institutio. Ita tenet Bald. Imo. & Alexan.  
in l. Gallus, in §. instituens, ff. de liber. & posthu. Albe. in l.  
libertas testamento, per illum tex. ff. de manumiss. testa. &  
in l. quod conditionis ff. de dona. cau. mort. pro qua opinio  
est glo. in l. f. in 6. intelle. ff. de regu. Caton. quam ad hoc  
allegat Bald. in l. seruus, C. de leg. facit etiam text. in l. in  
tempus, ff. de hæred. insti. & in l. sicut, & ibi glo. in prin. ff.  
de quib. mod. vñsfruct. anit. Et hanc opinio. dicit eis com  
mu. Lancol. Deci. in d. §. instituens, & ibi Ias. nume. 5. & Io.  
Gual. in tract. de arte testandi, ti. 1. cau. 14. nu. 15. & Catell.  
Cotta in ver. spurius, el iij. & Curt. iun. in consi. 84. num. 3.  
Lancel. Galiau. in repe. l. Gallus in §. & quid si tantum, nu.  
4. ff. de libe. & posth. Et pendente conditione legitimatio-  
nis spurius potest petere bonorum possessionem, ex qua  
obtinebit administrationem hæreditatis, antequam legitimi-  
metur, vt in l. si quis instituatur hæres, & ibi Bart. & alij  
Doct. ff. de hæred. instit. idem tenet Bal. in l. f. ff. de his qui  
sunt sui vel alien. iur. D. Couatruuias in Epitome de spon-  
salib. in 2. par. c. 8. §. 5. nu. 12. Pala. Ruu. in repe. Rub. de do-  
nationib. §. 39. nume. 4. Franc. Curt. iun. in dicto consi. 84.  
nume. 4. Io. Gual. vbi refert alios doct. contrarium tenen-  
tes, in dicta cautela 14. nu. 15.

2. Limita secundo, non procedere in nepote: nam nepos  
legitimus & naturalis ex filio spuriō deficiente prole le-  
gitima, potest ab auo hæres institui. Ita tenet Bartol. nu-  
me. 3. Imol. & Alexand. Areti. & Ias. in l. Gallus in §. quid  
si his ff. de liberis, & posthumis, idem Bartol. in consil.  
118. incipien. odiosus habens filium. vbi dicit quod ita  
fuit iudicatum. Pan. in c. cū haberet, de eo qui duxit in ma-  
trimo. quam poll. per adulter. vbi concludit, quod licet pa-  
ter non possit instituerē filium spuriū, non tamē prohi-  
bet illū

## D. Petri Duen.

betur ab auo. Hanc opinionem dicit esse communem Ias.  
in l.hæreditas nume.8. C. de his quibus ut indignis. Alex.  
in conf.74.nu.2.lib.3. & ibi Carol. Moliax. in eius addit.  
Dec.in conf.462.num.17. & 18. Corneus in conf. 25. nu-  
me.10.volum.1.Ioan.Guald.in d.1.caute.14. nume.12. Ber-  
monodus in tractatio. de publicis concubinarijs, pagi.316.  
num.65.ver.apud Legistas difficultor oritur dubitatio.vbi  
eam ibi mouet.& in pagi.350. nume. 70. eam determinat.  
Nicol.Boer. in decisio.127. nume. 16. per gloss. quam ibi  
Doctor. sequuntur in d.l.final.C. de natural. liber. Dida-  
cus del Castillo in l.9.in glo.in verbo, ex testamento in le-  
gibus Tauri.Gulielm.Benedict. in repetitio. c. Rainutius.  
in verbo,& vxorem nomine Adelasham, deci.5.num.131.  
Hanc etiam dicit communem Roderic.Xuarez in lectur.l.  
9.titul.11.lib.1.Fori.fol.73.pag.2. versic. consideratum &  
in lectura.l.1.titul.6.libr.3.Fori.fol.88. pag.2. versic.circa  
hoc quæritur de pulchra quæst.licet contrarium videatur  
tenere Chassan.in consuetu.Burgun.tit. [Des hiefz.] rub.3.  
§.5.fol.113.col.4.num. 70. sed in effectu ibi tenet commu-  
nem opinionem,quia debet intelligi opinio eius stāte pro-  
le legitima , prout in effectu concludit Iason , ad quæ se  
remittit in dicta l.hæreditas.

Quæ limitatio in nepote nato ex filio incestuoso non  
procedit,secundum Bald.per text.ibi in l.si quis incesti.nu-  
me.2.C.de incestis nupt.quem dicit esse vnicum,idem Bal.  
in c.in præsentia , nume. 35. de probation. Hanc opin. te-  
net Anto.Corset. in singu. incip.hæres,el 4.Hippol.in sin-  
gu.143. Alexand. in d. 6. quod si his,& eam dicit esse com-  
munem Salicet.in d.l. si quis incesti,hanc etiam tenet Ci-  
fuentes in l.9.nu.7.Tauri,Docto.Couarru. in Epitome,de  
sponsalibus,in secunda parte,c.8.§. 5. nume. 30. Bermon-  
odus in tractatu,de publicis concubinarijs, pagi. 35. nume.  
70. versic.ista conclusio indubitanter procedit . Gulielm.  
Benedict. in repet. c. Rainut. in verbo. & vxorem nomine  
Adelasham decisione 5. numero 131. Corneus in consilio  
25. numero 15. volum.1. Castillo. in d.l.9. Tauri, verbo,  
ex testamento, Roderic. Xuarez in lectu. l. primæ,titul.6.  
libr.3. fori,fol. 89. pagina 1.licet contrarium tengat Pau

de Castr. in l. filio incestuoso, in d. s. quod si his nupt. e. ad quem respondit Rode. Xuarez vbi supra, & ab op. Bal. vel recedere las. in d. s. quod si his, nū. 25. eandem op. Bal. in d. l. si quis incesti. dicit esse communem Marti. Laudene in tracta. de legitima. nū. 71.

Quod in nepote ex filio clericō locum non habet, sed possunt ab auo institui. ita tenet Bal. in d. l. si quis incesti. nū. me. 2. vers. quero nunquid hæc lex C. de incest. nupt. Ratio in qua se fundat est, quia supra dicti filij clericī nō sunt incestuosi, sed spurij & ex stupro nati. Quam op. Petrus, Cinnus, & Salice. in l. 2. C. de episco. & cleric. Abb. in c. ex tene re, & in c. causam quæ, & in c. lator qui filij sint legitimi. Alexan. in d. s. quod si his nu. 9. Roderic. Xuarez in lectura l. 9. tit. 11. lib. 1. fori, fol. 73. pag. 2. eandem op. dicit esse com mu. Corsettus in sing. in verbo, fornicatio: & Cifuentes in l. 9. nume. 7. Tauri. pro qua opinione est glo. in c. per vene rabilem, qui filii sint legit. in verbo, adulterinis, vbi filios clericorum vocat adulterinos.

3 Tertio limita, quandocumq; pater aliquid relinquit spu rio si ingrediatur monasterium, nam tales legatum bene valet. Ita tenet Gugliel. de Cugno, & ibi Bal. in nu. 3. vers. iuxta hoc quero, in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. quem sequitur ibi And. de Belletis in repeti. nu. 111. Ratio est secundū Bal. quia sicut per oblationem curie filij legitimantur, Authen. quibus mod. natura. effician. sui, s. si quis igitur colla. 7. per obligationē monasterio factam. & illud dictum Bal. sequitur Alexan. in additio. ad Bart. in l. cum quis, C. de na turā. libe. & in l. necessarijs, nn. 13. ff. de acqui. hæredita. & ibi Franc. de Aret. Cifuentes in l. 10. nu. 15. Tauri. Hippo. in singu. 273. Iacob. de Sancto Geor. in Authen. non licet, nu. 11. C. de liberis præteritis.

4 Quarto limita, non procedere de iure canonico: nam de iure canonico filio spurio, adulterino, vel incestuoso, debentur alimenta. Ut est tex. in c. cum haberet de eo qui duxit in matrimo. quam poll. per adulter. Ratio est, ne fi lius fame pereat. De iure regio est tex. in l. 8. titu. 13. par. 6. & Abb. in d. c. cum haberet, in vlti. notab. dicit illum text. non esse alibi ad hoc. Et huic iuri canonico statut hodie, etiam

## D. Petri Duen.

etiam de iure ciuili, secundum glo. in d.e.cum haberet, iū fine, quam sequitur ibi Abb.Cardi.& alij, Corser. in singu. incipiente, spurius, & hanc dicit communē opī. Ias. in cons. f. 26.nu.4.lib.1. Ioan. Gualden. in tracta. de arte testandi, tit. 1.caute. 14.nume. 13. Et circa hanc limitationem vide quæ dicām in sequenti regula.

5. Quinto limita, vt pater teneatur filiam spuriā dota-  
re, cum dos succedat loco alimentorum. Ita tenet Bart. in  
d.Auth.ex complexu, vbi dicit se ita dixisse & consuluisse,  
quod vsque ad quantitatem sufficientem pro alimentis, pa-  
ter potest filio sputio relinquere, & eodem modo filia spu-  
riæ pro dote sua, cum sine aliqua dote neque potest ali,  
neque nubere. Quod dictum dicit esse menti tenendum  
Panor. in d.c.cum haberet, nu. 5. idem tenet ipse Bar. in l. si  
fraudator, in §. qui à socero ff. dē reuo. his quæ in fraud. cre-  
dit. dicens, quod si clericus dotasset filiam suam spuriā,  
ualeret donatio, neque ab ea posset auferre quatenus ipsa  
de iure canonico posset capere pro alimentis, idem tenet  
idem Bart. in l.f.nu.7.ff. de his quib. vt indig. Hanc opī. te-  
net Roder. Xarez. in lect.l. 1.tit.6.lib.3. fori. fo. 9 r. pag. 1.  
ver. & per dictum c.cum haberet. Circa quā limitationem  
vide quæ dicām in regula sequenti.

6. Sexto fallit, quandocumque filius esset legitimatus, nam  
tunc potest institui à patre. Ita probat tex. & ibi Ioan. Fa-  
ber in l. cum quis in fine, C.de natu. liber. text. in Authen.  
quibus modis naturales efficiatur sui, in §. nullum, colla-  
tio. 7. & ita tenet Bald. in c.de causis, nu. 34. de offi. delega-  
quem sequitur Ias. in Authen. si qua mulier, num. 47. C.de  
sacrosanc. eccl. & in l. hac consultissima §. ex imperfecto,  
col. 1. C.de testamen. Catellianus Cotta in Memorialib. iu-  
ris, in verbo, spurius, el iii. Dec. in cōsl. 258.nu.5. & Bermon-  
dus in tracta. de publicis concubinarijs, pag. 327.nu.39. &  
in pagi. 359.nu.81. Cifuentes in l. 12.nu.2. in legibus Taū-  
ri. pro qua opinione est text. ibi, in quantum dicit quod ex-  
tantibus filijs legitimis & naturalibus, non succedat legiti-  
matus, ergo à contrario, si nō extant, succedit. Facit quod  
supra dixi in regu. 69. & ultra ibi dicta notandum est, quod  
licet filius legitimatus succedat in bonis patris, & possit in  
stitui

stitui à patre, tamen non gaudet nobilitate parentum, sed tenentur contribuere, sicut si legitimati non essent, vt in prag. 9. Anno 1544. Per quam pragmaticā corrigitur l. 9. in fine titu. 15. par. 4. & in d. l. 12. in fine Tauri.

7 Septimo limita, in filijs spurijs Principum: nam Princeps potest eis donare, & filias dotare. Ita notabiliter concludit Bal. in consi. 456. nu. 9. volu. 5. facit etiam quod notat idem Bal. in consi. 217. nu. 11. vol. 1. quem sequitur Nicol. Boer. in decisi. 127. nu. 17. Hanc etiam opinionem tenet idem Bald. in c. 1. nu. 30. de constitutio. vbi dicit, quod Princeps de plenitudine potestatis hoc facere potest, licet Barba. teneat cōtrarium in d. c. 1. nu. 192. de consti. vbi dicit, quod princeps potest dotare filias suas spurias eatenus quatenus sufficiat ad alimenta, per glo. in d. c. cum haberet, & per alia de quo ibi per eum, & hoc modo dicit quod procedit dictum Bald. ibi, & illud dictum Barba. sequitur Chassa. in consue. Burg. in ti. [Des successions] §. 3. fo. 285. col. 2. num. 14. Sed si hoc esset verum, nullum priuilegium esset in Principe, cum quilibet priuatus non posset facere, etiam si sit clericus, vt supra dixi in 5. limit. præterea pro doctri. Bal. facit quod supra dixi in regu. 43. in 5. limita.

8 Octauo fallit, in matre: nam non extantibus descendentiis legitimis & naturalibus, filius naturalis vel spurius succedit matri tam ab intestato quam ex testamento. Ita probat tex. in l. hac parte & in l. si spurius ff. vnde cog. & in l. 1. in §. sed si vulgo, ff. ad Tertull. & in §. nouissime. Instit. co. tit. Probatur etiam de iure regio in l. 9. Tauri. vbi inquit, q; extantibus filijs legitimis & naturalibus, tales naturales tantum vel spurijs, ex dispositione matris sunt capaces 5. partis bonorum, & ita tenet expresse ibi Cifuentes nu. 1. Quod tamen est uerum nisi talis filius esset natus ex damnato & punibili coitu ex parte matris, quia tūc etiam non extantibus filijs legitimis, filius non succedit matri præterquam in quinta bonorum parte duntaxat, si sibi relinquatur non alias, & ita expresse probat supra d. l. 9. Tauri, & ibi expresse tenet Cifuentes & docto. & text. ibi ponit in fine quando filius dicatur natus ex damnato, & punibili coitu. Quod etiam ponit D. Couarruicias in Ep-

D. Petri Duen.

tome de sponsalibus, in 2. parte, c. 8. §. 5. nume. 15. cum seq.  
Quod tamen procedit præterquam si talis mater esset per  
vim stuprata, quo casu talis filius adulterinus non extantibus  
legitimis succederet matris. Ita tenet Bal. in l. eā quam  
n. 15. C. de fideicommiss. vbi tenet, quod si tyrānus habuit  
accessum ad aliquam mulierem per vim quod filius inde  
natus non dicitur spurius. Quam opī. tenet idem Bal. in l.  
si qua illustris, num. 1. C. ad Orficia, quem sequitur Cifuen-  
tes in d. l. 9. nū. 2. & ibi Pala. Ruui. nū. 15. Nicol. de Vbaldis  
in tracta. de successio. ab intesta. in 1. par. num. 45. Pro qua  
opinione est text. in c. 1. 2. & 3. & in c. ita ne 32. q. 5. & in c.  
præsbyteros 50. distin. & in c. 15. q. 6. vbi probant illa iura  
quod ea quæ sunt contra voluntatem facientis, non impu-  
tantur ipsi facienti. Probatur etiam per text. in l. cura. in  
versi. neq; si per vim, ff. de mune. & honorī. Facit etiam pro  
hoc illud quod notat Ang. de Peru. in l. 1. in §. remouet §.  
ff. de posthu. vbi tenet quod sponsa violenter cognita à  
sponso, potest ingredi monasterium eo inuita, sicut antea  
poterat, quem sequitur Hippo. in l. 1. in §. præterea, nume-  
ro 12. ff. de quæstio.

9 Nono limita, vt non possit institui hæres per viam fidei-  
commis. spurius fraude cessante potest institui hæres à pa-  
tre, dummodo grauetur pure alteri restituere supra d. hæ-  
reditatem. Ratio est, quia cum pater possit, imo debeat hio  
die spurio relinquere alimenta, vt in 4. limitatione dixi,  
& hoc debeat seruari in utroq; foro. Est ergo regula quod  
qui aliquid capere potest, licet solidum capere non possit,  
potest institui hæres & grauari alteri restituere pure, ita  
probat text. & in l. cogi. in §. hi qui solidum, ff. ad Trebel.  
vbi glo. 1. ponit exemplum in filio naturali, sed cum spu-  
rius hodie possit aliquid à parentibus capere, & equipare-  
tur in hoc filio naturali, d. c. cum haberet, ergo idem est di-  
cendum in filio spurio quod in naturali. Ita in specie de-  
terminat Ange. & ibi Imol. in l. in tempus, ff. de hære. insti-  
tu. idem Ang. in l. 2. C. eod. tit. Alex. in d. §. hi qui solidum.  
Bermonodus in tracta. de publicis concubinarijs, pagi. 3 17.  
nume. 20. Pala. Ruuios in repe. c. per vestras §. 10. nume. 12.  
quod et iam videtur tenere Rode. Xuardez, licet non se be-  
ne

ne firmet, in allegatione 27. fol. 196. pagi. 2. vers. præterea  
imo. Ex quo apparet quod licet decisio. gl. in l. eam quam,  
in verbo coguntur. C. de fideicom. sit iuridica tamen Doc.  
ponentes exemplum ibidem in capace in totum, scilicet  
de spurio, errant per inaduertentiam, habentes respectum  
solum ad ius ciuile, vetans spurijs à parentibus alimenta  
relinqui, de quo in d. Authent. ex complexu. C. de incestis  
nupt. cum similibus. & non respicientes, seu considerantes  
ius canonicum, de quo in d.c. cum haberet. corrigēs in hoc  
ius ciuile cui stāndū est. Et hanc limitationem, intelli-  
go veram, vt supra dixi, quandocunque constaret in se nul-  
lam fraudem continere, alias non procederet, secundum  
Io. de Imo. in d.l. in tempus Alexan. in d. §. hi qui solidum,  
& in d.l. 2. C. de hæredi. insti. Corneus in cons. 217. nume.  
3. volum. 3. Io. Guandensis in tracta. de arte testandi. titu-  
l. caute. 14. nu. 10.

10. Decimo limita, in fratre: nam frater spurius natus ex ea  
dem matre succedit fratri suo spuri. Ita probat tex. in l. si  
spurius. & in l. hac parte, ff. vnde cognit. & ita expresse tenet  
Ludou. de Sardis in tracta. de legitimatione, in 3. par. c. de  
spuriorum successione. q. si. Matth. de Affl. & in decisio. 96.  
Bermond. in tracta. de publicis concubinarijs pag. 358. nume.  
78. Catellianus Cotta in Memorialibus iuris, in verbo  
bastardus, el j. Circa quam limitationem vide D. Couar-  
ruui. in Epitome de sponsalibus, in secunda parte, capitu-  
l. 8. §. 5. nume. 19.

11. Undecimo fallit, quando filius spurius institutus est ab  
hæredem patris. Ita concludit Barto. in l. si his qui ex bonis,  
nume. 3. in 2. q. ff. de vulgo. & pupil. vbi dicit, quod dicta in-  
stitution facta in fauorem spuri, est valida, quia ex tali arti  
testandi non debet præsumi fraus, argu. tex. in l. edicto. in  
§. sed hæredem, ff. de alieno. iudi. mutan. cau. fact. quem se-  
quuntur ibi omnes Docto. secundum Ias. nume. 10. Hanc o-  
pinionem ante Bar. tenuit Specula. & ibi Io. Andræ. in ti-  
tu. de successionibus ab intesta. in §. quid si pater instituit.  
nume. 30. Bald. in l. eam quam, nu. 54. C. de fideicom. vbi  
pro ista opinione adducit glo. in Auth. quibus modis natu-  
ræfici sui. in §. final. in verbo, participium, volum. 7. hanc  
opinio-

opinionem tenet Alex. in cons. 51. nu. 3. lib. 2. vbi adducit tex. i l. qui Titij. testamētū. ff. de his quibus vt indig. in ver. principaliter, vbi dicitur, quod principaliter consideratur institutio quę sit per h̄redem, non autem consideratur institutio remota facta per patrem naturalem in fauorem hę redis. Et hanc opinionem tenet Bermonodus in tractatu de publicis concubinarijs, pagina 314. nu. 14.

Porro circa hanc regulam cadit quæstio notabilis, An clericus iam quod non possit instituere filium vel donare, possit instituere vel donare nurui? Hanc quæstionem reperio in iure nostro tangi per Hostien. in c. 1. in 2. col. de testamen. vbi concludit, quod cum talis donatio censeatur fraudulenta, quod nullo modo valeat; per iura quę ibi allegat, & per supra d. in hac nostra regu. & sequitur Io. Andræ. ibi & Cardi. 1. col. nu. 3.

Contra quam opinionem, ibi, in c. cum officijs, de testamen. videtur mihi magis uerum per sequentia fundamenta. & in primis facit, nam clericus de bonis patrimonialibus potest testari. c. 1. c. quia nos, de testamen. et iam de bonis acquisitis intuitu ecclesiæ, ex quadam generali consuetudine nostræ Hispanæ, vt in c. cæterum, de donatio. & ibi glo. in verbo, ratum. ita tenet Syluester in summa, in verbo, clericus. in 4. versi. 2. Guido Papa in decisio. 115. Ioan. Bernar. in practica, c. 124. & ita expresse concludit D. Co- uarru. in c. cum in officijs. nu. 9. de testam. quod hodie deci- sum est per quadam Extrauagātem Iulij Tertij nostri Ro- mani Pontificis. vbi permittitur omnibus clericis tam epi- scopis quam presbyteris, vt possint testari de quibuscumque bonis acquisitis, siue intuitu patrimonij siue intuitu ecclæsiæ: & sic dico quod clericus non solum de proprijs bonis, verum etiam de acquisitis intuitu ecclæsię potest nurui do- nare. Et quod talis donatio in se non contineat fraudem, vt presupponunt supra d. Doc. patet ex sequentibus funda- mentis. nam ex tali donatione filio spurio nihil queritur præter alimenta quę habet ex illis bonis donatis uxori cō- stante matrimonio, vt in l. doce ancillam. C. de rei vend. & in l. 7. ti. 1. par. 4. traditur per doc. in l. in rebus. C. de iure dot. vbi probatur, quod maritus constante matrimonio est

dominus rei dotalis. quod intelligendum est impropriæ.  
 1.1. §. si vir. ff. ad Syllania. quia maritus tantummodo debet  
 recipere fructus dotis ut alat familiam , ut in supra d. iuri-  
 bus. Et patet hoc, quia soluto matrimonio dos reuertitur  
 ad ipsam uxorem, uel ad hæredes eius. & sic talis donatio  
 non uidetur fraudulentæ, cum clericus possit filio suo ali-  
 menta relinquere, ne fame pereat, ut in d. c. cum haberet.  
 & in 1.8. tit. 13. par. 6. & ita dixi supra in 4. limita. & dicam  
 infra in regu. sequen. & pater clericus tenetur dotare filiā.  
 cum dos succedat loco alimentorum, ut supra dixi in 5. li-  
 mitatione. Quod non solum habet locum ex bonis patri-  
 monialibus, uerum etiam ex bonis intuitu ecclesiaz acqui-  
 sitis, ut est glo. in c. omnino 31. distinc. facit quod infra di-  
 cam in regula sequenti, in 3. Ampliatio. Et si dicatur quod  
 talis donatio facta nurui esset fraudulentæ, quia excederet  
 quantitatem, ut in d. regula sequenti, in 3. ampliat. hoc es-  
 set uerum in persona filiorum : sed in persona nurus , hoc  
 non est fraus, nec donatio dicit excedere quantitatem, cu,  
 ut supra dixi, maritus ex bonis datis uxori suę à patre cle-  
 rico præter alimenta , & sic sibi necessaria alia habere non  
 potest. Nec obstant dicta in regula sequenti, in 1. limitatio-  
 ne. quod si filius possit alias habere unde se alat, quod pater  
 non tenetur eum alimentare: quia hoc est uerum quod  
 pater non tenetur, sed licet non teneatur ita ut possit com-  
 pelli , si vult bene potest , & sic nubere filium cum uxore,  
 cui fecit donationem licet filius, ut supra dixi, habeat do-  
 minium. Et si opponatur etiam , quod talis maritus potest  
 institui ab vxore: hoc etiam non obstat, cum spurius possit  
 institui ab hærede patris, & valeat institutio, ut supra dixi,  
 in 11. limitatione. Præterea quia est in potestate vxoris in-  
 stituere maritum vel non . Nec etiam obstat quod isti ha-  
 beant inter se filios, & post mortem matris hæreditas cle-  
 rici ad eos deueniat, quia tunc donatio non censetur frau-  
 dulenter facta , cum clericus possit instituere nepos ex fi-  
 lio spurio natos, ut supra dixi in secunda limitatione, in fi-  
 ne, & sic nō est fraus quod post mortem aui clericci, vel ma-  
 tris hæreditas vel donatio peruenit ad nepotes filij spuri  
 clericci , & sic concludo valere talem donationem per su-

D. Petri Duen.

prædicta fundamenta, & per alia quæ ex supra dicta regula & sequenti possunt colligi, verum etiam si post mortem natus cui clericus fecit donationem, illud quod ex donatione peruenit ad nurum, & sic ad vxorem filij spurij, veniat ad hæredes vxoris soluto matrimonio. isti hæredes tene-rentur maritum, & sic filium spurium alimentare ex hæreditate clerici. si filius alias non habet vnde se alat, non perte-tex. in Auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. sed per dicta in sequenti regula, in quarta ampliatione, vbi non solum pa-rentes verum etiam hæredes ipsorum tenentur alere filium spurium. Quæ opinio supra dicta maxime procedit si talis donatio efficit nurui à clero facta ante quam cum filio cō-trahat matrimonium, licet postea contrahat, cum post donationem sit in arbitrio vxoris contrahere matrimonium cum filio eiusdem clerici vel non.

Regula CCC L XVI.

F I L I V S spurius de iure canonico, debet habere ali-menta à parentibus. Hanc regulam probat text. in c. cum haberet. in fine, de eo qui duxit in matrimonium, quā pol-luit per adulte. Circa quam regulam vide docto. supra pos-tos in præcedenti regula, & Lambertinum, vbi circa ali-menta plura adducit, in tracta. iuris patronatus, in tertia quæstione princi. 3. lib. à primo articulo usque ad finalem, fol. 392. cum sex sequentibus.

Amplia primo, ut dispositio huius regulæ seruetur in utroque foro, quia ius ciuile in hoc corrigitur per supra dictum tex. in d. c. cum haberet. Ita probat glo. in d. c. cum haberet, in glo. fina. in fi. verbis, vbi hoc tenent Doctor. se-quendo. d. glo. præcipue Abb. nume. 5. & hanc opinionem dicit esse communem. Deci. in c. clerici, nume. 4. de iudic. & in præsentia. nu. 115. de probatio. Hanc etiam opinionem dicit esse communem Ripa in repet. l. si vñquam, q. 27. nu. 68. C. de reuocan. donatio. & in Rubr. ff. de verborum obli-gatio. nume. 58. & Corsettus in singulari incipienti Filij spurij. & in Repertorio ad Abb. in verbo, alimenta. Neu-za. in sua Sylua nuptiali, lib. 3. nume. 25. Bermondus in tra-ctatu de publicis concubinarijs, pag. 34. nume. 72. Calca-neus in consl. 62. nu. 12.

Amplia

- 2 Amplia secundo, non solum procedere in vita verum etiam in morte: nam parentes in morte possunt relinquare alimenta filijs spurijs. Ita tenet Bart. in l. fi. nu. 7. ff. de his quibus ut indignis, vbi dicit, quod filio potest aliquid relinquere a patre tempore mortis, tantum ut sufficiat illi ad alimenta. quem sequitur Roder. Xuarez in lectura l. i. titu. 6. lib. 3. fori, fol. 91. pag. 1.
- 3 Amplia tertio, habere etiam locum in dote, nam pater tenetur dotare filiam spuriam, & potest aliquam rem ei a signare in morte pro dote. Ratio est, quia dos succedit loco alimentorum, & bonum est argumentum de alimentis ad dotem. l. cum post §. gener. ff. de iure dotium, & l. prima. ff. soluto matrimonio. Ita tenet Barto. in d. l. final. nume. 7. ff. de his quibus ut indignis, Abb. in d. c. cum haberet num. 5. Roderic. Xuarez. in d. l. i. titu. 6. libr. 2. fori. fol. 91. pag. 1. & vide quod supra dixi in regu. præcedēti, in limita. Quod non solum habet locum in laicis, verum etiam in clericis: quia clerici tenentur dotare filiam ratione alimentorum, tam de iure canonico quam ciuili: ita tenet Bart. in d. l. fi. ff. de his quib. ut indig. & in l. vxorem, in §. pater. ff. de lega. tertio. quem sequitur Gulielm. Benedict. in repe. c. Rainutius. in verbu. dotem quam ei dederat: num. 23. Iuan. Bapt. Caccialu. in repe. l. si qua illustris. nu. 92. C. ad Orphicia. Cifuentes in l. 9. Tauri. num. 9. Quod non solum habet locum in bonis patrimonialibus, verum etiam ex bonis intuitu ecclesiæ acquisitis. ita probat gl. in c. omnino. 31. distin-  
ctio. & ita tenet per eam, vbi eam notabiliter declarat Pa-  
la. Ruuios in repe. c. per vestras. §. 23. nu. 13. Bermondus in  
d. trac. pag. 337. nu. 53. & 54.
- Quod est verum nisi dos excederet magnam quantita-  
tem: quia tunc præsumeretur fraus: secundum Bart. in l. i.  
C. de natu. libe. Abb. in cons. 115. vol. 2. facit tex. in l. filiæ,  
ff. de lega. 3. & in l. uxero. ff. de iure doti. Ioa. Gual. in trac.  
de arte testandi: t. 1. caute. 14. nu. 13. Rodericus Xuarez in  
supra dicto loco. Nicolaus de Vbaldis in trac. de successio.  
ab intestato: in l. par. nu. 50. Nicolaus Boer. in decisio. 127.  
nu. 7. Guliel. Benedictus in repe. c. Rainutius. in verb. &  
vxorem nojnine Adelasiaj. decisi. 5. nu. 126. de testamen-

## D. Petri Duen.

Matthesi.in tract.de successio.ab intestato : in 3.membr.1. arti.nu.18.Cifuentes in l.9.Tauri.nu.10.Chassa.in consu. Burgund.in tit.[Des successions.]Rub.8.§.3.nu.11.fol.285. colu.2.Caccialu.in repet.l.si qua illustris,nume.91.Quod tamen hodie de iure regio est taxatum vsque ad quintam partem bonorum patris,quam potest relinquere filijs spurijs pater vel mater in vita vel in morte : de qua filijs pos sunt ad libitum disponere in vita vel in articulo mortis, etiam quantum ad proprietatem : vt probatur l.9.& 10.in legibus Tauri:& ibi Cifuentes,& Docto. Palat.Ruuios in repet.c.per vestras,§.24.numc.10.Xuarez in lect.l.i.titu.6. lib.3.fori,fol.91.pag.2.

4 Amplia quarto procedere,vt non solum pater,& mater teneantur eos alimentare,verum etiam successores ipsorum. Ita tenet Bal.in Authen.licet,C.de naturali.libe.& notatur in d.c.cum haberet.Chassa.in consue.Burg.in tit.[Des successions.]Rubr.8.§.3.fol.284.col.3.nu.3.Bermon.in tra cta.de publicis concubinarijs:pag.336.nu.52.Laur.Calca. in cons.62.nu.17.Mathesi.in sing.148.Abb.in cons.115.in 2.vol.Et pro ista opere est tex.de iure regio,in l.8.tit.13.par te 6.Quod etiam procedit si fiscus sit heres,ita tenet Pala. Ruuios in repe.c.per vestras,§.24.nu.8.& 9.& sic quod quam docunque bona sunt confiscata,fiscus teneatur alimentare filios,etiam spurios.

5 Quiuto amplia,habere locum in filijs incestuosis. Ita notabiliter per d.ca.cum haberet.tenet expresse Nicol.de Vbal.in tract.de successio.ab intesta.in 1.par.nu.46.& ante eum Imo.in Mex facto,in §.si quis rogatus,el j.in 5.col.nu.7.ff.ad Trebellia.D.de Segura,in 1.cohæredi.in §.cum filiæ,num.123.ff.de vulga.& pupil.D.Gouar.in Epitome de sponsalibus,in 2.par.c.8.§.6.nu.6,in fi.Roder.Xuarez in l.1.titu.6.lib.3.fori,fol.91.pag.2.Quez opinio comprobatur per tex.in l.9.Tauri:ubi permittitur matri vel patri relinquere filijs incestuosis quintam partem bonorum suorum ratione alimentorum.Licet cōtrarium teneat Bal. in Auth. ex cōplexu.nu.1.C.de incestis,& inuti.nup.& Pala.Ruuios in d.l.9.nu.50.Tauri.& Lud.de Sardis in tract.de naturali liberis:in §.de obligatione inter pātre,& filium,nu.4.in fi-

Am-

- 6 Amplia sexto procedere, ut pater vel mater pro anima filij spurijs præmortui possit in uita sua donare, vel in morte relinquere: quia licet post mortem cibo nō indigeat corporali, tamē necessarius ei est cibus spiritualis pro anima, & cui debetur cibus corporalis, fortius debetur ei spiritualis pro redemptione animæ. Ita tenet Io. Faber in §. pœnales. Inst. de perpet. & tépora. actio. nu. 8. in 6. quem sequitur Guliel. Bened. in repe. c. Rainutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam decis. §. nu. 125. de testam.
- 7 Amplia septimo habere locum, etiā in nepote, vel pro-nepote: nam auus, & proauus, deficiente patre vel matre, tenetur alere nepotes, & pronepotes. Ita per tex. in d. c. cum haberet, in si. tenet Nicol. de Vbal. in tracta. de successio. ab intestato, in 1. par. nu. 47. quem sequitur Bar. Socin. in cons. 161. nu. 1. lib. 2. col. 2. vers. quarto, & ultimo premitto, eandem opinionem tenet D. Couarru. in d. Epitome, in 2. par. c. 8. §. 6. vbi dicit, quod non obstat tex. in l. 5. titu. 19. par. 4. vbi probat text. filios spurijs alendos esse à matre, auo, & proauo materni generis, quia text. ille loquitur secundum rigorem iuris civilis, non autem attenta æquitate iuris canonici, de qua in d. c. cum haberet.
- 1 Limita primo hanc regulam non procedere, quandocunque filius habet unde se alat: nam tunc pater non tenetur cum aliore. Ita probat tex. in l. si quis à liberis, in §. sed si filius, ff. de libe. agno. tenet Ant. de Butrio, & ibi Abb. in d. c. cum haberet. nu. 16. Baptif. Caccialupus in repe. l. si qua il lustris, nu. 93. C. ad Orficia. Soci. in cons. 12 1. num. 47. lib. 4. Lauren. Calca. in cons. 62. nu. 14. Nicol. de Vbaldis in tracta. de successioni. ab intestato. in 1. par. nu. 49. Dec. in cons. 576. Alexan. in cons. 64. nume. 4. lib. 2. & Bermonodus in tracta. de publicis concubinarijs, pag. 339. nume. § 8. verific. sed aducit. Cifuentés in l. 9. nume. 1. Tauri; vbi concludunt, quod quandocunque tales filij habent unde se alant, vel possunt se alias suis laboribus alimentare, patres ad hoc non tenentur. Quæ limitatio in se maximam æquitaté de iure videtur continere: quia ratio finalis supra dicta regula est, ne filij spurijs priuati alimentis, pereant fame: quæ ratio cessat, quando spurius habet bona, uel arte in ex quibus

potest se alimentare, nā tunc cessat dispositio huius regulē:  
 & cessante ratione, cessare debet dispositio legis: vt in l.a-  
 digere.in §.quamuis,ff.de iure patrona. De iure regio pro-  
 batur in l.6.tit.19.par.3. Quod tamen intellige procedere  
 nisi dedecus sit filijs artem quam sciunt exercere. ita cōclu-  
 dit Bar. in tracta. de alimento, quem sequuntur supra dicti  
 Doc. & ita tenet Pala. Ruui. in repe.c.per vestras, in §.23.  
 num.7.D.Couarruias in d.Epitome de sposa.in 2.parte,  
 c.8.§.6. nume.9.

2. Limita secundo, quandocunque pater eget, & nō habet  
 unde possit prædictos filios alere: nam tunc non tenetur ul-  
 tra quam facere potest. Ita probat glo. in d.c.cum haberet,  
 & ibi Abba per eum,nu. 10. De iure regio probatur in l.5.  
 tit.19. parte 4.
3. Limita tertio, quando talis filius commisit aliquam in-  
 gratitudinem contra patrem: nam omnes causæ sufficiētes  
 ad exheredandum filium dū quibus in Authen. vt cum de  
 appellatione cogn. in §.causas, colla. 8.gloss. in c.quinta-  
 uallis, de iure iuran. sufficiunt ad priuandum cum alimen-  
 tis. Ita probat gloss. in l.si quis à liberis, in §.idem iudex. in  
 ver. detulerat, ff.de libe. agnoscēt. & in l.fi. in ver. prome-  
 rueris, C.de alien.libe. & ita expresse tenet Abb. in d.c.cum  
 haberet, nume. 10. & facit quod supra dixi in regu. 368.in  
 3. limitatio.

*Regula CCCCLXVIII.*

Filius non potest institui à patre sub cōditione casua-  
 li vel mixta, nisi sub contraria exheredetur, alioquin testa-  
 mentum est nullum. Hanc regulam probat text. in l.si pa-  
 ter, C.de institut. & substi. ibi, iure testatus non videtur. Fa-  
 cit etiam tex. in l.1 ff.de iniust.rup.tex. in l.Lucius, in verb.  
 nullius esse momenti, ff.de condi.& dem.

Hanc regulam limitat quatuor modis Bernard.de Luco  
 in regu.727.remittendo se ad Ias.in d.l.si pater. Eadem  
 etiam ampliat quinque modis, & limitat vno & viginti mo-  
 dis Gerardus Albér.in repet.d.l.si pater, à nu. 62. vsque ad  
 nu. 131. Circa quam regulam notādum est, quod hodie cor-  
 rigitur d.l.si pater, & talis conditio reijectur de medio vs-  
 que ad legitimam filij, & valet testamentum, ita tenet glo.  
 in

in d.l. si pater, in verbo, erat & in l. suis quoque, in verbo, constar. ff. de hære. instituen. Barto. in d.l. si pater, nu. 2. vbi dicit quod usque ad suum tempus omnes Doct. tenuerunt contra supra dictam glo. in d.l. si pater, pro qua opin. adducit tex. in l. scimus, in §. cum autem, C. de inoffic. testamen. quam opinio. glo. & Bar. dicit esse communem Ias. in d.l. si pater, nume. 19. & ibi Alexand. & Docto. præcipue Iacobi, de sancto Georg. nume. 13. vbi dicit, quod in questione fa-  
sti obtinuit secundum. opin. illius glo. & quod ita fuit iudi-  
catum per tres sententias. Eadem opin. vbi latissime eam  
examinat, & dicit supra dictam regulam esse correctam per  
tex. in d.l. quoniam in prioribus, C. de inofficio testam. te  
nuit Roderi. Xarez vbi plura in hoc adducit; in repeti. d.  
l. quoniam in prioribus, fol. 6. col. 3. versic. sed ad pleniorum  
intellectum huius legis, à nume. 1. usque ad fi. & idem Xa-  
rez in eadem repet. fol. 14. in §. ampliatione, per totam. Eä-  
dem opinionem tenet Fran. de Ripa in rubr. ff. de vulgaris,  
nume. 157. Bern. de Loco in d. regula 727. Montaluu in  
glo. l. 9. titu. 4. par. 6. & Guliel. Benedict. in repet. c. Rainu-  
tius, in verbo, reliquit. nu. 28. de testam. Pro qua opinione  
videtur tex. de iure regio in l. 9. & 11. tit. 4. par. 6. & in l. 17.  
titu. 1. parte 6. in fin. ibi, [ Deuen la auer libre y quita sin  
emburgo y sin agrauamiento y sin ninguna condicion.] Li-  
cet aliqui Docto. quos refert Roderi. Xarez in d. fol. 6. te-  
neant contrariam op. glossi. & Bart. & licet op. contrariam  
dicat esse veriorem Deci. in d.l. si pater, nume. 14. in pe. co-  
lum. in medio, ver. in fi. gl. sed ibi etiam dicit op. supra di-  
ctam Bar. & gl. esse. commu. quam op. Decij sequitur Ioan.  
Gorashus in Rubr. nume. 9. C. de impube. & alijs substitu-  
tionibus.

## Regulæ CCCLXIX.

FILIVSFAMILIAS non tenetur de mutuo. Hanc regu-  
lam probat text. in l. 1. & ibi Doctor. ff. ad Macedonia. De  
iure regio est tex. in l. 4. tit. 1. par. 5. Circa quam regulam vi-  
de Docto. in l. 4. §. 1. ff. quod cum eo. Iaso. in l. qui cum se. ff.  
de re iud. Bal. in l. Macedonian. C. ad Macedo. in l. si filius-  
familias, ff. si cert. petra. Gome. in prin. Insti. de actio. nu. 47.  
2010

# D. Petri Duen.

Alciatum in trac. præsumptionum, in 1. regula præsum. 42.

Hanc regulam limitat quinque modis text. in 1. 2. C. ad Macedonia. Eadem regulam limitat vndecim modis Petrus de Vnzola. in practica artis notariatus, in §. de filio-familias, & vnde dicatur, à nu. 25. vsque ad fin. & ibi à nu. 1. vsque ad nu. 25. tractat materiam huius regulæ, quas 11. limitationes ante eum posuit gl. in §. illud, in verbo, senatus. Insti. quod cum eo.

1. Ultra quas limitationes limita, i.e. quandocumque filius-familias recipit pecuniam mutuū ab altero fratre, qui etiā erat in potestate patris. Ita probat glo. in 1. frater à fratre, in gl. magna: yersi. item quæro, ff. de condi. indeb. quæ vult, quod alter frater obligetur naturaliter, & ciuiliter, & cū effectu: & sic glo. non vult quod habeat locum senatus consultum Macedonianum. Quam gl. ad hoc ponderat Salic. ibi Bal. in 1. fi. col. 3. circa fi. C. quod dum eo. eandem gl. dicit esse verax, & non habere contradicentem in hoc, vbi assignat rationem huius similitudinis. Ias. in 1. frater à fratre, in 1. lect. nu. 36.

2. Limita secundo, non procedere in foro conscientię: nā filiusfamilias qui utitur exceptione Macedoniani, vbi vere fuit sibi mutuatum, incūterit peccatum: Ita concludit Innocent. in c. quia plerique, mi. 5. de immunita ecclesi. quem se quitur ibi Abb. nu. 26. Alexia additio. ad Bar. in 1. i. in 1. ad ditio. ff. ad Makedo. Ias. in 1. si filiusfamilias, nu. 1. ff. si certum petat.

## Regula. IC C. ē L. xx.

F I L I O studenti mutuum factum, potest repeti à pa-  
tre. Hanc regulam probat tex. in 1. sed Julianus, in §. proin-  
de, & ibi gl. ff. ad Macedonia, & ibi Bart. gl. in 1. Macedonia  
ni, in verbo, non recusaret. C. eo. tit. Hac opinionem tenet  
Bal. in 1. omni modo, in §. imputari, col. fi. C. de inoffi. testa-  
men. Alexia in 1. fi. C. de nego. gest. Soci. in regula 137. in 1. li-  
mita. De iure. regio probatur in 1. 6. tit. 1. par. 5.

3. Aihplia primo habere locum, si reperit libros commo-  
datos, & postea moriatur, nam tenetur pater eos restituere  
sicut mutuum. Ita tenet Ivan. de Ananias in c. 1. de Magist.  
Petrus. Rauenas in Alphabeto suo, in yersicu. scholaris,  
quos

quos sequitur Petrus Rebus. in tract. de priuilegijs schola-  
rium : priuil. 58. nu. 1.

- 2 Amplia secundo , etiam si contra voluntatem patris fi-  
lius esset in studio : nam tunc pro ea parte quam domi ex-  
pensurus erat, pater indistincte tenetur. Vt in l.3. in §.pro-  
inde, ff. de in rem verso. & ita expresse per illum tenet Pe-  
trus de Vnzola, vbi hoc declarat, in practica artis notaria-  
tus, §. de filiofamilias, & vnde dicatur, nu. 30.
- 3 Amplia tertio, habere locum in monacho: nam si abbas  
mittit monachum ad studium, in dubio videtur se obliga-  
re ad expensas factas per monachum in studio. Ita expre-  
sse concludunt Docto. præcipue Areti. vbi hoc notabiliter  
declarat, in c. ex parte, nu. 13. & 14. de accusatio.
- 4 Amplia quarto, non solum habere locū in filio studen-  
ti, verum etiam in alio quocunque filio quandoquaque fe-  
cisset se debitorem, vt se aleret: quia tunc teneretur pater  
soluerē illud debitum contractum pro alimentis? Vt no-  
tatur in l. libertis quos, in §. 1. ff. de alime. & ciba. leg. & ita  
expresse tenet Matth. de Afflict. in decisi. Neapo. decisi. 10.  
nu. 4. Aret. in d. c. ex parte, nu. 13.
- 5 Limita primo , quando filius erat aptus ad studium', &  
studebat: alioquin pater non tenetur. Vt in l. Stichus, ff. de  
leg. 3. Quod tamen est verum quando filius non erat in stu-  
dio voluntate patris : si vero esset in studio de voluntate  
patris, tunc siue filius bene studeat siue non, pater tenetur:  
Nisi pater crederet filiū bene studere , & creditor sciebat  
eum non dare operam literis, tunc patri daretur exceptio  
contra mercatorem potenter pecuniam mutuatajam, argu-  
text. in l. si quis cum sciret, ff. de vsucap. pro empto. & in l.  
cum quis ff. de solutio. & ita expresse tenet Petrus Rebus.  
in d. tract. de priuileg. schola. priuil. 58. nu. 6. & 9.
- 6 Limita secundo procedere, tantummodo usque ad eam  
quantitatē quam pater solebat subministrare filio, non vi-  
tra. Ita probat tex. in d. l. sed Julianus, in §. quod dicitur, ff.  
ad Macedonia. & ita expresse tenet ibi Sali. & Albe. nu. 10.
- 7 Tertio limita , habere locum considerata patris facul-  
tate, & alia familia: & secundum hoc debet iudex arbitra-  
xi, vt pater teneatur, & non vltra. Ita tenet Albe. in d. l. sed  
Julia-

## D. Petri Duen.

Iulianus, in §. quanquam. nu. 11. ff. ad Macedonia. quem sequitur Petrus Rebiffus, in d. tract. priuile. 58. nu. 7. nam saltem tenebitur pater ad illam quantitatem quam domi stude ns erat impensurus, & non ultra: quia ibi non viuebat vento, ut lupus: ut dicit glo. in l. f. C. de alimen. pupil. præstan. facit quod supra dixi in 4. ampliatione. Quam limit. intellige, quando filius erat in studio contra voluntatem patris, ut etiam dixi supra.

4. Quarto limita, quandocunq; constaret quod pater prouidebit filio suo de rebus necessarijs; nam tunc pater non tenetur de mutuo facto per filium etiam studentem. Ita probatur de iure regio in l. 2. ti. 19. par. 4. Quod tamen est verum, quandocunque is qui mutuauit filio, sciebat quod pater prouidebat ei de rebus necessarijs: secus tamē si hoc ignorabat: nam tunc bene potest agere contra patrem: ut in l. sed & si pupillus, in §. præscribere, ff. de institutoria, & in l. f. ff. pro suo, & ita expresse tenet Sali. in d. l. sed Iulianus, in §. quod dicitur, in fi. verbis, ff. ad Macedonia.
5. Quinto limita, non procedere hodie de iure regio. Ut in pragm. 6. de Valladolid, Anni Domini 1542. ubi fuit statutum quod si aliquis mutuauerit vel vendiderit aliquam rem filio scholari, non possit mutuum vel debitum à patre, vel à matre petere, nisi ab ipso in filio. Quam pragmaticam intelligo veram, nisi clarissime constitisset quod pater non prouidebat filio suo de alimentis necessarijs in studio. quia tunc illud quod appareret esse mutuatum filio, bene posset à patre peti, non obstante supra dict. pragm. ut supra dictum est.

### Regula CCCLXXI.

FILIVS scholaris nō tenetur liberos à patre datos, post eius mortem conferre, licet cū fratribus succedat: sed eos habebit præcipios. Tex. est & ibi gl. in l. quæ pater, ff. fami. herc. & in l. filiæ cuius, C. eo. tit. & ibi Cin. & Salice. Bar. in h. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bono. & glo. in pragmatica sanctiōne, in tit. de collationibus, in §. vt liberius, & hæc op. est communis secundum Ias. in l. filiæ licet, in fi. C. de colla. Alberi. & Alex. in l. si donatione, in fi. eo. ti. Fabianus de Monte, in repe. Authen. nouissima, quæst. 25: in prin.

prin. C.de in offi. testamen. Alex. in consi. 50. nu. 17. lib. 6. &  
In consi. 149. in fine; lib. 7. Ioan. Sanxon. in consuetu. Turo-  
nen. in tit. [Des succession de gens roturiers] fo. 209. col. 4.  
Pala. Ruuios in l. 17. Tauri. nume. 16. & ita expresse tenui  
in regula 222. in 3. limita. De iure regio probatur hæc  
regula in l. 4. titu. 4. part. 5. in fi. & in l. 5. titu. 15. part. 6.  
Et circa hanc regulam vide ultra doct. in l. si donatione, &  
in l. filiæ licet, C.de colla. Vitalem Nemausensem in tra-  
cta. de collatio. q. 5. nu. 10.

Hanc regulam ampliat quatuor modis, & limitat quin-  
que modis Petrus Rebiffus in tracta. de priuilegijs schola-  
rium: in priuil. 55. à nu. 1. usque ad finem.

### Regula CCCCLXXII.

FILIVS potest compellere patrem, ut sibi ministret sum-  
ptus & expensas in studio. Hanc regu. probat tex. in l. de bo-  
nis, in §. non solum, ff. de Carbo. edic. cuius verba sunt, non  
solum alimenta præstari debent pupillo, sed etiam in stu-  
dia, & cæteras necessarias impensas debet impendere pro  
modo facultatem. Et licet non loquatur de patre, tamen  
tex. & ibi expresse Doct. in patre loquuntur, in l. Macedo-  
niani, C. ad Macedonia. & ita tenet Vitalis Nemausensis  
in tract. de colla. quæst. 5. nu. 11. in fi. verbis Barth. Bolo. in  
repe. Auth. habita, C. ne filij, pro pat. nu. 167. Circa quam  
regulam vide supra posita in regu. 270.

Hanc regulam ponit cum quatuor limitati. Petrus Re-  
buffus in tracta. de priuilegijs scholarium, in priuil. 53. à  
nume. 1. usque ad fi.

### Regula CCCCLXXXIII.

FILIA clam contrahens matrimonium, potest à patre  
exhæredari. Hanc regulam probat tex. in l. 49. Tauri. Cir-  
ca quam ultra Doct. ibi, vide Pala. Ruui. in repe. c. per ve-  
stras, in 3. not. §. 6. cum seq. D. Couarr. in Epitome de spon-  
salibus: in 2. par. c. 2. §. 8. nume. 5. & in c. 6. in prin. nume. 7.  
Chassanæ. in consuetu. Burgun. in ti. [Des iustices] Rubr. 1.  
§. 4. fol. 32. colu. 4. nu. 16. cum seq. Parisi. notab. in consi. 29.  
per totum, lib. 3. Matth. de Afflict. in consti. Neapol. lib. 2.  
Rub. 9. nu. 1. cum alijs.

Hanc regulam limitat quinque modis, D. de Castillo in  
d. l.

D. Petri Duen.

d.l.49. Tauri. nume. 31. in glo. in ver. [à sus hijas.]

Regula CCC LXXIII.

Fiscus priuilegia quot fint, vide 31. quo<sup>s</sup> ponit Pau. de Cast. in l. si in te, nume. 3. C. de priuile. fisci. Et trigintaduo priuilegia ponit Io. Gallus in quæst. per Aresta Parlamenti Parisenis decisio<sup>n</sup>. q. 156. fol. 180. col. 2. cum seq.

Sexaginta sex priuilegia ponit Iacobi. de Sancto Geor. in tracta. feudorum : in verbo, sed an princeps, à nume. secundo, vsque ad fi.

Præterea 91. priuilegia ponit Matthæ. de Afflict. in c. si duo fratres, nume. 15. vsque ad nume. 109. de fratri. de novo inuesti. in vñib. feu.

Ad hæc vide 140. priuilegia fisci, quæ ponit Franc. Luea. de Parma in tracta. de fisco, & eius priuilegijs: in 1. par. nume. 7. vsque ad fi.

Regula CCC LXXV.

Fiscus ratione partis hæreditatis quam habet cum socio, potest vendere totam hæreditatem. Hanc regulam probat text. in l. multum interest, C. de commu. rerum aliena. & in l. vni. C. de vend. rer. fiscis. lib. 10. & ibi Bart. & Docto. Hanc regulam per supra dict. iura ultra doct. ubi supra ponit Abb. in c. ratio nulla, nume. 2. de præben. Deci. in c. cum omnes in 2. lectu. nume. 38. & de constitu. & in consi. 235. nume. 7. Ioan. Gallus in quæst. per Aresta Parlamenti decisio<sup>n</sup>, quæstio. 156. in 9. priuilegio. Matthæ. de Afflictis in c. si duo fratres, nu. 14. de fratri. de novo benefi. inuesti. in vñib. feu. & in tract. de iure protomisieos, in prin. nu. 16. & alios quamplures Docto. quos supra allegauit in regu. 295. in 3. limita.

1. Amplia primo, etiam si fiscus in tali re communi haberet minimam partem. Ita probat text. in d.l. 1. C. de vendi. rerum fiscis. lib. 10.

2. Amplia secundo, idem esse in ecclesia. Ita tenet Pyrrhus Engleber. in d.l. vnicā, quam opinionem dicit se consulendo tenuisse, & equiparando fiscum, & ecclesiam, Andreas ab Exea in c. cum omnes, nu. 154. de constitu. Ioan. de Platea in d.l. vni. nu. 1. C. de venditio. rerum fisc. lib. 10. vbi hanc op. ante omnes tenuit.

Amplia

- 3 Amplia tertio, habere locum in re obligata fisco, & alteri priuato: ut etiam fiscus possit totam vendere. Ut in l. res quæ, in §. 1. ff. de iure fisci, & ita tenet Bal. in d.l. vnicā, nu. 7. & ibi Bar. nu. 3. Io. de Platea ibi nu. 3. Salic. in d.l. multū, nu. 2. C. de commu. rerum alie.
- 4 Amplia quarto, ut etiam fiscus possit totam rem communem pignorare. Ut est glo. si. in l. vnicā C. si communis rei pigno. data sit, & ibi Petrus de Bellaper. Sali. in d.l. multū, nu. 2. in si. verbis, & Bal. Io. de Platea in d.l. vnicā, de venditione rerum fiscalium, lib. io. nu. 1.
- 5 Amplia quinto, etiam si res sit diuidua. Ita probat glo. in d.l. vni. in ver. distrahat: quam ibi sequitur Odofred. C. de vendit. rerum fisca. lib. 16. & ibi Bar. num. 2. vbi dicit, quod si est utilitas fisci, quia majori pretio uenditur tota domus quā pars, vt in l. Mænius in h. ff. fami. herc. indistinete totū potest uendere fiscus: cum hæc regula sit permissa in utilitatē fisci, vt in d.l. 2. & ibi gl. C. cōmu. rer. alie. alias esset secus: cum nulla tunc fisci verteretur utilitas, quem sequitur Salice. in d.l. 2. nu. 1. in fine. Ioan. de Platea: vbi per illud dictum Bart. limitat supra dictam regulam in d. l. vnicā, nume. 1. col. 1.
- 6 Amplia sexto, ut in tantum procedat quod totum premium rei communis debet emptor soluere fisco: & soluendo emptor fisco, liberatur ipse emptor: licet fiscus teneatur socio patrem suam pretij tradere: Ita tenet Bald. in d.l. 2. C. commu. rerum aliena. facit text. in l. senatus, & in l. res quæ. in §. 1. ff. de iure fisci. Bart. in d.l. vni. nu. 4. quos sequitur Frañ. Lucanus de Parma in tracta. de priuilegijs fisci, in 1. part. nu. 36. quam op. tenet Sali. in d.l. multū, nu. 2. glo. in d.l. vni. in ver. redigatur, & ibi Ioan. de Platea C. de venditio. rerum fisca.
- 1 Limita primo non procedere, quandounque fiscus haberet tantummodo vnum fructum: nam tunc ratione usufructus, non potest vendere proprietatem. Ita concludit Bal. in d.l. multū interest nu. 4. de commu. rerum aliena.
- 2 Limita secundo non procedere, quando fiscus non interpellauit primo socium, an uellet emere partem suam: nam ad hoc, ut procedat hæc regula, debet fiscus prius interpel-

terpellare socium. Ita tenet Bal. in d.l.1. C.de commu.re-  
rum aliena, quē sequitur Ripa in l.serui electione, in §.la-  
beo nu.15. ff. de leg.1. Ias. in l.f. nu.11. C.de iure emphyteu.

*Regula CCC LXXVI.*

FORMA rei peremptæ, si aliquid ex materia remaneat  
potest durare circa illud quod remanet prior dispositio  
ac ius actio, & obligatio. Hanc regulam probat tex. in l.do-  
mo pignori data, ff. de pigno. actio. & in l.Paulus, in §.do-  
mus ff. de pigno, vbi combusta domo pignorata, vel diruta,  
ita quod ad aream sit redacta, durat pignus in ea. Facit in  
l.seruum filij, in §. si pocula, ff. de lega. i. vbi legatum pocu-  
lum debetur, licet desierint esse pocula, & fuerint ad mas-  
sam redacta. Facit etiam text. in l. si seruus in §. beue ff. de  
condict. furti. vbi mortuo boue mibi subtracto, possum ven-  
dicare carnes, corium, & cornua. Eandem regulam probat  
etiam text. in l. si ego, in §. idem ait, ff. de publicia. in rem  
actio. vbi diruta domo competit habeti publicianæ actio:  
ad arenam & clementa.

Hanc regulam ampliat decem modis, & limitat nouem  
modis Alber. Brun. in tract. de interitu & peremptione, in  
6. conclusione: à nu. 23. vsque ad nu. 49. in 17. vol. tract. di-  
uersorum doctorum fol. 91. col. 4.

*Regula CCC LXXVII.*

FORVM sui originis mutat mulier nubendo viro alte-  
rius fori. Hanc regu. probat tex. in l. cum quædam puella;  
ff. de iurisdict. om. iud. & in l. exigere dotem, ff. de iudi. & in  
c. 1. de sponsa. & in l.f. in §. idem rescriperunt ff. ad muni-  
cip. Circa quam regu. vltra Doct. in supra dictis locis, vide  
Chassa. in consuetu. Burg. in tit. [Des droits.] Rubr. 4. §. 2.  
fo. 134. col. 3. nu. 12. in ver. aduerte quod si vir. Fran. Curt.  
iun. & ibi Iaco. in d.l. cum quædam puella, & in d.l. exigere  
dotem. Feli. in d.c. 1. nu. 24. de sponsa. Ias. in l.f. arrogator,  
nu. 42. de adoptio. Aug. Bero. in q. 108. Tiraq. in legib. con-  
nubia. in glo. 1. nu. 50. Hiero. Grat. in cons. 113. lib. 2. & ea  
quæ infra dicam in regula incip. statutum.

Hanc regulam ampliat tribus modis Ias. in d. l. cū quæ-  
dam puella, à nu. 1. vsque ad 4.

1 Limita primo, non procedere in vxore putativa. Ut in  
1. de

1. de iure §.fi. ff.ad municip. gloss. in c. eos, 32. distin<sup>tio</sup>. & in c. 3. in glo. ad finem 11. quæstio. 1. & in l. vltima, in §. item rescriperunt, et secundo, in 3. quæstio. ff.ad municip. Bald. in c. iurauit, in 1. col. & ibi Feli. in c. vlti. col. de proba. Tiraquel. ubi refert alios Docto. in legibus connubialibus in glo. 6. nu. 238.

## Regula CCCCLXXXVII.

**F**ORVM sortitur quis ratione delicti. Hanc regu. probat tex. in c. postulasti, & in c. fi. de foro competen. & in l. 1. & in Auth. qua in prouincia, C. ubi de criminibus agi oportet in l. 1. C. ubi senato. vel clari. in c. fi peccauerit. 2. quæst. 1. & in c. placuit 6. quæstio. 3. cum alijs. De iure regio est text. in l. 32. titu. 2. par. 3. ibi, [la dozena es por razon de hierro o de mal faltria que huuisse echo en la tierra,] & in l. 15. titu. 1. part. 7.

Circa quam regulam uide Abb. & Docto. in c. 1. de raptio. Hippoly. in l. unica, nume. 123. C. eod. titu. uirg. eandem Abb. & ibi Docto. in c. fi. nume. 6. de foro competen. Maria. Soci. ubi ponit 27. quæstiones, circa hanc regulam, in d. cap. postulasti, à nume. 5. usque ad nume. 13. Nicol. Boeri. in decisio. 29. Chassa. in consuetud. Burgund. in titu. [Des adueuz] rubr. 12. §. vni. fol. 364. colu. 2. à nume. 1. usque ad finem. Alciat. in c. perniciosa, à nume. 66. usque ad nu. 73. de offi. ordina.

Hanc regulam limitat sex modis Soci. in regu. 335.

1. Amplia primo, procedere in Imperatore vel Rege, qui si delinquat in territorio episcopi, poterit per eum puniri. Ut est glo. in c. duo 96. dist. & in c. quoniam 18. dist. facit text. in c. cum apud Thessaloniken. 11. q. 3. Quod intellege, præmissa tamen monitione canonica, iuxta text. in c. nouit, de iudi. ita tenent Hosti. Ant. & Io. And. de Imol. in c. perniciosa, de offic. ordina. Quod ipsi restringunt nisi princeps delinquens esset nimis seuerus vel iniuriosus, quia tunc delinquens, episcopus non debet eum punire, sed relinquere iudicio Papæ. Quod dictum videtur potius esse de consilio, quam de iure, secundum Alciat. ibi, nu. 61.

2. Amplia secundo, ut si iste delinquens euaserit & alibi carceretur, debeat iudex remittere puniendum ad iudicem

delicti. Ut est tex. in Authen. si vero crimen. & ibi Salic.  
 C. de adult. & in Authé. vt nulli iudicum in §. si quis vero  
 comprehensorum, collat. 9. glo. in clem. pastoralis, in ver-  
 bo, de more, de re iudi. vbi dicit, quod de necessitate iudex  
 debet hoc facere. Eandem opinio. tenet Cy. sequendo Pet.  
 de Bellapert. in d. Authent. qua in provincia. Et eam op-  
 nionem putat verana Bartol. in l. si cui, in §. cum sacrile-  
 gium, nume. 1. ff. de accusa. Hanc opinionem tenet Guido  
 Papa in decisio. 102. Salice. in d. Authen. si uero crimen Ni-  
 col. Boer. in decisio. 29. nume. 2. licet dicat quod Bart. in d.  
 §. cum sacrilegium, teneat contrariam opini. scilicet q. de vr  
 banitate hoc iudex debet facere, & no de necessitate. Quā  
 op. Bart. non tenet, imo contrariam, & ibi post glo. supra  
 dictam hoc notabiliter declarat, & pro ista op. est text. in  
 l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinamenti.

3. Amplia tertio, habere locum non solum ratione dei-  
 ñi, verum etiam ratione mandati: vt si aliquis existens in  
 ciuitate Salmantina, mandauit fieri delictum in ciuitate  
 Toletana, ille mandans fieri delictum sortitur forum To-  
 leti, & ita poterit puniri Toleti sicut principalis occisor.  
 Ita tenet Pau. Castré. in l. si vt proponitur, ff. de fideiutto.  
 Hipp. dicens se alibi non legisse, in sing. 404. incip. forum.  
 Sed ante Paul. de Castro istam opinionem per text. ibi te-  
 nuit Alber. in l. h̄res absens, in §. apud Labeonem, ff. de iu-  
 dic. quē sequitur ibi Iacobinus de S. Geor. nu. 1. & hanc op-  
 nionem licet Hippo. refert Paul. de Castro tenet Bar. post  
 Iacobum de Arenis in d. l. si vt proponitur, nu. 2. & Curt.  
 junior in d. §. apud labeonem, num. 2. & 3. vbi refert quod  
 Paul. de Castro in l. prima, C. vbi de possessione agi oportet.  
 dicit, quod utrobique possit ille mandans conueniri,  
 sed nihilo minus primam opinionem esse veram & com-  
 munem, & ab ea non recedendum, tenet expresse Lancell.  
 Decius in d. §. apud Labeonem, & eam dicit esse commu-  
 Marian. Socin. in c. postulasti, nu. 5. de foro compet. & Abb.  
 in d. c. fi. nu. 27. eo. titu.

4. Limita primo non procedere in foro poenitentiali. Ita  
 probat glo. in c. placuit, el primo in verbo sepeliat 16. que-  
 stio. 1. vbi dicit, quod si aliquis delinqnit in aliena parochia  
 non

non potest confiteri peccata sua sacerdoti illius parochi;  
nec ab eo recipere pœnitentiam. Quam opinionem glo. di-  
cit esse communem Abb. in c. 1. nu. 4. & ibi lo. de Ana. nu. 4  
de rapto. & eam sequitur Alcia. in c. perniciosam num. 70.  
de offic. ordina. Bart. in c. f. i. nu. 5. de foro compe. & in rubr.  
nu. 53. Roma. in singu. 458.

Ratio potest esse, quia in foro contentioso & judiciali  
imponitur pœna, vt delinquens satisfaciat reipublicæ læse  
quam scandalizauit, & ideo talis pœna debet imponi vbi  
delictum fuit perpetratum, & ob hoc delinquens quo ad  
istam pœnam sortitur illius iudicis forum, sed in foro pœ-  
nitentiali imponitur, vbi satisfaciat Deo quem læsit. vnde  
cum in hoc foro habeat delinquens sacerdotem proprium  
loco Dei, vt in c. omnis utriusque sexus, de pœnitentijs &  
remissionibus, ideo à proprio sacerdote non ab alio debet  
iudicari in foro animæ, quia quo ad pœnam spiritualem  
quilibet dicitur iudex extraneus, nisi iudex domicilij, da-  
to quod alibi deliquerit.

• Limita secundo, vt non procedat quando delictum com-  
missum non esset communiter, sed in illo loco tantu, tunc  
succurretur delinquenti, qui cum esset forensis verisimili-  
ter ignorauit illud esse delictum vnde si talis conduceret  
triticum extra territorium contra formam statuti quod ve-  
risimiliter ignorauisset, debebit restituiri integrum, ex clau-  
sula, si qua mihi iusta causa videbitur, de qua i. l. i. ff. ex qui.  
cau. maio. Ita tenet Inno. Ant. de Bu. & Imo. in rub. de con-  
suetu. Card. & Moder. in c. f. q. 12. eo. tit. Doctores in l. cun-  
ctos populos, C. de summa Trinitate & fide Catholica, &  
hanc limitationem ponit Alex. Alciat. in c. perniciosam,  
nu. 6. 8. de officio ordina.

3 Limita tertio, nō procedere in delictis leuibus. Ita pro-  
bat text. in d. l. desertorem in prin. sumpto arg. à contrario  
sensu, ff. de re mil. & ita expresse tenet per illum tex. Mel-  
chior Kling. in c. f. i. nu. 10. de foro compe. quam op. probat  
tex. in Authen. vt nulli iudicum, §. si quis vero comprehen-  
sorum, colla. 9. & ita expresse tenet Chas. in consuetu. Bur-  
gun. in ti. [Des adueuz] Rub. 12. §. uni. fo. 364. nu. 7. colu. 3.  
& ita communiter teneri dicit Abb. in d. c. f. i. nu. 15.

## D.Petri Duen.

Quarto limita, non habere locū in vagabundis. Ita probat tex. in l. t. C. vbi, de crimi. agi oport. quæ habet secundum verum intellectum ibi, quod vagabundus delinquens habeat iudicem vbi cunq; inuenitur, per quā gl. dicit Bart. in d.l. hæres absens, in §. proinde, nu. 4. ff. de iudi. q; multi ribaldi suspenduntur in ciuitatibus vel castris vbi cunque inueniuntur, cū non habeant alicubi forum, & ibi Francis. Curt. iiii. nu. 10. Hanc opī. tenet Io. Cald. in c. 1. de rapto.

Contraria tamen opinionem, tenet Inno. in d. c. 1. de rapt. vbi concludit, quod vagabundus debet remitti ad locum vbi delinquit, quem sequuntur Anto. de Bu. & Panor. in d.c. fi. de foro competen. quia eadem ratio remissionis est in vagabundo, quæ in non vagabundo, vt scilicet fiat remissio propter exemplum & ad tollendum scandalum, imo addit Panor. in d.c. fi. nume. 2. 1. se putare quod in vagabundo magis debeat fieri remissio, quā in non vagabundo, cum talis remissio fiat sine iniuria alicuius iudicis. Pro hoc facit text. in d. §. si quis vero comprehensorum, & in d.c. 1. de rapto. & in d.l. desertorem, ff. de re milita. & in l. solent, ff. de custo. & exhib. reor. quæ iura indistincte loquuntur, nec faciūt indistinctionem inter vagabundum & non vagabundum, & hanc opinionem tenet expresse Bonifacius de Vitalinis in tracta. malefic. in rubr. de inquisitio. & earum formis, nu. 56. Montaluus in glo. 82. titu. 2. part. 3. in glo. in verbo, [la onzena.] Et non ob. text. in d. l. t. C. vbi de crim. agi oportet, nā licet ibi caueatur quod delinquens vagabundus possit conueniri in loco vbi repeatitur, tamen inde non sequitur q; remissio sit sublata, quā opinionem dicit esse ueram Ioan. de Ana. in c. 1. num. 1. de rapto. Circa quam limitationem sic distinguo, quod aut delinquens non est omnino vagabundus, quia habet aliquam habitationem, & tunc debet remitti. Ita sentit Abb. in d.c. fi. nu. 13. de rapt. quem sequitur Chassa. in consuetu. Burgund. in tit. [Des iustices] Rub. 1. §. 5. fol. 6. col. 1. nu. 14 & in titu. [Des adueuz] §. vnico, fol. 364. col. 3. nu. 12. Melchior Kling. in d.c. fi. nu. 9. & 10. de foro compe. Aut delinquens est omnino vagabundus, ita quod certam habitationem nusquam habet, & tunc non debet remitti, & ita debet

bet intelligi, tex. in d.l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet, pro qua vide tex. in l. 15. tit. 1. par. 7.

Porro quis propriæ dicatur vagabundus, ponit Barto. post glo. in l. 4. in §. prætor, ff. de danno infect. glo. in l. eius qui, in §. fina. ff. ad municipia. ubi dicit, quod ille dicitur vagabundus, qui non habet domicilium certum vel habitationem, quam gloss. sequitur Panor. in d.c. fi. nu. 13. de foro compe. De iure regio est text. qui hoc probat, in l. 4. titu. 12. lib. 8. ordiha.

5 Quinto limita, non procedere in crimine furti: nā si fur reperiatur in alio loco cum re furtiva, in quo cunque loco cum ea reperiatur, puniri potest. Ita tenet Bart. per text. ibi, in l. si dominum rci, nu. 2. ff. de furt. post Dinum. Paul. de Castro in consl. 458. nu. 2. lib. 2. & plures alij Docto. & quos refert Alex. in addi. ad eum in d.l. si dominium, eandem opinionem tenet Angel. in tract. maleficiorum, in verbo, & vestem cœlestem, nume. 15. & ibi Augu. Ariminensis in additione notabiliter eam declarat, & adducit quam plures Doct. pro utraque parte.

6 Limita sexto, non procedere in crimine raptis: quia raptiores fugientes possunt vbiique capi & puniri. Ita probat text. in l. vnica, in fine principij, ibi, sine fori præscriptione, C. de raptu virgi. & ibi expresse hoc tenet Bal. per illum text. nu. 8. vbi dicit, quod tanquam vagabundus non habet priuilegium fori. eandem opinio. per illum tex. tenet Chassa. in consuetu. Burgun. in tit. [Des adueuz] Rubr. 12. §. vnicō, fol. 304. col. 3. nu. 11. pro qua limitatione facit etiam tex. in l. raptiores, C. de episcop. & cleri. Sed hæc limitatio non uidetur uera, nec probatur in supradictis iuribus, quia tantummodo loquitur quando aliquis est priuilegiatus, ut nō possit cōueniri nisi sub certo iudice, nam dicunt supra d. iura. quod si iste priuilegiatus est raptor, nullud priuilegium sibi non prodest, & ita expresse tenet glo. in d.l. vnica, in verb. sine fori præscriptione, & ibi Angel. per eam, nume. 3. & Salice. nume. 10. Fulg. in d.l. raptiores, nume. 5. facit text. & ibi Odofre. & idem Fulgo. in l. 1. C. ubi senato, uel clarissimi.

7 Limita septimo, non habere locum in crimine hæresis,

D. Petri Duen.

quia de tali criminis potest vbi cūque puniri, nec fiet remisio. Ut in l. Arriani, C. de hereti. ita tenet Paul. de Leazar, in cle. Pastoralis, de re iudi. Chassanæ. in consuetu. Burgun. in tit. (Des adueuz.) Rub. 12. §. vnicō, fo. 365. column. 1. nu. 13. Imol. in d. clem. nu. 64. & alia circa hanc regulam vide per Doct. supra allegatos.

Regula CCCCLXXXIX.

FORI incompetētia semper allegari potest. Hanc regulam probat tex. in l. non erit, in §. dato, & ibi glo. & Ang. de Petusio, ff. de iure iurian. & in l. fideiussor, in §. prētor ait, & ibi Bal. ff. qui satisd. cogant. text. etiam & ibi Bald. in l. qui testamento, C. de testam. tex. in l. 2. in §. ff. de pœnis, & in l. scire oportet, & ibi Bal. ff. de excusatio. tutorum, & in l. si quis, ff. de iniusto rupto. glo. fina. in Cleme. vnicā, & ibi Cardina. & doctor. de sequestra. posses. & fruct. Circa quanī regulam vide Hippoly. in siugu. 10. vbi allegat quamplures Doctores.

Hanc regulam cum diuabus ampliationibus, & quatuor limitationibus ponit Ioan. Bernar. in regula 251. remitten do se ad Felin. in rubric. de foro competen. nume. 2. Quam regulam limita triginta quinque modis, ut per Anto. Corset. in Repertorio ad Abb. in verbō, fori incompetētia. vbi per quatuor columnas congerit supra dictos casus. Quas limitationes ad literam posuit Andre. Barba. ante eum in Rub. de foro compet. à nu. 10. vsque ad fineim.

Hodie tamen de iure regio fori incompetētia debet intra 9. dies allegari, vt in l. 8. in Ille Madrid. per quam l. corrigitur tex. in l. 1. tit. 8. lib. 3. ordina.

Regula CCCCLXXX.

FORTVITI. casus, non continentur appellatione periculi in dubio. Hanc regulam probat glo. in l. sed & si quis, in §. quæ situm, in glo. magna, in f. ff. si quis cautio. & ibi Bart. & Doct. præcipue Iacobi. de sancto Georg. nume. 13. Ias. nume ro 30. pro qua opinione allegat text. in l. 1. in §. sepe, ff. de po. tex. in l. quæ fortuitis, C. de pignora. actio. & istam esse communem opidicit Ripa in tract. de peste, in prin. in c. de priuilegijs contractuum causa pestis, fo. 48. col. 4. numero 70. cum seq.

Hanc

Hanc regulam ampliat vnioco modo, & limitat quatuor modis, vbi etiam adducit alia plura circa eius materiā, Ripa ubi supra. Aliam limitationem ponit Iacobin. de sancto Geor. in d. §. quæ situm, nu. 14.

Qui autem sint casus fortuiti, ultra text. de iure regio, qui eos ponit in l. 3. tit. 2. par. 5. vide quamplures quos ponit Ioan. Igneus in repe. l. contractus, nu. 77. cum alijs, ff. de regulis iuris.

## Regula CCC LXXXI.

FRATRES Minores sunt incapaces bonorum. Hanc regulam probat tex. in clem. Exiui de Paradiso. de verbo. significa. in §. proinde. & in e. vnicō, de religio. domi. libr. 6. & ibi gl. in uerbo, domum, & in ea. vnicō, de excessibus præla. eo. lib. & in cap. exiit, de verbo. significa. lib. 6. Circa quam regulam vide Abba. & Doctor. in cap. in præsentia, de probatio. præcipue. Parisi. numero 170. cum alijs. Bald. nume. 15. & Docto. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccl. Bart. in tract. Minoricarum, lib. 1. cap. 3. Decium in consil. 499. per totum. Federi. de Senis in consil. 12. numero 3. & in consil. 26. nume. 1. Steph. Bertrand. in consil. 178. nume. 1. volu. 2. impressionis, & in consil. 152. numero 1. volum. 1. 2. impressio nis, & in consil. 206. nume. 4. volum. 3. primæ impressionis. Parisi. in consilio 21. nume. 1. cum alijs, lib. 3. Guliel. Ponta num in l. per omnia, nume. 47. ff. de lega. 1. Ias. in l. ex facto, in §. Julianus, nume. 10. ff. de vulga. Alex. in consil. 88. nume. 1. cum alijs, libr. 2. Rober. Maranta in repeti. l. is potest, numero 173. ff. de acquirend. hered. Petrum Bellugam in suo Speculo Principum, Rubric. 16. §. vnicō, nume. 1. Aluatum Pelargum in lib. 2. de planctu ecclesie, ar. 55. & 56. & in articulo 64. 65. 66. & 67. Nicola. Boeri. in tracta. de uita & sta tu Eremitarum, numero 9. Andr. de Bisetis in repet. l. 1. numero 11. cum alijs, C. de sacrosanct. ecclesie. Nicol. de Vbaldis in tractatu de successio. ab intestato, in princ. nume. 1. cum alijs, Domini in consilio. 40. per totum. Ioannem Gualdensem in tractatu de arte testandi, titulo 1. cautel. 11.

Amplia primo, procedere in fideicommisso vniuersali: nam relinqui non potest fratribus minoribus, eo quia suc-

## D. Petri Duén.

cedit loco hereditatis. Ut in l. filius, in §. i. ff. quod cum eo. & in l. i. in §. de illo, & ibi Bart. ff. ad Trebel. Bart. in tracta. Minoricarum, in lib. i. in secunda distinctio. c. i. nu. i i. quā opinionem tenet Ias. in l. i. nume. 99. ff. de lega. i. & ibi Gu liel. Ponta. nu. 47. And. de Besetis in repe. l. i. num. i i. C. de sacrosanct. eccl. Bal. in d. Authen. ingressi, nume. 15. C. de sa crosanct. ecclesi.

- 2 Amplia secundo, ut non possit eis relinquere locus in quo debeat construi noua ecclesia, ut ibi fratres commoretur, & relinquatur pecunia ad constructionem, nam tale reli-  
ctum omnino est inutile, quia prohibitum est dictis fratri-  
bus nouum locum acquirere. Ut in d. c. ynico, de excess. præ-  
la. lib. 6. & in cle. cupiētes, de pen. & ita tenet Pet. Bell. pet.  
supra d. iura, in d. rub. 16. de religiosis mendicantibus, nu. i.  
Io. Gualdensis in trac. de arte testandi, tit. i. cautela. ii. nu.  
3. Bal. in d. auth. ingressi, nu. 19.
- 3 Amplia tertio, habere locum, etiam in hereditate paré-  
tum, nam parentibus non succedunt, cum hæc regula ha-  
beat locum in successione quaruncunque, & quaruncunque  
bonorum sunt incapaces. Ita tenet Bal. in l. i. C. de sacros.  
eccl. quem ibi sequitur And. de Besetis in repe. nu. 14. vbi  
dicit, quod si pater eum non instituerit, non ideo testamen-  
tum vitiabitur. Quam opinionem sequitur Guiliel. Bene-  
dictus in repet. cap. Rainutius, in verbo, & uxorem nomine  
Adelasiam, præludio. 4. nu. 215. & in verbo in eodem testa-  
mento relinquens, el ij. nu. 122. de testam. Bart. in tract. Mi-  
noricarum, lib. i. in i. distinct. c. i. facit generalitas tex. in d.  
clem. exiui, de verborum signifi. Nicola. Boeri. in deci. 354.  
nume. 10. Feji. in d. c. in præsentia, nume. 52. de proba. & ibi  
Deci. nume. 266.
- 4 Amplia quarto, ut nec beneficia habere possint. Facit  
text. in cleme. vt professores, de regula. vbi dicit, quod nec  
aliquam curam, nec quocunque animarum regimen tales  
possunt obtainere nec exercere, ita tenet Feder. de Senis in  
consi. 161. Facit etiam text. in d. clemen. exiui, & in cap. cum  
ad monasterium, de statu regula. & ita expresse tenet Gu-  
liel. Benedict. in d. præludio 4. nume. 218. Petrus Rebuffus  
in tract. de pacificis possessio. nume. 258. Facit etiam quod  
notat

notat ipse Rebuffus in practica beneficiorum in tit. de vica  
rijs episcoporum, nume. 32. Imol. in c. cum dilectus, nume.  
8. de cleri. non residen.

- 5 Amplia quinto, quod neque naturaliter eis debetur, &  
hæredes in foro conscientia licite possunt retinere eis re-  
licitum. Ita tenet Bart. in d. lib. 1. distin. 1. c. 3. per totum, ma-  
xime, nu. 8. quem sequitur Ioan. Gualdensis in tract. de ar-  
te testandi, tit. 1. caute. 11. nu. 1. Bald. in d. auth. ingressi, vbi  
allegat S. Thomam, quem sequitur And. de Besetis in repe-  
l. 1. nu. 11. C. co. tit.
- 6 Sexto amplia, quod non possunt esse executores testa-  
mentorum, Vt in d. cleme. exiui, §. proinde, & §. verum, ita  
tenet Bald. in d. authen. ingressi, & in authen. si qua mulier  
eo. tit. In quo Bart. distinguit in tract. suo Minoricarum, in  
tertio libro, c. 4. & 5. nume. 5. & 7. quod si quis relinquit de-  
cem Florenos ut expendantur inter decem pauperes qui  
eligantur per talem fratrem Minorem, quia tunc nullum  
litigium fiet per talem fratrem, nec distributio pecunia,   
nam testator ipse distribuit, sed per fratrem fiet sola elec-  
cio personarum, & in hoc casu putat ipse quod possit fieri,  
quia cessante omnes rationes prohibentes fratribus mino-  
ribus proprium habere. Præterea ex hoc fratribus nullum  
ius queritur: ista enim nominatio est mere facti, quod pa-  
ret, quia cadit in deportatum, qui non est capax eorum que  
sunt iuris ciuilis, l. cum pater, §. hæreditate, ff. de legatis 2.  
& l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellia. & hanc opi-  
nionem tenet idem Barto. in dicta l. cum pater, in §. hære-  
ditate, quem sequuntur ibi Paul. & Imol. Anchar. in consi.  
412. nume. 3. Ias. in l. 1. §. item acquirimus, nume. 52. ff. de ac-  
quiren. posses. Alex. in consi. 57. nu. 8. volu. 2. Couarru. vbi  
citat Bal. pro opinio. Bart. contrarium expresse tenet in c.  
tua, nu. 1. de testamentis.

Contra quam opinionem tenet expresse Bal. in dicta Au-  
the. ingressi, nu. 20. vbi dicit, quod nullo modo cadit in fra-  
trem minorem officium executoris, ideo quia de facili hoc  
officium possit trahi ad quæstum pecuniariū, quē sequitur Car-  
dina. in d. Clemen. exiui, in §. verum, numero 14. & ibi An-  
charano, numero 23. & in consilio 202. numero secundo

Iaco.

## D.Petri Duen.

